This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 658218


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

888
E8
P53
1842
v. 3
Bul

11812

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XII.

CONTINENS

EURIPIDIS TRAGŒDIARUM VOL. III.

ED.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR,

ET

REINHOLDUS KLOTZ,
PHILOLOGIÆ CLASSICÆ IN UNIVERSITATE LITTERARUM LIPSIENSI PROFESSOR ORDINARIUS, SEMINARII PHILOL. REGII DIRECTOR, REGII SAXON. ORDINIS VIRTUTE AC FIDE BENE MERITORUM EQUES etc.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270. STRAND.

145-5

EURIPIDIS

GENERAL LIBRARY
University of
MICHIGAN

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

REINHOLDUS KLOTZ.

Vol. III. Sect. I.

CONTINENS

ORESTEM.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270. STRAND.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΟΡΕΣΤΗΣ.

PROOEMIUM.

Quae in carminibus Homericis de Oreste eiusque rebus gestis traduntur perpauca sunt. Et in Iliade quidem eius mentio non fit nisi uno loco lib. IX, 141 sqq., ubi Agamemno haec dicit:

Εἰ δέ κεν Ἄργος ἰκοίμεθ' Ἀχαιϊκόν, οὔθαρ ἀρούρης,
γαμβρός κέν μοι ἔοι (Ἀχιλλεύς)· τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ,
ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἔνι πολλῇ.
τρεῖς δέ μοί εἰσι θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
*Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίκη καὶ Ἰφιάνασσα**) *κτέ.*,

qui locus repetitur ibidem inde a v. 283. Aliquanto uberius, ut fere res tulit, in Odyssea eius res gestae commemorantur et in hoc quidem carmine non solum virtus Orestis maximo opere praedicatur, quod patris ulciscendi causa Aegisthum necaverit, veluti lib. I, 30. cl. ibid. v. 40. et rursus v. 298 sqq., ubi Orestes a Minerva Telemacho imitandus proponitur his verbis:

---

*) Iphianassam quidem eandem fuisse quam Iphigeniam refert Scholiastes Euripidis ad Orest. v. 648. eamque loco Iphigeniae Aulide ad aram Dianae caesam dicit Lucretius lib. I, 86 sqq. in hunc modum: Aulide quo pacto Triviai virginis aram Iphianassai turparunt sanguine foede Ductores Danaum delecti, prima virorum.

Ἦ οὐκ ἀΐεις, οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα,
Αἴγισθον δολόμητιν, ὃς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα.,

cl. lib. III, 195. sqq. 203. sqq., verum etiam in eodem carmine lib. III, 303 sqq. paulo copiosius de eius facinore exponitur his verbis:

Τόφρα δὲ ταῦτ' Αἴγισθος ἐμήσατο οἴκοθι λυγρά,
κτείνας Ἀτρείδην· δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ.
ἑπτάετες δ' ἤνασσε πολυχρύσοιο Μυκήνης·
τῷ δέ οἱ ὀγδοάτῳ κακὸν ἦλυθε δῖος Ὀρέστης
ἂψ ἀπ' Ἀθηναίων, κατὰ δ' ἔκτανε πατροφονῆα,
Αἴγισθον δολόμητιν, ὃς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα.
ἤτοι ὁ τὸν κτείνας δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν
μητρός τε στυγερῆς καὶ ἀνάλκιδος Αἰγίσθοιο·
αὐτῆμαρ δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
πολλὰ κτήματ' ἄγων, ὅσα οἱ νέες ἄχθος ἄειραν.,

quibus e verbis haec cognoscimus, septem annos post caedem Agamemnonis regnasse Aegisthum, octavo autem anno, posteaquam is Mycenarum regno potitus esset, venisse Orestem et venisse Athenis, ut patris interfectorem matremque sceleratam occideret, epulumque in funere matris et Aegisthi praebuisse Argivis eo ipso die, quo Menelaus cum multis et magnis opibus Troia redierit. Ex alio autem Odysseae loco, qui legitur lib. I, 40. sq., etiam hoc intelligimus, Orestem, quum primum pubesceret, id est, viginti fere annos natum, mortem patris ultum esse.

Haec fere sunt, quae in Homericis carminibus de Oreste tradita legimus, in quibus quod nihil de scelere matricidii dicitur, apparet temporibus heroïcis ulciscendi patris studium ne in necanda quidem matre filio opprobrio datum esse, qua de re recte iudicavisse videtur Trahndorffius in libro, qui inscribitur: Ueber Orestes der alten Tragiker u. Hamlet des Shakspeare, (Berol. 1833.) p. 5., quem appellavit Ioann. Franzius in libro, qui inscriptus est: Des Aeschylos Oresteia p. XX. adn. 25. recteque Fr. Welckerus contra C. O. Müllerum, qui ad Aeschyli Eumen. p. 177. contenderat iam Homero furias Orestis cognitas fuisse,

dixisse in libro, qui inscribitur der epische Cyclus etc. p. 298. Conferatur etiam Scholiastes Euripidis ad Orest. v. 247.

Uberius quam Homerum scriptores cyclicos Orestis vitam et res gestas persecutos esse probabile est. Nam et Pindarus in carm. Pyth. XI, 25. Orestem ait a nutrice sua Arsinoa, quam eandem Pherecydes apud Scholiastem Pindari l. c. Laodamiam appellat, Aeschylus autem in Choeph. v. 732. Cilissam, ut insidias Clytaemnestrae matris vitaret, missum esse ad Strophium, regem terrae Phocidis, quem socium atque amicum Agamemnonis regis aiunt fuisse aut etiam adfinem, quum Anaxibiam sororem Agamemnonis in matrimonio haberet, vide Euripidis Iphig. Taur. v. 918. Pausan. lib. II. c. 29. §. 4., unde etiam consobrinos fuisse dixerunt Orestem et Pyladem Strophii filium, vide Euripidis Iphig. Taur. v. 919. et Scholiastem ad Orest. v. 765. aut etiam consobrinum Agamemnonis quippe ex eius amita Atrei filia Cydragora natum, qua de re vide quae Scholiastes habet ad huius fabulae v. 1233. Et furias quidem, a quibus Orestes propter caedem matris agitatus esse dicebatur, etiam Stesichorus novit apud Scholiastem Euripidis ad Orest. v. 258. itemque Pherecydes apud eundem Scholiastem ad v. 1640. et Hellanicus l. c. ad v. 1643.

Ex eodem fonte sua duxerunt et poetae tragici et artifices, quorum commenta postea rhetores quoque sequuti sunt. Et poëtae quidem tragici alius alio modo hoc argumentum amplificaverunt atque, uti singulis conveniebat, exornaverunt. Nam quum Homerus tres sorores Orestis appellasset, Chrysothemin, Laodicen, Iphianassam, Aeschylus non nominat nisi duas, Iphigeniam et Electram, Sophocles tres, Chrysothemin, Electram, Iphianassam, totidemque Euripides, Chrysothemin, Electram, Iphigeniam, maximo opere autem duas res in fabula Orestis exaggeraverunt poëtae tragici, ac primum quidem scelus matricidii ab Oreste commissi, quamobrem eum furiis agitatum in scaena repraesentaverunt, qua de re Pacuvii, ut ait Servius, locum spectans, iam Vergilius in Aeneidos lib. IV, 471. sqq. dicit haec:

aut Agamemnonius scaenis agitatus Orestes
armatam facibus matrem et serpentibus atris
quum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

cl. ibid. lib. III, 331. idemque argumentum saepe ab artificibus expressum est atque descriptum, qua de re conferri possunt Raoul-Rochette in Monum. inéd. 1833. p. 115 — 238. et C. O. Müller in libro, qui inscribitur Kunstarchaeologie etc. p. 661. sq. omninoque dementia Orestis in proverbii consuetudinem abiit, conf. Ciceronis orationem in Pis. c. 20. §. 47. Disputat. Tuscul. lib. III. c. 5. §. 11. nec minus in rhetoricis libris, quamquam alio modo, de matre ab Oreste interfecta quaesitum est, qua de re conferatur Cicero ad C. Herenn. lib. I. c. 10. §. 17. lib. I. c. 15. §. 25. cl. ib. c. 16. §. 26. et Victorin. I. p. 50. et p. 64. ed. Baiter. Secundo autem loco tragici poëtae amicitiam Orestis et Pyladis maxime extulerunt, ita ut amicitia Pyladea plane in proverbio esset, qua de re conferatur Bion idyll. VIII. v. 4 sq. (idyll. XI, 4 sq. ed. Ahrens.) quem locum expressit Ovidius Pont. lib. II. ep. VII. v. 41. cl. eiusdem am. lib II. el. 6. v. 15. Luciani Tox. c. 1. Ciceronis lib. de finibus I. c. 20. §. 65. lib. II. c. 24. §. 79. lib. V. c. 22. §. 63. de amic. c. 7. §. 24.

Sed in his tamen ipsis similitudinibus, quas sequuti omnes sunt, tragici poëtae alius alio modo persecuti hoc argumentum sunt, quod quum in aliis rebus multis tum in ipsa culpa Orestis expianda aliquantum inter se dissident, quin idem poëta tragicus in alia fabula aliter hoc argumento usus est, uti ipse Euripides aliam famam sequutus est in Electra, aliam in hac ipsa fabula, quae Orestis nomine inscripta est. Abutitur autem Euripides in eis fabulis, quibus famam minus vulgatam sequitur, prologis, ut spectatoribus statum causae exponat eosque ad audiendam fabulam suam idoneos reddat, veluti in hac ipsa fabula Electra facit, quae v. 1 — 70. non solum ea exponit, quae communi famae adsentiens de Oreste tradit poëta, verum etiam illa, in quibus eius fabula a communi opinione discrepat. Fingit enim poëta Oresti sexto die, ex quo matrem suam patris luciscendi causa iussu Apollinis Delphici necaverat, ab Argivis aqua et igni interdictum esse, eumque diem

ipsum esse, quo contio civium Argivorum causam Orestis iudicatura sit; cuius iudicii una spes esse videatur in Menelao, qui hoc ipso die Troia cum Helena rediturus esse dicitur. Recte enim et ordine Chr. Dan. Beckius oeconomiam, quam dicunt, fabulae his fere verbis exposuit: Orestes ante fores aedium paternarum, quibus ob matricidium prohibebatur, in strato dormiens, dirissimo morbo confectus iacet, sexta die, ex quo matrem necaverat, qua ipsa die de eius poena civitas decretura est. Adstat Electra soror. Duplex prologus. Primum Electra suum genus eiusque fortunam, caedem patris et matris, furores Orestis et spem in Menelao, cuius reditus exspectatur, positam copiose exponit (V. 1 — 70). Deinde Helena Troia modo redux facta in scaenam prodit et Electram iubet in matris tumulum primitias comarum suarum inferiasque deferre; at haec respondet non se, verum potius Hermionam Helenae filiam mittendam esse, quam ipsam mater evocat mandatisque ei datis de scaena abit (V. 71— 125). Electra Helenae abeunti mala precatur; mox chorum mulierum Argivarum, quem accedere videt, unde ipsius actionis initium orditur, monet ne strepitum faciat quo Orestes excitetur, et cum eo de sorte fratris adversa colloquitur, quod colloquium ita decurrit, ut chorus hymnum in Noctem s. Somnum, Electra Threnum cantet (v. 126 — 210). Expergiscitur Orestes; colloquium nascitur cum sorore mutui amoris tenerrimi plenum, sed nimium protractum et saepe rebus tritis occupatum, quum id non modo ad Orestis fortunam, verum etiam ad Menelai Helenaeque reditum pertineat; interea furor Orestem occupat, ipse furias videt, tum redit ad se et Electram hortatur, ut sibi consulat ipsa et se sustentet. Abit Electra a fratre monita (v. 210 — 315). Chorus Eumenidas invocat, deplorat morbum Orestis, Menelaum, quem advenire videt, salutat (v. 316 — 355). Is edoctus de fortuna Agamemnonis et Clytaemnestrae, singula ex Oreste sciscitatur, parum ipse animo commotus; Orestes, qui se omnium odiis expositum nunc ipsum in periculo capitis versari queritur, Menelai opem implorat praesente choro (v. 365 — 455). At Tyndareus adest, senex gravis annis, quaerens Menelaum et valde nepoti iratus, neque aut

Clytaemnestram aut Helenam filias defensurus, rigidus legum custos, docet quam sceleratum sit Orestis facinus. Respondet ei Orestes, sed ita respondet, ut avi iram etiam magis in se concitet, qui quidem minatur se effecturum esse, ut Orestes et Electra lapidibus obruantur, Menelaum autem illos tueri vetat (v. 456 — 629). Ubi ille discessit, Orestes adversus Menelaum commemorat omnia Agamemnonis patris sui beneficia in illum collata, et denuo opem eius auxiliumque implorat; ille vero satis frigide, se nihil vi et armis, omnia persuadendo et cunctando effecturum esse pollicens abit (v. 630 — 716). Dum Orestes se ab omnibus praeter Electram desertum ac proditum videns lamentatur, adest ei Pylades a patre Strophio propter caedis Clytaemnestrae societatem domo eiectus ipse; qui postquam sermones inter se contulerunt, constituunt in ipsam Argivorum contionem prodire eamque rem exigunt (v. 717 — 806). Chorus cantico suo in facinus Orestis excurrit (v. 807 — 843). Redit in scaenam Electra fratrem revisura, ad quam iam nuntius refert decretum a contione in se ac fratrem suum supplicium; egregia est suffragiorum variorum omnisque contionis expositio; hoc unum impetraverat Orestes, ut sua sibi manu perire concederetur (v. 844 — 959). Sublimi carmine Electra sua et communia Pelopidarum mala deflet (v. 960 — 1012). Tum Orestes cum Pylade redit, deliberant Orestes et Electra quo sibi mortis genere pereundum sit; Orestes Pyladem iubet suum et Electrae funus curare et corpora componere. At ille se una mori malle dicit, sed ante quam id fiat, vult etiam Menelaum ipsum propter ignaviam suam puniri, et, quia Helenam quamvis flagitiosam mulierem nimio opere amare videretur, hanc occidere inter eos convenit nimium prolixo sermone, Electra autem ait Hermionam quoque, quae mox a Clytaemnestrae sepulcro reditura sit, pignoris loco retinendam esse. His rebus consultis umbram Agamemnonis invocant Orestes et Electra, ut ipsis auxilio esse velit, Pylades autem ad rem peragendam hortans a Iove et Iustitia auxilium petit (v. 1013 — 1245). Tum Orestes et Pylades aedes intrant, Electra vero foris, inquieta, chori personas variis locis consistere iubet, ut observent num quis accedat (v. 1246—1295). Auditur

Helena intus clamitans, cohortante ad facinus extrinsecus suos Electra (v. 1296 — 1310). Interea etiam Hermiona incidit in insidias, adducitur ad fores, ubi Orestes eam comprehendit, dum chorus caedi Helenae plaudit (v. 1311 — 1365). Interea unus e servis Helenae Phrygiis prodit et tumida et paene ridicula oratione, quae servum et barbarum servum decebat, exponit choro caedem Helenae, servorumque Phrygum vel necem vel fugam (v. 1366 — 1502). Deinde ex aedibus procedit Orestes, a quo barbarus ille vitam deprecaturus multo etiam magis se praebet irridendum (v. 1503 — 1536). Tum Orestes redit in aedes quid Menelaus agat exspectans; mox chorus animadvertit faces parari ad comburendas aedes, in quas iam adveniens Menelaus irrumpere temptat, clausas ab Oreste, qui e tecto iam agit cum Menelao, gladio Hermionae, igni aedibus perniciem minitans (v. 1527 — 1624). Iam in maximo omnium rerum discrimine apparet de repentino Apollo docetque Helenam Iovis iussu in caelum esse evectam, Orestem iubet in annum in Parrhasia habitare, deinde eum Athenis absolutum iri, ducturum in matrimonium Hermionam, Argis imperaturum esse ostendit, Electram Pyladi vult collocari, conciliantur omnes inter se ac pacem eos colere Apollo iubet, ipse vero se Helenam ad Iovis latus sublaturum esse dicit (1625 — 1690). Sic vere Euripides filum huius fabulae deduxit, in qua etsi non nulla iam a veteribus, plura a recentioribus criticis iure vituperata sunt, multa tamen splendent egregia arte elaborata, ut non sine idonea causa hac ipsa fabula Euripides, id quod Aristophanes grammaticus testatur, popularium suorum plausum tulisse videatur. De illis autem locis, qui praeter ceteros a criticis vituperati sunt, pluribus hic dicere neque instituti mei est, vide quae dixi in prooemio Alcestidis p. 20. et rursus in prooemio Andromachae p. XI sqq., et ea, quae de hoc genere necessario in singulis locis dicenda esse videantur, in ipsa fabulae enarratione rectius interponentur.

De tempore actae fabulae aperte edocemur ab Scholiaste ad v. 361. ed. Matth., ubi is ad verba *δοκῶν Ὀρέστην* haec adnotat: *ὕπουλα πάντα τὰ ῥήματα Μενελάου, ἀφ' ὧν ὁ ποιητὴς τὸ ἄστατον*

τῆς Λακεδαιμονίων γνώμης κωμῳδεῖ, ὡς καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ (v. 446.) · ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτοί, Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια. Πρὸ γὰρ Διοκλέους, ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε, Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων περὶ εἰρήνης, ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι, οὐ προσήκαντο ἐπὶ ἄρχοντος Θεοπόμπου, ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος. Apparet igitur Olymp. XCII. anno quarto, ante Chr. nat. anno CCCCIX, hanc fabulam primum in scaenam prolatam esse, quo anno Dioclem archontem fuisse quum aliunde tum e Diodori Siculi lib. XIII. c. 54. notum est.

Sequitur ut de codicum, qui ad hanc fabulam collati sunt, auctoritate auctore potissimum Kirchhoffio pauca dicamus. Et in hac quidem fabula in numerum veniunt de praestantioribus quidem libris Cod. Marcianus n. 471. (XCI, 1.) membranaceus saec. XII., forma quadrata, a Kirchhoffio littera A. notatus, de quo dixi in prooemio Andromachae p. XIII., Cod. Vaticanus n. 909. bombycinus saec. XII. a Kirchhoffio littera B. notatus, Cod. Parisinus n. 2712. membranaceus saec. XIII. a Kirchhoffio littera E. notatus, Cod. Marcianus n. 468., qui in catalogo bibliothecae et a Franzio dicitur esse chartaceus, Kirchhoffio visus est bombycinus, saeculi XIII., forma maxima, in calce mutilus, cuius oratio correcta est a manu recentiore, quae eadem et personarum notas et glossas interlineares addidit scholiaque adlevit marginibus Orestis et Phoenissarum, futilia, ut ait Kirchhoffius, omnia, is liber littera F. a Kirchhoffio notatus est; sequitur Cod. Florentinus plutei XXXI. n. 10., littera c. a Kirchhoffio notatus, de quo diximus in prooemio Alcest. p. 20., tum Cod. Florentinus plutei XXXII. n. 2., littera *C.* a Kirchhoffio notatus, de quo diximus l. c. p. 21.

Horum librorum quum quattuor primi ABEF. primam quasi classem codicum efficiant, Cod. autem c. alterius, Cod. *C.* tertiae classis sit testis, fere hoc modo in arte critica factitanda rationem ducere debemus, ut, si quando omnes omnium classium libri consentiunt aut certe aliquot primae classis cum reliquis duabus classibus, eam scripturam in Cod.

archetypo, unde omnes fabularum Euripidearum codices manavisse videntur, fuisse iure statuamus, atque etiam tum, si primae classis codices cum Cod. *C.* consentiunt, probabile esse videatur id, quod in illis libris scriptum est, in Cod. archetypo sic scriptum fuisse. Nam alterius classis codices multis locis a Byzantiis grammaticis correcti et mutati esse videntur.

Editionibus quidem principibus non multum aut nihil omnino tribuendum esse iam significatum est a nobis in prooemio Alcest. p. 21., aliquanto plus e scholiis et ex ceterorum scriptorum et grammaticorum citationibus singulorum huius fabulae versuum proficimus. Omnes omnium Euripidis fabularum editiones hoc loco enumerare opus esse non videtur. Ex eo autem numero, qui separatim hanc fabulam ediderunt, praeter Ricardum Porsonum, cuius recensionis tertiam editionem in Germania paravit G. H. Schaeferus Lipsiae a. MDCCCXXIV., unum nomino Godofredum Hermannum, qui hanc fabulam recensuit Lipsiae a. MDCCCLI.

Scripsi Lipsiae die III. mens. Novembris a. MDCCCLVIII.

Reinholdus Klotz.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΟΡΕΣΤΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὀρέστης τὸν φόνον τοῦ πατρὸς μεταπορευόμενος ἀνεῖλεν Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν· μητροκτονήσαι δὲ τολμήσας παραχρῆμα τὴν δίκην ἔδωκεν ἐμμανὴς γενόμενος. Τυνδάρεω δὲ τοῦ πατρὸς τῆς ἀνῃρημένης κατηγορήσαντος κατ' αὐτοῦ ἔμελλον κοινὴν Ἀργεῖοι ψῆφον ἐκφέρεσθαι περὶ τοῦ τί δεῖ παθεῖν τὸν ἀσεβήσαντα· κατὰ τύχην δὲ Μενέλαος ἐκ τῆς πλάνης ὑποστρέψας νυκτὸς μὲν Ἑλένην εἰσαπέστειλε, μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτὸς ἦλθε. καὶ παρακαλούμενος ὑπ' Ὀρέστου βοηθῆσαι αὐτῷ ἀντιλέγοντα Τυνδάρεων μᾶλλον ηὐλαβήθη· λεχθέντων δὲ λόγων ἐν τοῖς ὄχ-

---

V. 1. "Argumentum collatum e libris A B[E]F. exhibui quo singula sunt ordine in A, quocum consentit B, nisi quod Aristophanis argumentum traiectum habet post Ἠλέκτρα p. 19. v. 10. Misere disiecta omnia in F, qui primo loco ponit Aristophanis argumentum, cui nullo interposito spatio adiunguntur verba τὸ δὲ δρᾶμα—διαθέσεως p. 19. v. 10. p. 20 v. 14. Sequitur argumentum anonymi, quod excipiunt verba ἡ μὲν σκηνή—Ἠλέκτρα p. 19. v. 6—10. claudunt agmen extrema p. 20. v. 14—16." KIRCHHOFFIUS.

V. 1. μεταπορευόμενος καὶ ἐκδικῶν Cod. F.

V. 3. καὶ ἐμμανὴς Cod. F.

V. 4. δὲ post Τυνδάρεω om. Cod. F.

V. 5. κ' αὐτοῦ Cod. A. Mox κοινὴν ἀργεῖοι ψῆφον Cod. A. ἀργεῖοι κοινὴν ψῆφον [B] κυνὴν ἀργεῖοι γνώμην F.

V. 6. περὶ τοῦ τί δεῖ παθεῖν] Sic, ut videtur, Cod. E. cum aliis. περὶ τοῦ παθεῖν Codd. A. B. παρὰ τοῦ παθεῖν F.

V. 7. τοὺς ἀσεβήσαντας Cod. A.

V. 7—8. ὑποστρέψας ἐκ τῆς πλάνης Cod. F. ἀπέστειλε Cod. B.

V. 9. αὐτὸς δὲ μεθ' ἡμέραν Cod. F. ἀνῆλθε Cod. B. εἰσῆλθε Cod. F.

V. 10. ὑπὸ τοῦ ὀρ. Cod. B.

V. 11. εὐλαβήθη Codd. AF.

λοις, ἐπηνέχθη τὸ πλῆθος ἀποκτείνειν Ὀρέστην ..... ἐπαγγειλάμενος αὐτὸν ἐκ τοῦ βίου προτεσθαι. συνὼν δὲ τούτοις ὁ Πυλάδης, ὁ φίλος αὐτοῦ, συνεβούλευσε πρῶτον Μενελάου τιμωρίαν λαβεῖν Ἑλένην ἀποκτείναντας. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἐλθόντες διεψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, θεῶν τὴν Ἑλένην ἁρπασάντων· Ἠλέκτρα δὲ Ἑρμιόνην ἐπιφανεῖσαν ἔδωκεν εἰς χεῖρας αὐτοῖς· οἱ δὲ ταύτην φονεύειν ἔμελλον. ἐπιφανεὶς δὲ Μενέλαος καὶ βλέπων ἑαυτὸν ἅμα γυναικὸς καὶ τέκνου στερούμενον ὑπ' αὐτῶν ἐπεβάλετο τὰ βασίλεια πορθεῖν· οἱ δὲ φθάσαντες ὑφάψειν ἠπείλησαν. ἐπιφανεὶς δὲ Ἀπόλλων Ἑλένην μὲν ἔφησεν εἰς θεοὺς διακομίζειν, Ὀρέστῃ δὲ Ἑρμιόνην ἐπέταξε λαβεῖν, Πυλάδῃ δὲ Ἠλέκτραν συνοικίσαι, καθαρθέντι δὲ τοῦ φόνου Ἄργους ἄρχειν.

V. 2. *ἐπαγγειλάμενον ἑαυτόν* Cod. F. *ἐκ τοῦ βίου*] Sic Cod. B. (cum Venetis IX. 10 et 15) F. *εἰς τὸν βίον* Cod. A. (cum Venetis 469. 470. 674 et cl. IX. 12.) E.

V. 3. *ὁ* om. Codd. AF. *αὐτῷ* Cod. BF. *συνεβούλευσαν* Cod. F.

V. 4. *μενέλαον* Cod. F.

V. 8. *αὐτῶν* Cod. B.

V. 10. *ἐπεβάλλετο* Cod. A. *ἀπέβαλε* Cod. B. *ἐπιβούλετο* Cod. F.

V. 13. *ὀρέστην* libri. *Ὀρέστῃ* Brunckius. *ὑπέταξε* Cod. F.

V. 14. *πυλάδης* Cod. A. *πυλάδην* B. *πυλάδης* F. *ἠλέκτραν* Cod. A. *ἠλέκτρα·* B. *ἠλέκτραν* [F]. *συνοικῆσαι* libri. *συνοικίσαι* Brunckius. *καθαρθέντι* Codd. [A]E. *καὶ καθαρθέντι* B. *καθαρθέντος* F. *τὸν φόνον* F.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὀρέστης διὰ τὴν τῆς μητρὸς σφαγὴν ἅμα καὶ ὑπὸ τῶν Ἐρινύων δειματούμενος καὶ ὑπὸ τῶν Ἀργείων κατακριθεὶς θανάτῳ μέλλων φονεύειν Ἑλένην καὶ Ἑρμιόνην, ἀνθ' ὧν Μενέλαος παρὼν οὐκ ἐβοήθησε, διεκωλύθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος. παρ' οὐδενὶ κεῖται ἡ μυθοποιία. ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Ἀργείων, ἡλικιωτίδων Ἠλέκτρας, αἳ καὶ παραγίνονται ὑπὲρ τῆς τοῦ Ὀρέστου πυνθανόμεναι συμφορᾶς. προλογίζει δὲ Ἠλέκτρα. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν.

Ἡ δὲ διασκευὴ τοῦ δράματός ἐστι τοιαύτη· πρὸς

V. 1. „Aristophanis argumentum om. E. invenitur praeterea in codicibus 18 et 59 abbatiae Flor. apud A. Matthiae et in codice Havniensi 3549. (Miscell. crit. I. p. 480. 81.) est etiam in *C*, testante apographo Veneto, et in Vaticanis n. 1345. 1363. 1135. Inscriptio: ἄλλως A. et apud Ald. ὑπόθεσις ὀρέστου ἀριστοφάνους γραμματικοῦ F. ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις apogr. Venet. nulla videtur esse in caeteris; certe nulla est in B.“ KIRCHHOFFIUS.

V. 2. ἐρινύων Cod. B. κατακριθεὶς θανάτῳ om. Cod. F.

V. 3. ἑρμιόνην καὶ ἑλένην Cod. F.

V. 5. π απ. Cod. F. μυθολογία Codd. AB. μυθοποιία F. cum apogr. Veneto.

V. 7. συνηλικιωτίδων Cod. F.

V. 8. ἦν Cod. F. τοῦ om. Cod. A.

V. 9. προλογίζει ἠλέκτρα Codd. AE.

V. 10. τὸ δρᾶμα Codd. AB. τὴν κατασκευὴν Cod. F.

V. 11. ἡ δὲ κατασκευὴ αὐτοῦ Cod. F.

τὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος βασίλεια ὑπόκειται Ὀρέστης κάμνων καὶ κείμενος ὑπὸ μανίας ἐπὶ κλινιδίου, ᾧ προσκαθέζεται πρὸς τοῖς ποσὶν Ἠλέκτρα. διαπορεῖται δέ, τί δήποτε οὐ πρὸς τῇ κεφαλῇ καθέζεται· οὕτω δὲ μᾶλλον ἐδόκει τὸν ἀδελφὸν τημελεῖν, πλησιαίτερον αὐτῷ παρακαθεζομένη. ἔοικεν οὖν διὰ τὸν χορὸν ὁ ποιητὴς διασκευάσαι· διηγέρθη γὰρ ἂν ὁ Ὀρέστης ἄρτι καὶ μόγις καταδραθείς, πλησιαίτερον αὐτῷ τῶν κατὰ τὸν χορὸν γυναικῶν παρισταμένων. ἔστι δὲ ὑπονοῆσαι τοῦτο ἐξ ὧν φησιν Ἠλέκτρα τῷ χορῷ· 'σῖγα σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης'. πιθανὸν οὖν ταύτην εἶναι τὴν πρόφασιν τῆς τοιαύτης διαθέσεως.

Τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων, χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι· πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν.

Α Λ Λ Ω Σ.

Ὅτε κατὰ τῶν Τρώων ἡ Ἑλλὰς ὥρμησεν, Ἀγαμέμνων στρατηγὸς ἠρέθη παντὸς τοῦ στόλου, ἅτε

V. 2. καὶ om. Cod. F. κλινιδίῳ Cod. F.

V. 3. προκαθέζεται πρὸ Cod. A.

V. 4. οὕτως Codd. A F. Kirchhoffius suspicatur fortasse scribendum esse οὕτω γάρ, quod non probo.

V. 5. ἂν ἐδόκει scribi volt Nauckius, quo mihi opus esse non videtur.

V. 5. 6. πλησιαίτερον αὐτῷ παρακαθεζομένη] Sic scripsi de A. Nauckii coniectura. πλησιαίτερον οὕτως προκαθεζομένη Cod. A. πλησιαίτερον οὕτως παρακαθεζομένη B. πλησιαίτερον παράκαθεζομένη E. πλησιέστερον οὕτω προσκαθεζομένη F. Deinde οὖν om. Cod. F.

V. 7. γὰρ ἂν ὀρέσης Cod. A. δὲ ὁ ὀρέσης B. γὰρ ὀρέστης F.

V. 8. μόλις καθαρθείς Cod. F. πλησιαίτερον Codd. [A]E. πλησιέστερὸν F. ἐγγὺς B. Tum τῶι κατὰ Cod. A.

V. 10. ἡ ἠλέκτρα Cod. B. τῷ χορῷ om. Codd. AB.

V. 11. λευκὸν Cod. F. ἀρβύλης τιθεῖσα Cod. F. Deinceps εἶναι ταύτην Cod. F. πιθανὴν οὖν εἶναι φασὶ ταύτην Cod. B.

V. 13. ὑποθέσεις Cod. F. ceterum διαθέσεως: — A.

V. 14. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφὴν τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς εὐδ. Cod. F.

V. 15. φαῦλοι πάντες Cod. F. φαῦλοί εἰσιν Nauckius de coniectura sua. Quod sequitur longius argumentum ab A. Matthiae e codice Guelferbytano petitum omisit Kirchhoffius. Nos, ne quid deesse videretur, cum ceteris editoribus retinuimus.

τῶν ἄλλων προέχειν δοκῶν ἀρχῆς τε μεγέθει καὶ πλήθει νεῶν· ἑκατὸν γὰρ ναῦς εἰς τὴν τοῦ στόλου συντέλειαν εἰσέφερε. καὶ ὃς μέλλων ἀναγεσθαι καταλείπει τῶν οἴκοι πραγμάτων αὐτοῦ ἐπιμελητὴν καὶ προστάτην Αἴγισθον. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἠνύετο χρόνος καὶ Ἀγαμέμνων οὐκέτ' ἐπανῄει, οἷα δὴ πολλὰ γίνεται, συνῆλθεν ἀθέσμως Αἴγισθος Κλυταιμνήστρᾳ τῇ τοῦ Ἀγαμέμνονος γυναικί. μαθόντες δὲ Κλυταιμνήστρα καὶ Αἴγισθος τὴν τε Ἰλιάδα ἁλοῦσαν καὶ Ἀγαμέμνονα μετὰ τῶν ἄλλων οἴκαδε πλέοντα βουλεύονται τοῦτον τῆς οἰκίας ἐπειλημμένον ἀποκτενεῖν, ἵνα μὴ τούτῳ, γνωσθέντος τοῦ σφῶν πονηρεύματος, αὐτοὶ παραδοθεῖεν θανάτῳ· ὃ δὴ καὶ ἤνυσαν, καὶ ἐπανελθόντα τὸν Ἀγαμέμνονα ἀποκτείνουσι. χιτῶνα γὰρ μὴ διεξόδους κεφαλῆς καὶ χειρῶν ἔχοντα μετὰ τὸ λουτρὸν ἐνδιδύσκουσι καὶ ἐν τῷ πελέκει τοῦτον φονεύουσι. μεταξὺ γοῦν τοῦ Ἀγαμεμνονείου φόνου Ἠλέκτρα τὸν ἀδελφὸν Ὀρέστην, ἵνα μὴ καὶ οὗτος ἀναιρεθείη, κλέψασα καί τινι δοῦσα παιδαγωγῷ εἰς Φωκίδα παρὰ Στρόφιον πέμπει, φίλον καὶ συγγενῆ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τυγχάνοντα. Ὀρέστης δὲ εἰς ἄνδρας ἥκων, παραλαβὼν Πυλάδην τὸν παῖδα Στροφίου, ἐφ' ᾧ μετ' αὐτοῦ Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν τιμωρήσαιτο, καταλαμβάνει λάθρᾳ τὸ Ἄργος. καὶ χρησμὸν παρὰ τοῦ Πυθίου δεξάμενος τοῦτο ποιεῖν, πρῶτον μὲν ἔρχεται πρὸς τὸν τοῦ πατρὸς τάφον καὶ θύει, εἶτά τι μηχανᾶται τοιόνδε. τὸν γὰρ παιδαγωγόν, ᾧ παρὰ τῆς Ἠλέκτρας πάλαι πιστευθεὶς ἦκεν, ὡς ἔφημεν, εἰς τὴν Φωκίδα, τοῦτον προπέμπει εἰς Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν λέγοντα, ὡς Ὀρέστης ἐν Πυθικοῖς ἄθλοις ἀνῃρέθη καὶ νῦν ἄνδρες τὰ τούτου ὀστᾶ ἐν κιβωτίῳ κομίζουσιν, ἵνα πατρῴων γοῦν τάφων τύχῃ. ὑπαχθέντες δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀπάτῃ Κλυταιμνήστρα καὶ Αἴγισθος, ἵνα μὴ μακρολογῶ, ἀναιροῦνται ὑπὸ Ὀρέστου καὶ Πυλάδου, πρώτη μὲν Κλυταιμνήστρα, ὕστερος δὲ

V. 6. πολλὰ deleri vult Nauckius, id quod minime probo.
V. 16. μεταξὺ δ' οὖν mavult Nauckius.

Αἴγισθος. μητροκτονήσας τοίνυν Ὀρέστης Ἐρινύσι παραχρῆμα τὴν δίκην ἔδωκε μανείς. Μενέλαος δὲ ἐκ Τροίας ἐλθών, ὕστερος γὰρ Ἀγαμέμνονος ἐπανῆκε, καὶ τῷ Ναυπλίῳ λιμένι προσσχών, νυκτὸς μὲν Ἑλένην εἰσπέμπει πρὸς Μυκήνας, μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτὸς εἰσῄει, καὶ τὸν Ὀρέστην μεμηνότα εὑρὼν παρακαλεῖται μὲν ὑπὸ Ὀρέστου καὶ Ἠλέκτρας σῶσαι αὐτούς· ὁ γὰρ τῆς Κλυταιμνήστρας πατὴρ Τυνδάρεως πάντας Ἀργείους κατ' αὐτῶν ἐκίνησεν, ἵνα τούτους ὡς μητροκτόνους ἀνέλοιεν. ὡς δὲ τὸν Τυνδάρεων ἀντιλέγοντα εὗρε, καὶ ἅμα καὶ αὐτὸς ὑπολογιζόμενος, ὡς, εἰ Ὀρέστης ἀναιρεθείη, βασιλεὺς αὐτὸς ἔσται τοῦ Ἄργους, οὐκ ἤθελεν Ὀρέστῃ τε καὶ τῇ ἀδελφῇ συμμαχεῖν, ἀλλὰ τὸ τῶν Ἀργείων πλῆθος ἔλεγεν εὐλαβεῖσθαι. πρῶτον μὲν οὖν Ὀρέστης καὶ Τυνδάρεως διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, ὁ μὲν ὡς οὐ δικαίως ἀνείλετο Κλυταιμνήστραν δεικνύς, Ὀρέστης δὲ ὡς καὶ μάλα δικαίως, εἰ καὶ μυριάκις αὐτὴν ἔδει τεθνάναι. ἔπειτα ἐκκλησίας ἐν ἀκροπόλει Μυκηνῶν γενομένης καὶ συνιόντων τῶν προὐχόντων ἐν Ἄργει, Ὀρέστης ὑπὸ Πυλάδου φοράδην ἐκεῖσε κομίζεται. λόγων δὲ πολλῶν γινομένων, καὶ τῶν μὲν βοηθούντων Ὀρέστῃ, τῶν δὲ ἐναντιουμένων, τέλος ἐνίκησαν οἱ κακοί, καὶ κατακρίνεται Ὀρέστης αὐτός τε καὶ ἡ ἀδελφὴ λίθοις βληθέντες ἀποθανεῖν. Ὀρέστης δὲ ἐπηγγείλατο πρὸς τὸ πλῆθος αὐτοχειρίᾳ ἑαυτὸν καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀποσφάξαι. καὶ ὁ φίλος Πυλάδης καὶ παρὰ τὴν συμφορὰν φίλος ἔμεινε καὶ κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς τελευτῆς ἠξίωσε προθυμότατα. ἐπεὶ δὲ σφίσι τοῦτο παθεῖν προὔκειτο, συμβουλεύει Πυλάδης Μενέλεω πρῶτον τιμωρίαν λαβεῖν λέγων, ὡς οὐ δεῖ τοῦτον τρυφᾶν, ἡμῶν ἀπιόντων. ὅθεν εἰσελθόντες εἴσω τῶν βασιλείων Ἑλένης δῆθεν δεησόμενοι, ἵνα μὴ περιΐδῃ σφᾶς ὀλλυμένους, ἀλλὰ χεῖρα ὀρέξῃ καὶ Μενέλεων καὶ ἄκοντα πρὸς σωτηρίαν κινήσῃ, ἐπεὶ ταύτην φονεύειν ἔμελλον,

---

V. 4. τῷ *Ναυπλιείῳ* proponit Nauckius.

ταύτης μὲν ἥμαρτον, ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἁρπασθείσης κελεύσει Διός, Ἑρμιόνην δὲ συλλαμβάνουσιν ἐκ τοῦ τῆς Κλυταιμνήστρας τάφου ἐπανήκουσαν· πρώην γὰρ αὐτὴν Ἑλένη πεπόμφει τῇ ἀδελφῇ θύσουσαν. λαβόντες δὲ Ἑρμιόνην καὶ ἔνδοθεν τὰς τῶν βασιλείων ἀσφαλίσαντες πύλας ἀνῆλθον ἐν μετεώρῳ τῶν βασιλείων, ἔχοντές τε τὴν Ἑρμιόνην καὶ ξίφος πρὸς τῇ δέρῃ αὐτῆς καὶ μέλλοντες μετὰ τὴν ταύτης διαχείρισιν, ἂν μὴ σφᾶς Μενέλεως σώσῃ, καὶ τοὺς δόμους ὑφάψειν πυρί. Μενέλεως μὲν ὑπὸ τούτων Ἑλένην τεθνάναι μαθών, ἵνα κἂν σώσῃ τὴν παῖδα ἐλθών, ἤρξατο ὀρθεῖν τὰ βασίλεια· ἐπιφανεὶς δὲ Ἀπόλλων διήλλαξε τούτους, Ἑλένην μὲν εἰς οὐρανοὺς φήσας διακομίσαι, Μενέλεων δὲ ἑτέραν λαβεῖν κελεύσας γυναῖκα, Ὀρέστῃ δὲ Ἑρμιόνην συνάψαι μετὰ τὴν τοῦ φόνου κάθαρσιν· ἧς Ἀθήνησιν ἔτυχε μετὰ Ἐρινύων εἰς Ἄρειον πάγον κριθείς, ὅτε καὶ καταδικασθῆναι μέλλοντα ὑπὸ πάντων θεῶν Ἀθηνᾶ ψῆφον βαλοῦσα νικῆσαι τοῦτον ἐποίησε. καὶ οὕτως Ὀρέστης ὕστερον Ἑρμιόνην γυναῖκα λαμβάνει κατὰ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος θέσπισμα καὶ Ἄργους κρατεῖ, Πυλάδῃ δὲ Ἠλέκτραν δίδωσι τὴν καὶ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ κατεγγυηθεῖσαν τούτῳ. ἰστέον δέ, ὅτι πᾶσα τραγῳδία σύμφωνον ἔχει καὶ τὸ τέλος· ἐκ λύπης γὰρ ἄρχεται καὶ εἰς λύπην τελευτᾷ· τὸ παρὸν δὲ δρᾶμά ἐστιν ἐκ τραγικοῦ κωμικόν· λήγει γὰρ εἰς τὰς παρ' Ἀπόλλωνος διαλλαγὰς ἐκ συμφορῶν εἰς εὐθυμίαν κατηντηκός· ἡ δὲ κωμῳδία γέλωσι καὶ εὐφροσύναις ἐνύφανται.

V. 12. *οὐρανὸν* proponit Nauckius. Pluralis numerus posteriorum scriptorum proprius videtur in eiusmodi locis.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.
ΕΛΕΝΗ.
ΧΟΡΟΣ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.
ΠΥΛΑΔΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΡΜΙΟΝΗ.
ΦΡΥΞ.
ΑΠΟΛΛΩΝ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἠλέκτρα ὡς ἀδελφὴ Ὀρέστου ἐλεεινολογοῦσα διὰ τὸν Τάνταλον.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος,

Inscript. *ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΟΡΕΣΤΗΣ*] Quod in libris manu scriptis antiquioribus saepe nulla inscriptio habetur, inde videtur factum esse, ut in Cod. *C.* eiusque apographis haec fabula Electrae nomine inscribatur, non Orestis, quia librarii nomen eius personae, quae primum loqui incipit, pro inscriptione libri habuerunt. Eiusmodi libro etiam Scholiastes Aristidis III. p. 603. usus esse videtur, qui ipse quoque Electram pro Oreste citavit.

V. 1—3 citant Lucianus Iov. Trag. 1. Dio Chrysost. IV. p. 81. 82. Stobaeus flor. XCVIII. 42. t. III. p. 252. Orion VIII. 6. p. 53. Suidas I. 1. p. 701., vertit Cicero Disput. Tusc. lib. IV. c. 29. §. 73. Primum v. solum laudant Olympiodorus in Alcib. p. 132 Maximus Plan. t. V. p. 424. ed. Walz. Scholiastes Aeschyli Pers. 711. Zonaras p. 307. Grammaticus ap. Bekker. anecd. t. III. p. 1151.

V. 2. *συμφορὰ θεήλατος* E[F]c et vulgo, nisi quod in aliis li-

V. 1 sqq. Quod Euripides in multis fabulis fecit, ut longioribus prologis non solum praesentem rerum condicionem spectatoribus proponeret atque in noto fortasse, sed ab alio aliter tractato argumento quam famam ipse sequeretur ostenderet, verum etiam in ipso fabulae exordio eum finem et exitum praepararet, ad quem suam fabulam perducere vellet, idem poëta in hoc exordio fecit. Nam in prologi persona et praesentem rerum statum descripsit et quibus in locis argumentum, quod ipse sequeretur, a communi fama discreparet ostendit, calamitatem autem generis, cuius fortunam proposuit, a Tantalo auctore, qui fuit pater Pelopis, avus Atrei et Thyestae, proavus Agamemnonis et Menelai, deducens innocentiorem Orestem voluit videri et, quod Apollinem auctorem matricidii ab Oreste commissi fecit, iam nunc indicavit etiam exitum fabulae ab ipso Apolline adductum iri. Sollertissime autem omnia instituit, ut et quae supervacanea in narratione fabulae esse viderentur

ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπων φύσις.
ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,

brls ξυμφ. scriptum est, *συμφορὰν θεήλατον* (corr. in — α — ος)
α ος
A. *συμφορά θεήλατον* B. Vulgatam scripturam novit etiam Scholiastes Cod. A., etsi improbat. *συμφορὰν δαιμόνιων* Dionis libri. Ceteri scriptores, qui hunc locum laudant, nominativum habent, quem expressit etiam Cicero l. c.

V. 3. *ἀνθρώπων* Cod. A. et Lucianus, qui l. c. eo tuetur pluralem numerum, quod in parodia habet eo loco *ἡ θεῶν φύσις*, et in Ocypod. v. 167. irridens hunc versum aperte *ἀνθρώπων* scriptum exhibet. Huic consensioni Cod. A. et Luciani cedens scripsi *ἀνθρώπων* pro *ἀνθρώπου*, quod in ceteris libris et apud Stobaeum l. c. legitur. Non enim video quid sibi velit G. Hermannus, recideret et quid exspectandum auditoribus esset significaret potius quam aperiret.

V. 1. *οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος κτλ.*] Quod *ὧδε* post adiectivum, quo pertinet, *δεινὸν* positum est, quod item saepe factum est in particula *οὕτω*, qua de re conf. G. H. Schaeferum ad Demosth. part. II. p. 234., et veteres et recentiores interpretes *ὧδ' εἰπεῖν* falso coniungentes verti voluerunt: ut ita dicam, vel simili modo. *ὧδ'* ad *δεινὸν* pertinere, *ἔπος* autem et *πάθος* et *συμφορὰν θεήλατον* uno ordine dici, denique *εἰπεῖν* ita adiungi ad adiectivum *δεινόν*, ut supino Latinorum respondeat et sit dictu, vix est quod commemorem. Rectissime hunc locum intellexit et vertit M. Cicero, qui Disp. Tusc. lib. IV. c. 29. §. 62 sq. de hoc ipso loco haec habet: Continet autem omnem sedationem animi humana in conspectu posita natura: quae quo facilius expressa cernatur, explicanda est oratione communis condicio lexque vitae. Itaque non sine caussa, quum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tris versus revocasse dicitur Socrates: *Neque tam terribilis ulla fando oratio est Nec fors nec ira caelitum invectum malum, Quod non natura humana patiendo ecferat.* Significat autem *ἔπος* rem, quam animo concipimus, *πάθος* id, quod sentimus patiendo, *συμφορὰ θεήλατος* denique est malum divinitus invectum, ut non male fors a Cicerone positum sit, quoniam fors et id, quod cura deorum fit, inter se saepe opponuntur a Latinis scriptoribus, veluti ab ipso Cicerone ad Atticum lib. IV. ep. 10. §. 1. Sed de illa ambulatione fors viderit aut si qui est qui curet deus.

V. 3. *ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος κτέ.*] De pronomine relativo ibi posito, ubi exspectaveris *ὥστε*, vide G. H. Schaeferum ad Demosth. p. II. p. 531. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 479. adn. 1. V. Chr. F. Rost. gr. Gr. §. 122. 9. adn. 6. p. 654. ed. sept.

V. 4. *ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας κτέ.*] Tantalus, quod olim divitissimus et felicissimus Lydiae rex

Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος
κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον

quod alterum definitius esse dixit. Nam utrumque per se recte dici poterat h. l.

V. 4—7. habent Scholiastes Pindari Olymp. I, 97. Scholiastes Aphthonii t. II. p. 648. ed. Walz. Versum 4 et 5 habet Maximus Plan. t. V. p. 424. ed. Walz. Versum 4 Olympiodorus in Alcib. p. 125.

V. 5 et 10. ante oculos habuit Nicolaus comicus ap. Stobaeum flor. XIV. 7. *Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν.*

V. 6. *κεφαλῆς* pro *κορυφῆς* habet Dio Chrysostomus, qui t. VI. p. 111. eum versum laudat.

fuisse perhibebatur, hic primum *μακάριος* appellatur, sed quia haec felicitatis pristinae commemoratio quasi exprobratio videri poterat, praesertim quum eius ipsius culpa amissa esset, invidiae deprecandae causa suae orationi adiungit Electra: *οὐκ ὀνειδίζω τύχας*, nec hoc commemoro ut probrum faciam, quod non ad poenam Tantali, ut voluit A. Matthiae, sed ad pristinas eius fortunas pertinere recte vidit G. Hermannus.

V. 5. *Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι*] Quod Scholiastes dicit verba *ὡς λέγουσι* Electram addidisse non tam dubitantem quam Iovi exprobrantem, quod filium suum in tantis malis deseruisset, id minime possum probare. Electra enim potius ne adrogans esse videretur, si suum ipsa iudicium in referendis his, quae antiquitus tradita erant, interponeret, ait se praeter ea, quae ipsa ab aliis accepisset, nihil referre; hoc idem facit infra v. 8., ubi *ὡς μὲν λέγουσι* praeponit eis verbis, quibus de causa poenae Tantali refert. Idem sequitur Antigona, quum apud Sophoclem in fabula ipsius nomine appellata aliorum potius iudicio quam suo quod Creon in Eteocle sepeliendo fecerit vult existimari: *Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ Χρηοθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς Ἑκρυψε*, nisi quod alia voluntate Electra, alia Antigona loquitur. Haec enim laedere non vult, illa non vult laudare. Ceterum hunc et sequentes versus contractos in brevius Latinus tragicus apud Quinctilianum IX, 3, 57. et Diomedem II. p. 443. sic reddidit: Iove prognatus est, ut perhibent, Tantalus, Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus Atreus, qui nostrum porro propagat genus. Non enim adsentiri possum O. Ribbeckio, qui haec ex exordio Iphigeniae Tauricae petita esse existimavit in Tragic. Latin. reliqu. p. 282.

V. 6. *κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον ἀέρι ποτᾶται*] De poena Tantali copiosissime ad h. l. disputavit Porsonus, duplicem famam memorans, unam, quam Archilochus, Alcaeus, Alcman sequuti essent, de quibus refert Scholiastes Pindari ad Olymp. I. 91., tum Pindarus ipse l. c. et Isthm. VIII, 21.

ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην,
ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὢν
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.

V. 7. *δίκην ταύτην* B. Ceterum conf. Eustathium ad Odyss. p. 1700, 21. et Etymol. magn. p. 759.
V. 8. *ὅτι* om. F.
V. 9. habent Draco de metris p. 50. Etymol. Magn. p. 488. *ἴσον ἔχειν* F.
V. 10. laudant Scholiastes Aphthonii l. c. Scholiastes Pindari l. c. Heraclides alleg. Homeric. princ.

et praeter Euripidem h. l. etiam Plato in Cratyl. p. 395. ed. HSt. D. E., qui tradidissent Tantalo, quum ipse inter caelum ac terram sublimis in aëre ferretur, saxum impendere semper, vide infra v. 982 sqq. Plutarchum de superst. t. II. p. 170. F. Antipatrum in Anthol. Brunck. t. II. p. 18., alios, de Latinis conf. Ciceronem Disp. Tusc. IV. 16, 35. quam vim mali significantes poëtae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam. cl. de finibus I. 18, 70. Lucretium III. 980 sq. Nec miser impendens magnum timet aëre saxum Tantalus, ut famast, cassa formidine torpens. Altera fama de poena Tantali, quae manavit e noto illo Odysseae loco fortasse ab Onomacrito supposito lib. XI. 582 sqq., quoniam ab Latinis poëtis celebrata magis est, nunc vulgo notior habetur, sic descripta ab Homero l. c.: *Καὶ μὴν Τάνταλον εἰςεῖδον, χαλεπ' ἄλγε' ἔχοντα Ἑστηότ', ἐν λίμνῃ· ἡ δὲ προςέπλαζε γενείῳ· Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι. Ὁσσάκι γαρ κύψει' ὁ γέρων, πιέειν μενεαίνων, Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκει' ἀναβροχέων· ἀμφὶ δὲ ποσσὶν Γαῖα μέλαινα φάνεσκε, κατεζήνασκε δὲ δαίμων. Δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατάχρηθεν χέε καρπόν, Ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, Συκαί τε γλυκερηαὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι· Τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι, Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε περὶ νέφεα σκιόεντα.* Hanc poenam cum ea, quae supra memorata est, coniunxit in pictura Polygnotus, ut refert Pausanias X, 31, 4. cl. Hygin. fab. 82. Modo hanc, modo alteram famam sequuntur Philostratus V. Apollon. III. 25. p. 115. 116. V. Sophist. I, 21. 1. p. 513. Dion. Chrysostomus VI. p. 97. LXIV. p. 594., de Latinis autem, qui Homeri locum fere expresserunt, relegat iuvenis litterarum studiosus Ciceronem Disput. Tuscul. I, 5, 10. Tibullum I, 3, 77. Propertium IV, 11, 24. Ovidium am. II, 2, 43. III, 7, 51. de art. am. II, 605 sq. Metam. IV, 457 sq. X, 41 sq. Senecam Herc. fur. 752 sqq.

V. 8. *ὡς μὲν λέγουσιν*] De *μέν*, cui *δὲ* non respondet, vide Rost. §. 134. B. 6. adn. 5. cc, *β*. Devarium I. p. 122. II. p. 656. ed. Klotz.

Ibid. *ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὢν κοινῆς τραπέζης κτέ.*]

οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ,
ᾧ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεὰ
ἔριν Θυέστῃ πόλεμον ὄντι συγγόνῳ
θέσθαι· τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;

V. 11. habet Scholiastes Sophoclis Oed. Col. 475. Suidas II, 1. p. 132. Eustathius in Il. p. 1200, 13.

V. 13. Scholiastes: *γράφεται δὲ καὶ Ἔρις, ἵν' ᾖ· ἡ θεὰ Ἔρις τὸν πόλεμον ἐπέκλωσε Θυέστῃ καὶ Ἀτρεῖ. ἔριν* legit et interpretatus est etiam Proclus ad Hesiod. *ἔργ. κ. ἡμ.* v. 187.

V. 14. Lucianus amor. c. 53. hunc versum quasi proverbialem locutionem usurpat: *καὶ τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;* Habet etiam Iulianus orr. p. 270.

Pindarus Olymp. I. 85 sq. *Εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ Ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος*, Horatius carm. I, 28, 6. Occidit et Pelopis genitor, conviva deorum. Ovidius Metam. VI, 172 sq. Mihi Tantalus auctor, Cui licuit soli superorum tangere mensas.

V. 10. *ἀκόλαστον ἴσχε γλῶσσαν*] Ut de genere poenae, quam luisse dicitur, ita etiam de modo, quo poenam commiserit Tantalus, alia ab aliis scriptoribus traduntur, plerique tamen in eo consentiunt, ut dicant Tantalum, quum tantam, quanta ipsi erat concessa, fortunam ferre non posset, culpam contraxisse, ut Pindarus Olymp. I, 87. *ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι Μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη, κόρῳ δ' ἔβλεν Ἄταν ὑπέροπλον κτέ.* et ob animi impotentiam et superbiloquentiam, ut ait poëta apud Ciceronem Disp. Tusc. IV. 16, 35. et garrulitatem a love esse punitum, veluti Antipater in Anthol. Brunck. t. II. p. 18. *Τάνταλε, καὶ σὲ γλῶσσα διώλεσε καὶ σέο κούραν· Καί μὲν ἐπιτρώθη, σοὶ δ' ἔπι δεῖμα λίθος.* Ovidius amor. II, 2, 43 sq. Quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat Tantalus. Hoc illi garrula lingua dedit. cl. eiusd. art. am. II, 606. Hygin. fab. 82. — *αἰσχίστην νόσον*] Conf. Med. 471. *ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων Πασῶν, ἀναίδεια.*

V. 12 sq. *ᾧ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεὰ ἔριν κτέ.*] Cui stamina carminans nevit (nendo fecit) rixam dea, id est, Clotho. Quod Scholiastes ad h. l. etiam in cod. A. adnotavit: *γράφεται δὲ καὶ Ἔρις, ἵν' ᾖ· ἡ θεὰ Ἔρις τὸν πόλεμον ἐπέκλωσε Θυέστῃ καὶ Ἀτρεῖ*, nullo modo comprobandum est. *ἔριν* tuetur cum Euripidis libris Proclus l. c., quamquam is non satis recte aptius id cum nomine *πολέμου* coniungens. Rectius explicavit Scholiastes cod. Guelferb. *θέσθαι· ὥστε ποιῆσαι* (sc. *Θυέστῃ πολέμου ὄντι συγγόνῳ*). Neque enim ad *ἔριν* accedit quasi appositio *πόλεμον*, verum ad *ἐπέκλωσεν ἔριν* additur quasi consequutio: *Θυέστῃ πολέμου — θέσθαι*, i. e. rixam fatalia stamina nens adsignavit, ita ut bellum Thyestae fratri faceret.

V. 14. *τἄῤῥητ'*] virgini non dicenda, quod adulterio corrupit Aëropen Atrei uxorem, ut impetrato agno aurea pelle regno Mycenarum potiretur, v. Pacuvium apud Ciceronem de

ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς·
Ἀτρέως δέ — τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας —
ὁ κλεινός, εἰ δὴ κλεινός, Ἀγαμέμνων ἔφυ
Μενέλεώς τε Κρήσσης μητρὸς Ἀερόπης ἄπο.
γαμεῖ δ' ὁ μὲν δὴ τὴν θεοῖς στυγουμένην
Μενέλαος Ἑλένην, ὁ δὲ Κλυταιμνήστρας λέχος
ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας Ἀγαμέμνων ἄναξ·
ᾧ παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν ἐκ μιᾶς,

V. 15. δ' οὖ νιν A.
V. 16. habet Iulianus p. 116.
V. 18. μενέλαος ἐκ κρήσσης τε μῆς ἀερόπης C.
V. 19. τοῖς θεοῖς F.
V. 20. μενέλεως ABFc. μενέλαος recentiores pauci.
V. 22. τρεῖς in F. supra scriptum a manu sec.

nat. deor. III, 27, 68. Varronem de re rust. II, 1, 6. Ovidium trist. II, 391. Hygin. fab. 86. conf. etiam infra v. 16. τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας, quod spectat ad Thyestae cum Pelopis filia concubitum, v. Hygini fab. 87. et v. 26 sq. ὧνξκατι, παρθένῳ λέγειν οὐ καλόν.

V. 15. ἔδαισε δ' οὖν νιν κτέ.] Quod orationem illa interrogatione: τί με δεῖ, praeciderat, iam nunc leni oppositione orationem intermissam recipit, vide quae de ea particularum δ' οὖν vi huius ipsius loci rationem habens dixi ad Devarium vol. II. p. 449. A. Matthiae ad Suppl. 821. Thyestea autem mensa, qua Atreus Thyestae fratri viscera suorum apposuerat, satis celebrata est, ut ab Aeschylo Agam. v. 1201. ed. Herm. Τὴν μὲν Θυέστου δαῖτα παιδείων κρεῶν ξυνῆκα καὶ πέφρικα κτέ. et v. 1561 sqq. παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν. Τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας Ἔκρυπτ' ἄνωθεν κτέ. etiam ab Latinis poëtis, Ovidio Metam. XV, 462. ex Ponto IV, 6, 47.

V. 17. ὁ κλεινός, εἰ δὴ κλεινός, Ἀγαμέμνων ἔφυ] Recte Scholiastes: ὁ κλεινὸς Ἀγαμέμνων, κλεινὸς μέν, ὡς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εἰς Τροίαν στρατεύσας· εἰ δὴ κλεινός, ὡς ἀθλίως ἀποθανὼν καὶ τὴν τῆς γυναικὸς ὑποστὰς μοιχείαν. De vi ac significatione adiectivi κλεινὸς de iis, qui summum imperium habent, vide quae dixi in praef. Herculis fur. p. XV sq. ed. Goth.

V. 18. Κρήσσης μητρὸς Ἀερόπης ἄπο] Aërope, Catrei regis Cretae filia, Minois neptis, nupserat Plistheni Atrei filio, cui Agamemnonem et Menelaum pepererat, v. Apollodor. III, 2, 1 sq., sed mortuo Plisthene quod Agamemnon et Menelaus ab Atreo avo educabantur, pro eius filiis habiti sunt et Aerope pro uxore Atrei, v. Helen. 391. Scholiast. Homeri ad Il. II, 249. Ovidium Trist. 2, 391. Hygini fab. 86.

V. 22. ᾧ παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν κτέ.] Vide quae diximus in prooemio p. 7. et p. 9.

V. 24. ἄρσην τ' Ὀρέστης] De μὲν et τὲ inter se respondentibus vide Rost. §. 134. B. 6. adn. 5. cc, a. p. 740. ed. sept. Pflugk. ad Androm. 466. p.

Χρυσόθεμις Ἰφιγένειά τ' Ἠλέκτρα τ' ἐγώ,
ἄρσην τ' Ὀρέστης, μητρὸς ἀνοσιωτάτης,
ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι
ἔκτεινεν· ὧν δ' ἕκατι, παρθένῳ λέγειν
οὐ καλόν· ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν.
Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν;
πείθει δ' Ὀρέστην μητέρ' ἥ σφ' ἐγείνατο
κτεῖναι, πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρον.

V. 24. ἄρσην δ' Ὀρέστης de Elmsleii quidem sententia mavult A. Nauckius.

V. 25 sq. habet Alexander rhet. tom. VIII. p. 540. priorem etiam Scholiastes Homeri Il. XIV. 200. cl. Etym. Magn. p. 120.

V. 26. ἔκτανεν B.ἔκτειν' F. παρθένῳ [AB]E[F]. παρθένον cum Alexandri libris ante Brunckium legebatur.

73. ed. Goth. alt. Klotz. ad Devar. vol. II. p. 659 sq. Qui ipsam oppositionem δὲ particula, quam substitui voluerunt, quaesiverunt, neglexerunt iam ipso nomine ἄρσην, hoc membrum a superioribus secerni.

V. 25. ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι ἔκτεινεν] Quum Homerus dicentem fecisset Agamemnonem se pecoris instar ab Aegistho ad cenam vocatum trucidatum esse, v. Odysseae XI, 409 sqq. Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε, Ἕκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ, οἰκόνδε καλέσσας, Δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ., Aeschylus nescio quo auctore fecit Agamemnonem in balneo a Clytaemnestra circumveniri et veste inexplicabili irretiri, ut facili negotio occidi posset. Clytaemnestra apud Aeschylum Agam. 1341 sqq. ed. Herm. rem accurate explicat his verbis: Ὡς μήτε φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον, Ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων, Περιστιχίζω. cl. ib. 1085 sq. 1460 sq. 1484 sq. 1548 sq. Aeschylum sequutus est Euripides, vide Lycophr. Alex. v. 1374 sq. et quae ad eum locum adnotavit Tzetzes.

V. 26 sq. ὧν δ' ἕκατι, παρθένῳ λέγειν Οὐ καλόν] De re vide ad v. 14. De dativo παρθένῳ vide infra v. 108. εἰς ὄχλον ἔρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν. et Electrae v. 943. παρθένῳ γὰρ οὐ καλὸν λέγειν., quibus in locis scripturae discrepantia non est; magisque exstat persona virginis quam si accusativus παρθένον legeretur.

V. 28. Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν] Quod G. Hermannus adscripsit: „Ante Olymp. LXXXIX. scripsisset Euripides: Φοίβου μὲν ἀδικίαν τί δεῖ κατηγορεῖν, vitato ictu in secunda syllaba vocabuli quartum paeonem efficientis," id minime comprobo. Etenim ut missam faciam metricam rationem, de qua quid sentirem alio loco explicavi, neque leni illa oppositione, quae est in δὲ particula, oratio carere poterat et μὲν particula rectissime ponitur post ἀδικίαν, cui deinceps responderi verbis πείθει δέ iam Porsonus contra Chr. D. Beckium monuit, qui πείθει γ' ediderat.

V. 30. πρὸς οὐχ ἅπαντας

ὅμως δ' ἀπέκτειν' οὐκ ἀπειθήσας θεῷ·
κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνή, φόνου
Πυλάδης θ' ὃς ἡμῖν συγκατείργασται τάδε.
ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ νοσεῖ
τλήμων Ὀρέστης· ὅδε πεσὼν ἐν δεμνίοις 35
V. 194. *δίκα μέν, καλῶς δ' οὔ*] *Ὠφείλετο μὲν γάρ*, inquit Scholiastes, *αὐτὴ ἀναιρεθῆναι, οὐ μέντοι παρὰ τοῦ παιδός. Δίκαιον μὲν αὐτὴν ἀναιρεθῆναι, ἀνελοῦσαν τὸν ἄνδρα, οὐ μέντοι πρέπον ἦν ὑπὸ τοῦ παιδὸς εὐθύνας δοῦναι τοῦ φόνου.* Vix autem est quod commemorem haec ab una persona dicenda fuisse, non separatim a duabus.

V. 195. *ἔκανες, ἔθανες*] Hanc scripturam defendens G. Hermannus: Commemoranda, inquit, hic et patrata a Clytaemnestra caedes erat, ut prima malorum causa, et adlata ei mors a filio, quod is propter eam insanit.

V. 202 sq. *τό τ' ἐμὸν οἴχεται βίου τὸ πλέον μέρος κτέ.*] R. Porsonus scripsit: *πλέον βιότου μέρος*, iniuria offensus in repetito articulo, qui sese habet rectissime, v. Rost gr. Gr. §. 98. 2. adn. 1. p. 426. Articulus alter, qui aptius cum comparativo coniunctus est, eius vim adauget, ut ad superlativi vim accedat, eadem ratione, qua in lingua Francogallica natus est superlativus: le plus grand, veluti in Sophoclis

ἄγαμος, ἐπὶ δ' ἄτεκνος ἄτε βίοτον ἀ
μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον.

ΧΟΡΟΣ.

ὅρα παροῦσα, παρθέν' Ἠλέκτρα, πέλας,
μὴ κατθανών σε σύγγονος λέληθ' ὅδε·
οὐ γάρ μ' ἀρέσκει τῷ λίαν παρειμένῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ

ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ἐπίκουρον νόσου,
ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες ἐν δέοντί γε.
ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφὴ
καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός.

V. 208. παροῦσ' ἠλέκτρα παρθένε A.

V. 211. habent Plutarchus de superst. p. 165. Stobaeus flor. C. 1. t. III. p. 268. priorem habet Clemens Alex. strom. lib. VI. p. 264.

V. 212. ἐν δέοντί γε Ac C. Plutarchus l. c. ἐν δεοντί τε [B] Stobaeus l. c. δέοντί μοι F.

V. 213 sq. habent Stobaeus flor. XXVI. 2. t. I. p. 379. Plutarchus de cur. p. 522. Id. sym. p. 612. Longinus t. IX. p. 570. ed. Walz. respicit Eustathius ad Il. p. 22, 34.

V. 214. τοῖς F.

Antig. v. 309. ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους., ad quem locum vide quae adnotavit Wexius p. 148. et Wunderus p. 37. ed. Goth. IV.

V. 206. ἄγαμος, ἐπὶ δ' ἄτεκνος ἄτε βίοτον κτέ.] Innupta ideoque orba liberis quippe vitam misera in sempiternum traho tempus. Sic credo haec verba intelligi posse. Nam ἔπειδ', quod vulgo interponunt: ἄγαμος, ἔπειδ', ἄτεκνος κτέ. sic locum habere vix posse recte vidit G. Hermannus. ἐπὶ δέ, quod est ideoque, aliquoties ab Herodoto usurpari itaque a tragicorum etiam oratione non abhorrere non est quod doceam. Si rem vere existimas, infra v. 562. eodem modo dicitur. ἐπὶ δ' agnovit etiam unus e Scholiastis, ἐπὶ τούτῳ δέ id interpretans.

V. 210. τῷ λίαν παρειμένῳ] propter nimiam lassitudinem vel eo, quod nimio opere remissus iacet, de participio pro substantivo posito v. Rostgr. Gr. § 130. 7. p. 719. ed. sept. et conf. mox v. 212. ἐν δέοντί γε. et Med. 1277. καὶ πρὸς θεῶν, ἀρήξατ'· ἐν δέοντι γάρ.

V. 213. ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφὴ] Respicit huc Eustathius ad Il. p. 22, 34. Λητὼ δὲ νῦξ διὰ τὴν παρ' Εὐριπίδῃ σοφὴν καὶ πότνιαν λήθην., eodemque spectare videtur Scholiastes Euripidis h. l. Ἔοικε, inquit, τὴν Λητὼ καλεῖν οὗτος· ὑπνοῦντες γὰρ νυκτὸς πάντων ἐπιλανθανόμεθα. Sed tamen haec non sunt nisi commenta grammaticorum, qui verborum similitudine ducti Lethen et Latonam confuderunt.

πόθεν ποτ' ἦλθον δεῦρο; πῶς δ' ἀφικόμην; 215
ἀμνημονῶ γὰρ τῶν πρίν, ἀπολειφθεὶς φρενῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλταθ', ὡς μ' ἠΰφρανας εἰς ὕπνον πεσών.
βούλει θίγω σου κἀνακουφίσω δέμας;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λαβοῦ λαβοῦ δῆτ', ἐκ δ' ὄμορξον ἀθλίου
στόματος ἀφρώδη πέλανον ὀμμάτων τ' ἐμῶν. 220

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἰδού· τὸ δούλευμ' ἡδύ, κοὐκ ἀναίνομαι
ἀδέλφ' ἀδελφῇ χειρὶ θεραπεύειν μέλη.

V. 215. πῶς ἀφικόμην C.
V. 216. γὰρ ab altera manu supra scriptum est in F.
V. 217. ηὔφρανας BF. εὔφρανας c. .. φρανας deletis duabus litteris A.
V. 219 sq. citant Photius p. 406. 24. ed. Porson. p. 351. ed. Lips. Suidas II. 2. p. 170. Harpocration p. 150. Scholiastes Apollonii Rhod. I. 1077. cl. Etym. Magn. p. 659. Cum Photio, qui interpretatur πελανόν, ὅπερ τὸν ἐπὶ τοῦ στόματος ἀφρὸν δηλοῖ, consentit Hesychius t. II. p. 903.: πέλανος ..... καὶ τὸν περιπεπηγότα τῷ στόματι ἀφρόν.
V. 220. πελανόν A. ubique. τ' a manu sec. additum in B.
V. 221. βούλευμ' C.
V. 222. ἀδελφᾶ A.
V. 223. πλευράς A. καὶ αὐχμ. A.

V. 216. ἀμνημονῶ γὰρ τῶν πρίν, ἀπολειφθεὶς φρενῶν] Revocavi ego hanc verborum collocationem, quae inde ab A. Matthiae deserta a plerisque est; nam ἀπολειφθεὶς φρενῶν per se recte intelligi potest, τῶν πρίν autem ad ἀμνημονῶ rectissime adiungitur, quia Orestes maximo opere hoc vult efferre, se nullam earum rerum, quae ante fuerunt, iam habere memoriam, ideoque se edoceri velle, unde huc venerit et quemadmodum huc accesserit.

V. 218. βούλει θίγω ὅμοιόν ἐστι τῷ τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω; ὡς. φησι Σοφοκλῆς [Oed. reg. 631. ed. Wunder.] SCHOLIASTES. V. Rost §. 119. 2. b. p. 599 sq. ed. sept.

V. 220. στόματος ἀφρώδη πέλανον ὀμμάτων τ' ἐμῶν] Significat spumea excrementa oris oculorumque, quae iam concretam et duratam massam vel glaebam (πέλανον) efficiunt.

V. 225. ὦ βοστρύχων πινῶδες ἄθλιον κάρα] Varie hoc genus dictionis expositum est a grammaticis, ita tamen, ut mihi genetivi ratio non satis recte explicata esse videatur neque ab A. Matthiae, qui appellat grammaticam suam §. 317., neque a G. Hermanno, qui levi admodum explicandi studio ductus βοστρύχων πινῶ-

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὑπόβαλε πλευροῖς πλευρὰ καὐχμώδη κόμην
ἄφελε προςώπου. λεπτὰ γὰρ λεύσσω κόραις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ βοστρύχων πίνωδες ἄθλιον κάρα,
ὡς ἠγρίωσαι διὰ μακρᾶς ἀλουσίας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κλινόν μ' ἐς εὐνὴν αὖθις· ὅταν ἀνῇ νόσος
μανιάς, ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἰδού· φίλον τοι τῷ νοσοῦντι δέμνιον,
ἀνιαρὸν ὂν τὸ κτῆμ', ἀναγκαῖον δ' ὅμως.

V. 224. *λεπτὰ* (γρ. *λευκὰ* a manu sec.) F. *λεύσω* ABF. *κόραις* (γρ. *νόσω*) A. itemque Scholiastes: *γράφεται καὶ λεπτὰ γὰρ λεύσσω νόσῳ, ἵν' ᾖ· ἡ νόσος με ποιεῖ λεπτὸν* (*λεπτὰ* Cod. A.) *λεύσσειν.*

V. 227. *ὅταν μ'* libri. *μ'* delevit Heathius. Quod si tueri velis *μ'*, quod per se non male dicitur, scribendum sit *αὖθ'* pro *αὖθις*. Sic in melico quidem carmine dixit Sophocles in Trachin. 1010. ed. Herm. *ἡ δ' αὖθ' ἕρπει.*

V. 228. *κἀσθενῶ δέμας* recentiorum nonnulli.

V. 229–236. citat Stobaeus flor. C. 2. t. III. p. 268.

V. 229. *φίλον τι* B. *δέμνια* Stobaeus.

V. 230. *ἀνιαρὸν μὲν τὸ κτ.* Stobaeus. Suspicatur Kirchhoffius: "An *ἀνιαρὸν ὄν τι κτῆμ'*?"

δες coniungens ait esse *βοστρύχων πίνον ἔχον*, quod quid sibi velit non adsequor. Vera ratio explicandi horum locorum haec est. Primum dicitur *βοστρύχων κάρα*, id est, caput comis abundans, quasi una notio ein Lockenhaupt, cui notioni communi recte nunc illud praedicatum adiungi potest, quod minus ad nomen primarium, quod est *κάρα*, quam ad secundarium, quod est *βοστρύχων*, pertinere videatur, id est, *πινῶδες*, quemadmodum etiam Latine comarum squalidum caput dici potest. Dicit autem haec ita Electra, ut adsidens lecto Orestis caput eius in sinu suo repositum habere videatur.

V. 228. *ἄναρθρός εἰμι*] privatus esse videtur membris iisque carere prorsus, quibus uti non potest. Hinc *ἄνάρθρος* is dicitur, qui imbecillus membris est, etiam nostrates membris capti dicunt: Ich habe meine Glieder nicht. Sophoclis Trachin. 1103. *νῦν ὧδ' ἄναρθρος καὶ κατερρᾳκωμένος, Τυφλῆς ὑπ' ἄτης ἐκπεπόρθημαι τάλας.* et quae ibi habet Scholiastes.

V. 229. *ἰδού. φίλον τοι κτέ.*] *ἰδού* recte a reliqua oratione G. Hermannus separavit, quod illud solum stare dixit significareque eo Electram fecisse se quod Orestes iussisset et reclinasse eum in lectum.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

αὖθίς μ' ἐς ὀρθὸν στῆσον, ἀνακύκλει δέμας·
δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἦ κἀπὶ γαίας ἁρμόσαι πόδας θέλεις,
χρόνιον ἴχνος θείς; μεταβολὴ πάντων γλυκύ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μάλιστα· δόξαν γὰρ τόδ' ὑγιείας ἔχει. 235
κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἄκουε δὴ νῦν, ὦ κασίγνητον κάρα,
ἕως ἐῶσί σ' εὖ φρονεῖν Ἐρινύες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέξεις τι καινόν; κεἰ μὲν εὖ, χάριν φέρεις·
εἰ δ' εἰς βλάβην τιν', ἄλις ἔχω τοῦ δυστυχεῖν. 240

V. 231. αὖθις δ' Stobaeus. ἀνακύκλει· ἀνόρθου Hesychius t. I. p. 328.

V. 332. Plutarchus de tr. an. p. 466. Hic versus chori est in A, Orestis cum praecedente et quattuor sequentibus in B, cuius altera manus v. 232. chori, v. 233. Electrae notam addidit, Electrae tribuit E. Oresti reddidit Canterus.

V. 233. γαίης A. γαῖαν c.

V. 234. om. Stobaeus. Habet Aristoteles rhet. I, 11. Ammonius p. 93. Phoebammon t. VIII. p. 492. ed. Walz. Schol. Hermogenis t. V. p. 438. ed. Walz. Eustathius ad Il. p. 1093, 51. Id. ad Odyss. p. 1404, 54. p. 1910, 30. p. 1799,

Appellat etiam Scholiastem, qui explicat: ἰδού, κλίνω σε.

V. 232. δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες] Hic locus maxime idoneus est, unde cognoscas, quid sit discriminis inter δυσάρεστοι οἱ νοσοῦντες et inter δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες, quod qui aegrotant, eos nihil valentes ac rerum inanimarum instar esse ostendit, v. Rost gr. Gr. § 100. 4. c. p. 473. ed. sept.

V. 234 μεταβολὴ πάντων γλυκύ] Qua mente haec dixit Electra, rectissime dixit, sed tamen comici poëtae, qui quod verum est minus curant quam quod facetum videtur, ut refert Scholiastes, hunc Euripidis locum ludentes irriserunt. Dissentit cum Euripide etiam Eustathius ad Odyss. p. 1404, 54. οὔτε μεταβολὴ πάντων ἡδὺ ἐξ ἀνάγκης κατ' Εὐριπίδην.

V. 238. ἕως ἐῶσι σ' εὖ φρονεῖν κτέ.] Est hic locus eiusmodi, in quo Euripidis oratio sonorum et litterarum similitudine luxuriatur, de quo genere dixi ad Med. 475. p. 57. ed. Goth. sec.

V. 246. Ἑλένην ἀγόμεθος]

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μενέλαος ἥκει, σοῦ κασίγνητος πατρός,
ἐν Ναυπλίᾳ δὲ σέλμαθ' ὡρμίσται νεῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς εἶπας; ἥκει φῶς ἐμοῖς καὶ σοῖς κακοῖς,
ἀνὴρ ὁμογενὴς καὶ χάριτας ἔχων πατρός;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἥκει, τὸ πιστὸν τόδε λόγων ἐμῶν δέχου,
Ἑλένην ἀγόμενος Τρωϊκῶν ἐκ τειχέων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ μόνος ἐσώθη, μᾶλλον ἂν ζηλωτὸς ἦν·
εἰ δ' ἄλοχον ἄγεται, κακὸν ἔχων ἥκει μέγα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον
γένος θυγατέρων, δυσκλεές τ' ἀν' Ἑλλάδα.

30. *μεταβολὴ γὰρ* F.
V. 235. *ὑγείας* AEFC. *ὑγιείας* Bc.
V. 236. *κρεῖσσον γὰρ* FC.
V. 238. *ἐῶσιν εὖ* A. *ἐριννύες* BF.
V 239. *καὶ εἰ* AB.
V. 240. *τὸ δυστυχεῖν* AF. *τῷ δυστυχεῖν* B. *τοῦ δυστυχεῖν* ceteri.
V. 242. *ναυπλίαι* A. *ναυπλίᾳ* Ec. *ναυπλίῳ* BF. *ναυπλίῳ C. δὲ* a manu sec. supra scriptum in F. *νεὼς* c.
V. 243. *ἐμοὶ* F.
V. 244. *τε καὶ* B. *χάριτα* A.

de medio vide quae diximus ad v. 159. et conf. v. 248.

V. 249. *ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον Γένος θυγατέρων*] De mala fama filiarum Tyndari plura refert Scholiastes ad h. l. scripta a Graecis poëtis, velut haec Stesichori, quae leguntur in Anthol. lyrica Th. Bergkii (edita Lips. MDCCCLIV.) p. 289. ita constituta: *Οὔνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ποτὲ πᾶσι θεοῖς Μούνας λάθετ' ἠπιοδώρου Κύπριδος· κεῖνα δ' ἄρα Τυνδάρεω Κούρῃσι χολωσαμένα διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσάνορας.* tum Hesiodi, quod est apud Goettlingium n. CCVI. p. 298. ed. Goth. sec. *τῇσιν δὲ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη Ἠγάσθη προεσιδοῦσα, κακὴν δέ σφ' ἐμβαλε φήμην.*, denique Homeri, quod minime videtur confictum esse ex Odyss. XI, 438.: *Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρη λείπουσ' Ἀγαμέμνονα δῖον Αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρον' ἀκοίτην, Ὡς δ' Ἑλένη ἤσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.*

V. 251 sq. "Egregie Euripides hac severa admonitione,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σύ νυν διάφερε τῶν κακῶν· ἔξεστι γάρ·
καὶ μὴ μόνον λέγ', ἀλλὰ καὶ φρόνει τάδε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι, κασίγνητ', ὄμμα σὸν ταράσσεται,
ταχὺς δὲ μετέθου λύσσαν, ἄρτι σωφρονῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας. 255
αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

V. 251 sq. habent Stobaeus eclog. II. 7. 8. t. II. p. 647. Orion anth. l. 16. p. 42., priorem Plutarchus de cap. ex inim. util. p. 88. Sextus Empiricus p. 299. cl. Eustath. ad Il. p. 549, 29.

V. 251. *σύ τοι* Plutarchus, Orion.

V. 253 sq. citant Diogenes Laërtius VII. p. 220. Dio Chrysostomus LXXIV. p. 741.

V. 254. *ταχύ* AF. *ταχύς* [B]c*C*. *ἀρτίως φρονῶν* Diogenes Laërtius.

V. 255 sq. citant Longinus de sublim. p. 264. Speng. Plutarchus de plac. phil. p. 991. Sextus Empiricus p. 299. Eludit Alexis com. Agon. l. V. adnot. exegetic.

V. 255. *μου* a prima manu mut. in *μοι* B. *μὴ 'πίσειέ μου. μὴ ἐπίσειέ μοι* Hesychius t. II. p. 596.

V. 256. *αἱματοποιοὺς* c. *αἱματώδεις* Sextus. *αἱματωπούς*

quam non merita est Electra, incipientem impetum insaniae expressit." G. HERMANNUS.

V. 254. *ταχὺς δὲ μετέθου λύσσαν*] Subito mutando reposuisti tibi vel recepisti insaniam, modo integra mente. Neque enim solum *μετατιθέναι* dici potest is, qui mutando aliquid dimittit, verum *μετατίθεσθαι* dicitur etiam is, qui sibi reponit aliquid. In hanc rem adsimulaverunt R. Porsonus et G. H. Schaeferus Scolion ap. Athen. XV. p. 695. C. *καθαρὸν θεμένη νόον*. Theogn. 89. *ἀλλὰ φίλει καθαρὸν θέμενος νόον*. Aeschyli Prom. 163. *ὁ δ' ἐπικότως ἀεὶ θέμενος ἀστραφῆ (ἄγναμπτον) νόον δάμναται οὐρανίαν γένναν*.

V. 255. Eludit haec Alexis comicus ap. Athen. VIII. p. 339. *Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι Τὸν Μισγόλαν· οὐ γὰρ κιθαρῳδός εἰμ' ἐγώ.*

V. 257. *αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.*] Quod stichomythiae rationem ternis versibus hic turbari putabant, fuerunt qui hunc versum, quem et libri omnes et Scholiastes et alii auctores Graeci, de quibus vide adn. crit., agnoscunt, suppositicium esse existimarent. Suo loco stichomythiae aequabilitatem negligi posse et ego aliis locis ostendi, veluti ad Alcest. 818 sqq. p.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις.
ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ Φοῖβ', ἀποκτενοῦσί μ' αἱ κυνώπιδες
γοργῶπες ἐνέρων ἱερίαι, δειναὶ θεαί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὗτοι μεθήσω· χεῖρα δ' ἐμπλέξασ' ἐμὴν
σχήσω σε πηδᾶν δυστυχῆ πηδήματα.

αἷμα βλεπούσας Hesychius t. I. p. 160. coll. Porson. ad v. 605.

V. 257. μοι c. Versum hunc, quem habent Longinus et Plutarchus, auctore Hartungio de interpolatione suspectum habent Nauckius atque Kirchhoffius.

V. 258 sq. habet Plutarchus de placit. philos. p. 991., priorem etiam idem an seni sit ger. respubl. p. 788. adv. Colot. p. 1126. de tranqu. anim. p. 468. anim. cor. adf. sint pei. p. 501. Galenus therap. X. p. 13. Erotianus p. 338. Libanius IV. p. 313.

V. 258. ἀτρέμας ABFc et Plutarchus.

V. 261. citat Scholiastes Aristophanis Plut. 423. ἱέρειαι libri et Schol. Aristoph. ἱέριαι dicitur esse in c. E B. nihil enotatum est.

V. 262. οὔ τι B.

V. 263. σε om. F.

110 sq. ed. Goth. alt. et G. Hermannus ad hunc ipsum locum adnotavit bene etiam hoc a poeta inventum sibi videri, quod hic et infra v. 271. acrius effervescente insania distichorum tenor ternis versibus turbaretur, ut mihi nulla idonea causa esse videatur, quamobrem hunc versum suppositicium esse dicamus. Vide etiam quae ad v. 271. dicta sunt.

V. 259. ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι] Non satis considerate illi egerunt qui εἰδέναι hic significatione ad ἰδεῖν accedere existimaverunt. Recte G. Hermannus constantissimo linguae usu εἰδέναι et ἰδεῖν discreta esse dixit; iure etiam Scholiasten commoravit, qui hoc habet: εἰδέναι· βλέπειν εἰπεῖν ἐμελλεν· ὅτι δὲ ὃ βλέπει τις γινώσκει, οὕτως ἐξήνεγκεν. Non male etiam vertit sic: nihil enim vides eorum quae te certo scire putas, i. e. Furias ad te accedere. Quamquam qui ipsum Graecae orationis colorem reddere cupit sic potius debebit reddere: Nihil enim vides eorum, quae tu plane perspecta et cognita habere videris. Idem etiam Graecus interpres sensisse videtur.

V. 263. πηδᾶν δυστυχῆ πηδήματα] V. Androm. 1140. τὸ Τρωϊκὸν πήδημα πηδήσας ποδοῖν χωρεῖ πρὸς αὐτούς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μέθες; μί' οὖσα τῶν ἐμῶν Ἐριννύων,
μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς Τάρταρον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἳ 'γὼ τάλαινα, τίν' ἐπικουρίαν λάβω,
ἐπεὶ τὸ θεῖον δυσμενὲς κεκτήμεθα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δὸς τόξα μοι κερουλκά, δῶρα Λοξίου,
οἷς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνεσθαι θεάς,
εἴ μ' ἐκφοβοῖεν μανιάσιν λυσσήμασιν.

V. 264 sq. Longinus de sublim. p. 266. Sextus Empiricus p. 228. cl. Eustath. ad Il. p. 904, 4. p. 998, 14. ad Odyss. p. 1528.

V. 264. *μέθες με ἴουσα* F. *ἐριννύων* BF.

V. 265. *βάλλῃς* F.

V. 268. Cramer anecd. Oxon. II. p. 452. Suidas II. 1. p. 225. Libanius III. p. 334.

V. 269. *ἐπαμύνεσθαι* (π in ξ mutato ab altera manu) A.

V. 270. habet Cramer anecd. Ox. II. p. 433. Maximus

V. 268. *δὸς τόξα μοι κερουλκά, δῶρα Λοξίου*] *Στησιχόρῳ ἑπόμενος τόξα φησὶν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Ἀπόλλωνος.* SCHOLIASTES.

V. 270. *μανιασιν λυσσήμασιν*] De hac verborum constructione non fuit quod dubitarent Graeci interpretes, vide infra v. 837. *δρομάσι δινεύων βλεφάροις.* Iphig. Taur. 1202. *Δηλιάσιν γυάλοισι.* Phoen. 1029. conf. quae ad eum locum adnotavi p. 165. ed. Goth. Helen. 1301. *δρομάδι κώλῳ.*, ubi et Latinorum consuetudinem comparavi et rationem rei reddere studui p. 161. ed. Goth. alt.

V. 271. *βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησία χερί;*] "Libri et Scholiastes hunc versum Electrae tribuunt, quae roget num quem deum homo sit vulneraturus. Non sane inepta haec ratio est. Nam quum tribus illis qui praecedant versibus aperte sororem adloquatur Orestes, a qua sibi arcum et sagittas porrigi vult, veri simile est, ut haec, quoniam id non est factura, aliquid respondeat, quo avertat fratrem ab ista cogitatione, mitigetque gliscentem insaniam. Ei quum Orestes hoc versu respondet, *εἰ μὴ 'ξαμείψει χωρὶς ὀμμάτων ἐμῶν*, conservatur stichomythia, quoniam uni Electrae versui uno et ipse versu respondet, deinde autem duobus distichis Furias appellat." Haec G. Hermannus rectissime vidit, sed quod deinceps narrat e Plutarchi et Diogenis Laërtii locis tamen videri recte colligi posse ab Euripide hunc versum in Orestis persona esse pronuntiatum, in eo etsi adsentientem habuit A. Kirchhoffium, viro summo adsentiri non possum. Nihil enim aliud ex istis locis iure potest colligi nisi Anaxarchum eo versu ita usum esse, ut Alexandro

ΗΛΕΚΤΡΑ.

βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ μὴ ξαμείψει χωρὶς ὀμμάτων ἐμῶν.
οὐχ εἰσακούεθ'; οὐχ ὁρᾶθ' ἐκηβόλων
τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξορμωμένας;
ἆ ἆ·
τί δῆτα μέλλετ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα
πτεροῖς· τὰ Φοίβου δ' αἰτιᾶσθε θέσφατα.
ἔα·
τί χρῆμ' ἀλύω πνεῦμ' ἀνεὶς ἐκ πνευμόνων;

in Dionysium Areop. l. p. 90.

V. 271. citant Plutarchus quaest. symp. IX, 1, 2. p. 737. A. Diogenes Laërtius IX, 60. p. 388. Vide infra adnot. exegetic. *τῶν θεῶν* F. *χειρί* F.

V. 272. *ξαμείψῃ* A. *'ξαμείψῃ* c.

V. 273. *εἰσακού* (erasa littera) *ετ'* B. *ἐκηβόλον* (ω manu sec.) A.

V. 274. *ἐξωρμωμένας* B.

V. 275. respicit Eustathius ad Odyss. p. 1636, 48.

V. 276. *πτεροῖς* om. F. *τὰ τῦ φ.* F. *αἰτιᾶσθαι* (ε man. sec.) F.

regi minaretur, Euripidem ipsum quoque ad minas eo versu usum esse inde non sequitur. Quamobrem versum Electrae restitui.

V. 274. *πτερωτὰς γλυφίδας*] Falso illi sunt, qui existimaverunt poëtarum more hic *γλυφίδας* ita dici, ut ipsas sagittas significarent, quod sane ita non est. Nam quum *πτερωτὴ γλυφὶς* sit inferior pars sagittae, quae est hastilis instar, pinnis ornata, ut cursum suum melius teneat, eaque pars sagittae ab ipso arcus nervo tangatur, ubi emittitur sagitta, satis proprie Euripides dixit: *οὐχ ὁρᾶθ' ἐκηβόλων τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξορμωμένας;* Nam si poëta dicit inferiores partes sagittarum arcu propelli, per se constat sagittas ipsas emissas esse, non ita tamen, ut *γλυφὶς* sagittam significet. Dici vix potest quam multa de genere hoc lexicographi et glossographi peccaverint et peccent quotidie.

V. 275. *ἐξακρίζετ'· εἰς τὸν ἄκρον αἰθέρα τρέχετε.* SCHOLIASTES. Necaliter Eustathius l. c. explicat: *ἀκρίζειν τὸ τὰ ἄκρα ἐπιπορεύεσθαι, ὃ καὶ ἐξακρίζειν ὁ Εὐριπίδης φησίν.*

V. 277. *τί χρῆμ' ἀλύω, πνεῦμ' ἀνεὶς ἐκ πνευμόνων;*] Adsurgit hoc loco Orestis oratio, quod ipsum sonorum similitudine, *πνεῦμ' — ἐκ πνευμόνων*, se prodit, ut etiam supra v. 262 sq. *οὗτοι μεθήσω· χεῖρα δ' ἐμπλέξασ' ἐμὴν Σχήσω σε πηδᾶν δυσνυχῆ πηδήματα.* *ἀλύω* autem prorsus respondet Latino verbo aestuo, quod qui non statim agnoscit, comparet Ciceronis Accusat. lib. II. c. 30. §. 74. itaque aestuabat dubitatione: versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore, ut omnes — intelligere possent in animo eius metum cum cupiditate pugnare.

ποῖ ποῖ ποθ' ἡλάμεσθα δεμνίων ἄπο;
ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.
σύγγονε, τί κλαίεις κρᾶτα θεῖσ' εἴσω πέπλων;
αἰσχύνομαί σε μεταδιδοὺς πόνων ἐμῶν
ὄχλον τε παρέχων παρθένῳ νόσοις ἐμαῖς.
μὴ τῶν ἐμῶν ἔκατι συντήκου κακῶν·
σὺ μὲν γὰρ ἐπένευσας τάδ', εἰργασται δ' ἐμοὶ
μητρῷον αἷμα· Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι,
ὅστις μ' ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον
τοῖς μὲν λόγοις ἠῦφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.

V. 278. *ἡλάμεθα* (*σ* additum a manu sec.) F.

V. 279. *αὖ* om. AF. Ceterum hunc versum laudat Scholiastes Aristophanis Ran. 303. ante oculos habuerunt comici veteres apud Schol. ad h. l.

V. 280. Electrae notam in cod. A. apposuit manus secunda et sane in B. v. 280. Electrae est, v. 281. 82. Orestis, v. 283. Electrae, dein Orestis.

V. 280. Electrae tribuit etiam c. Cum Cod. A. facit et *C* et Scholiastes. *κλάεις* EF. *θεῖσ'* *εἴσω* B. *θεὶς* c.

V. 281. *σοι* libri recentiores.

αἷς

V. 282. *ἐμοῖς* B.

V. 284. *ἐπήνεσας τάδ'* esse scribendum suspicatur Naukius.

V. 279. *ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.*] "Debebat Hegelochus, qui Orestis personam egit, ita verba *γαλήν' ορῶ* efferre, ut elisionis significationem aliquam daret. Is vero, spiritu deficiente, dixit *γαλῆν ὁρῶ*, quod largam ridendi materiem Comicis praebuit, quos citant Scholiastae ad h. l. et Aristophanis Ran. 306." PORSONUS. Tirones autem inde hoc discant, ut suam orationem tam accurate semper concipiant, ut etiam pronuntiando facile errari ne possit.

V. 285. *Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι*] Risisse haec Porsono videtur Aristophanes Plut. v. 8. *τῷ δὲ Λοξίᾳ Μέμψιν δικαίαν μέμφομαι.*

V. 288. Quod Kirchhoffius ante hunc versum lacunam esse voluit multaque inde excidisse suspicatus est, id nullo modo possum probare. Nihil enim aliud declarare vult Orestes verbis iis, quae sequuntur: *οἶμαι δὲ πατέρα τὸν ἐμὸν κτέ.*, nisi hoc, se iure reprehendere Apollinem, eo, quod quid pater praecepturus esse videatur commemorat. Quid igitur est quod excidisse huic videatur?

V. 290. *γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτάς*] Genetivus *γενείου τοῦδ'* a verbo *ἐκτεῖναι λιτάς* propterea suspensus est, quod in precibus mentum et barba tangitur, v. Rost. gr. Gr. §. 108. 5. bb. p. 530 sq. cl. ib. suppl. 3. p. 544 sq.

V. 291. *μήποτε τεκούσης*] Quod Porsonus e solo cod. Harleiano scripsit *μὴ τῆς τεκού-*

οἶμαι δὲ πατέρα τὸν ἐμόν, εἰ κατ' ὄμματα
ἐξιστόρουν νιν, μητέρ' εἰ κτεῖναί με χρή,
πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτας
μήποτε τεκούσης εἰς σφαγὰς ὧσαι ξίφος,
εἰ μήτ' ἐκεῖνος ἀναλαβεῖν ἔμελλε φῶς,
ἐγὼ δ' ὁ τλήμων τοιάδ' ἐκπλήσειν κακά.
καὶ νῦν ἀνακάλυπτ', ὦ κασίγνητον κάρα,
ἐκ δακρύων τ' ἄπελθε, κεἰ μάλ' ἀθλίως
ἔχομεν· ὅταν δὲ τἄμ' ἀθυμήσαντ' ἴδῃς,
σύ μου τὸ δεινὸν καὶ διαφθαρὲν φρενῶν

V. 286. habet Scholiastes Sophoclis Oed. 1328. *ἐπ' ἄρας* B. e corr. man. pr. *ἐπάρας εἰς ἔργον* c. Post hunc versum lacunam esse statuit Kirchhoffius.

V. 287. *εὔφρανε* [A] c. *ἔργοις* A. *οὔ* in eo libro omissum addidit manus altera.

V. 289. *ἐξιστόρουνιν* A.

V. 291. *μήποτε* FC. *μήπωτε* B. *μήπω* A[e]. Id paene adducor ut verum esse credam. *μήπω ....., εἰ μή* fere idem est quod *μήπω ....., πρίν*, quibus de particulis dixi ad Devar. vol. II. p. 675.

V. 292. *κ' εἰ* A.

V. 293. *ἐκπλήσσειν* A.

V. 294. *καὶ νῦν ἀνακ* (a pr. m.) *ἄλυπτ' ὄμμ' εὐ κασίγνητον κάρα* (in rasura a manu sec.) F.

V. 296. *ἀθυμήσατ'* (*ν* add. man. sec.) F.

σης negavitque recte *τεκοῦσαν* sine articulo de matre dici, iure multorum librorum scripturam iam obtinuit G. Hermannus. 'Non est hoc', inquit, 'recte iudicatum. Nam ut certa mater cum articulo *ἡ τεκοῦσα* sit dicenda, at si omnino aliqua quae mater sit significanda est, omitti articulum convenit. Aeschylus Eum. 516. *ταὐτά τις τάχ' ἂν πατὴρ ἢ τεκοῦσα νεοπαθὴς οἰκτον οἰκτίσαιτο.* Sophocles Trach. 817. *ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν Μητρῷον, ἥτις μηδὲν ὡς τεκοῦσα δρᾷ;* Quid igitur impedit quin universe vetetur aliquam quae mater sit occidi? Quare servandam duxi *μήποτε τεκούσης*, quum etiam *μήποτε* tali sententiae sit accommodatum.'

V. 292. *εἰ μήτ' ἐκεῖνος ἀναλαβεῖν ἔμελλε φῶς, Ἐγὼ δ'*] Sic dicitur *ἐκεῖνος* de patre, quasi non ex eius ore haec ipsa oratio suspensa sit, id quod saepe factum a Graecis est. De *μήτε* et *δὲ* inter se respondentibus conferas Sophoclis Oed. Col. 421. *ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην Ἔριν κατασβέσειαν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος Αὐτοῖν γένοιτο.* et quae adnotavi ad Devar. vol. II. p. 714. Rost. §. 134. adn. l. a. p. 730.

V. 297. *τὸ δεινὸν καὶ διαφθαρὲν φρενῶν Ἰσχναίνε*] Est id, quod madere videatur, durare et roborare, Aeschyli Prometh. 381 sq. *ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ Καὶ μὴ σφυδῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.* cl. Aristoph. Ran. 941.

ἰσχναινε παραμυθοῦ θ' · ὅταν δὲ σὺ στένῃς,
ἡμᾶς παρόντας χρή σε νουθετεῖν φίλα·
ἐπικουρίαι γὰρ αἵδε τοῖς φίλοις καλαί.
ἀλλ', ὦ τάλαινα, βᾶσα δωμάτων ἔσω
ὕπνῳ τ' ἄϋπνον βλέφαρον ἐκταθεῖσα δός,
σῖτόν τ' ὄρεξαι λουτρά τ' ἐπιβαλοῦ χροΐ.
εἰ γὰρ προλείψεις μ' ἢ προεσδρείᾳ νόσον
κτήσει τιν', οἰχόμεσθα· σὲ γὰρ ἔχω μόνην
ἐπίκουρον, ἄλλων ὡς ὁρᾷς ἔρημος ὤν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ ἔστι· σὺν σοὶ καὶ θανεῖν αἱρήσομαι

V. 298. *ἰσχανε* (γρ. *ἰσχναινε*) A. *ἰσχνανε* B. *ἰσχανε* Fc. *ἰσχναινε C. ἰσχναινε* interpretatur Schol. cod. A. fol. 49a et pro var. lect. commemorat *ἰσχανε*. De verbi forma vide Lobeck. paral. p. 11 sq. G. Hermannum ad Aeschyli Prometh. 271. vol. II. p. 75. cl. ib. p. 83. Dein *θ'* a manu sec. habet F.

V. 303. *σίτων* A. *λούτρ' ἐπιχροΐ* A. *λουτρά τ' ἐπὶ χροΐ* BcC. *λουτρὰ ἐπὶ χροΐ* F. *χροός* Kingius e libro emendato. *βάλλεν* A. quacum lectione conferri potest glossema, quod est in cod. Guelferbytano: *βάλεν Αἰολικὸν βαλοῦ. βαλέ* ceteri. Ex scriptura *ἐπὶ χροΐ*, quae est in omnibus libris, et hoc corrupto *βάλλεν* s. *βάλεν* apparere mihi videtur extremo loco aliud verbum fuisse, quod et a duabus consonantibus inciperet, ut positionem faceret voci *χροΐ*, et esset eiusmodi, ut explicatione egere videretur; et in editione critica scriberem: *σίτων τ' ὄρεξαι λουτρά τ' ἐπὶ χροΐ* ..... Nunc, ut sententia constaret, recepi G. Hermanni coniecturam adoptatam etiam a Nauckio.

V. 304. *προσεδρείᾳ* ABFC. ceteri *προσεδρίᾳ*, ut videtur.

V. 299. *ἡμᾶς — χρή σε νουθετεῖν φίλα*] Duplex accusativus, ut in Latino admonere, commonefacere aliquem aliquid, v. Rost §. 104. 4. d. bb. p. 503., ubi hoc ipsum verbum omissum est, res tamen recte explicatur. De v. *φίλα* conf. quae scripsi ad Med. 182. p. 32 sq. et ad Helen. 796. p. 105. ed. Goth. alt.

V. 303. *σίτόν τ' ὄρεξαι λουτρά τ'*] De re vide quae diximus ad v. 41.

V. 310. *ἀνάδελφος, ἀπάτωρ, ἄφιλος*] Luxuriatur oratio non solum cumulatione nominum coniunctionibus carente, verum etiam, quo magis ipso litterarum sono sententia se prodat, nominibus ab $\bar{\alpha}$ privativo incipientibus, quo grandior efficitur oratio, uti in Sophoclis Antig. v. 843. *ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος, Ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.* Iphig. Taur. 212: *ἄγαμος ἄτεκνος, ἄπολις ἄφιλος.* Neque enim talia sine idonea causa a poëtis suo loco inducta sunt.

V. 314 sq. *κἂν μὴ νοσῇ γάρ, ἀλλὰ δοξάζῃ νοσεῖν κτέ.*] Quod Scholiastes adnotavit: *Καλλίστρατος τὴν ἐκτὸς τοῦ $\bar{\sigma}$ γραφὴν διδάσκει· κἂν*

καὶ ζῆν· ἔχει γὰρ ταὐτόν· ἢν σὺ κατθάνῃς,
γυνὴ τί δράσω; πῶς μόνη σωθήσομαι,
ἀνάδελφος, ἀπάτωρ, ἄφιλος; εἰ δὲ σοὶ δοκεῖ,
δρᾶν χρὴ τάδ'. ἀλλὰ κλῖνον εἰς εὐνὴν δέμας,
καὶ μὴ τὸ ταρβοῦν κἀκφοβοῦν σ' ἐκ δεμνίων
ἄγαν ἀποδέχου, μένε δ' ἐπὶ στρωτοῦ λέχους.
κἂν μὴ νοσῇ γάρ, ἀλλὰ δοξάζῃ νοσεῖν,
κάματος βροτοῖσιν ἀπορία τε γίγνεται.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

αἰαῖ,

V. 305 οἰχόμεθα (σ additum a manu sec.) F.
V. 307. καὶ θανεῖν | AF]C. κατθανεῖν B[c]
V. 309. συνθήσομαι (pro συν corr. σω ab altera manu) B.
V. 311. χρῆν F.
V. 312. ἐκ δεμνίων· ἐκ τῶν στρωμάτων Hesych. t. I. p. 1129.
V. 313. στρωτῶ (ου a m. alt.) F.
V. 314. νοσήσῃις A. id quod recte vidit Kirchhoffius σῇις olim fuisse: νοσῇ νοσῇς B[F]c. δοξάζῃις A. δοξάζεις B. δοξάζῃς [F]c. νοσῇ — δοξάζῃ E. V. infra adnot. exeget. γὰρ a prima manu supra scriptum in F.

V. 316. αἳ αἳ B. G. Hermannus, qui metra in his melicis carminibus accuratissime inter se exaequari voluit, tamen hoc concessit, ubi pedes dochmiorum non plane inter se congruerent, colorem quidem eundem habere, cuiusmodi esset v. 319. 335. et v. 322. 338. Nonnulla tamen propter librorum corruptelam satis tuto constitui non possunt.

μὴ νοσῇ γάρ, ἀλλὰ δοξάζῃ νοσεῖν, ἵν' ἡ ἀπὸ τοῦ Ὀρέστου εἰς τὸ κοινὸν καταβεβηκὼς ὁ λόγος, id recte G. Hermannus vidit non eo pertinere, quo voluit A. Matthiae, quasi ista coniectura esset Callistrati, non defensio scripturae antiquitus traditae, cuius vestigia hodieque exstant in libris. Debuisse enim ex lege tragoediae scaenam finiri generali sententia iure tradit idem Hermannus, qui recte etiam docuit saepe alias in membro secundario numerum singularem poni, quum esset in primaria enuntiati parte pluralis, adsimulans Euripidis Suppl. 1111. οὔς χρῆν, ἐπειδάν μηδὲν ὠφελῇ πόλιν, Θανόντας ἐρῥέειν. Alcest. 256. [ad quem locum vide quae adscripsit Pflugkius p. 68. ed. Goth. alt.] Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 105. ad Protag. p. 499. Ne quis autem in sententia haereat, tenendum esse ait hoc dicere Electram: Mane in lecto tranquillus, neque cogita de illis rebus quae te tenent: nam etiam qui non aegrotat, si se putat aegrotare, aeger et miser est.

δρομάδες ὦ πτεροφόροι
ποτνιάδες θεαί,
ἀβάκχευτον αἰ θίασον ἐλάχετ' ἐν
δάκρυσι καὶ γόοις,
μελάγχρωτες Εὐμενίδες, αἵτε τὸν
ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ', αἵματος
τινύμεναι δίκαν, τινύμεναι φόνον,
καθικετεύομαι καθικετεύομαι,
τὸν Ἀγαμέμνονος
γόνον ἐάσατ' ἐκλαθέσθαι λύσσας

V. 318. Etymol. Magn. p. 685.

V. 319. Quod in quibusdam libris apud Porsonum *ἐλάχετε* pro *ἐλάχετ' ἐν* legeretur, Nauckius *ἐλλάχετε* scribendum esse suspicatur.

V. 320. *δακρύοις* c.

V. 322. *ἀμπάλεσθ'* AF. Hinc Nauckius suspicatur *ἀμπολεῖσθ'*.

V. 323. *τιννύμεναι — τιννύμεναι* F. dein *δίκην* B.

V. 327. *μανιώδους* B. *μανιάδες* (ος ab altera manu) F.

V. 328. *ὁ τάλας* BF.

V. 329. *ἄπο* om. C. *φάσιν* (mutatum in *φάτιν* a pr. et alt.

V. 318. *ποτνιάδες θεαί*] "De his deabus quid Pausanias IX, 8, 1. scripserit, loco lacuna foedato non liquet. Hesychius: *ποτνιάδες· αἱ βάκχαι, ἀντὶ τοῦ μαινάδες, λυσσάδες, μανίας αἴτιαι.* Sic *ποτνιάδες πῶλοι* in Phoen. 1131. *βάκχαι* in Bacch. 663., ubi v. Elmsleius." G. HERMANNUS. Illud sane obtinendum videtur, non esse a nomine proprio hoc adiectivum ducendum, sed esse appellativum eodem modo quo *πότνιαι* Eumenides ab Herodoto lib. IX. c. 97. dicuntur, *σεμναὶ θεαὶ* ab Atticis. V. Pausaniam lib. I. c. 28. §. 6.

V. 319. *ἀβάκχευτον — θίασον*] *ἀβ., ἤτοι κακοβάκχευτον, οὐ πρέποντα Διονύσῳ, ἀλλ' ἐν θρήνοις καὶ γόοις ἐξεταζόμενον.* SCHOLIASTES. V. Pflugk. ad Helen. 363. p. 59. ed. Goth. alt. et infra v. 621.

V. 321. *Εὐμενίδες· Ἐρινύες θεαὶ τρεῖς παρ' Ἕλλησιν ἔφοροι καὶ τιμωρούμεναι τοὺς φονεῖς· καλοῦνται δὲ Ἀληκτώ, Μέγαιρα καὶ Τισιφόνη.* SCHOLIASTES. Is quidem sequitur Apollodorum lib. I. c. 1. §. 4., quum neque Homerus neque Hesiodus neque alii tragici poëtae (conf. Aeschyli Eumen. v. 321.) numerum definiverint. Nomina quidem obtinent etiam Latini poëtae, Verg. Aen. lib. VII. v. 324. 341. 415. Ovid. Her. ep. 21. v. 2 et 119. Verg. Aen. lib. XII. v. 846. Id. ib. lib. VI. v. 571. lib. X. v. 761. Horat. sat. lib. I. s. 8. v. 34. Propert. lib. III el. 5. v. 40. conf. Hygini fab. p. 27. ed. Bunte. V. infra v. 408.

V. 322. *αἵτε τὸν ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ'*] Euripidem apparet Homeri illud describere quod est in Il. IX, 571. XIX, 87. *ἡμεροφοῖτις Ἐρινύς.*

μανιάδος φοιταλέου. φεῦ μόχθων,
οἵων, ὦ τάλις, ὀρεχθεὶς ἔρρεις,
τρίποδος ἄπο φάτιν, ἂν ὁ Φοῖβος
ἔλαχεν ἔλακε, δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον,
ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί.

ἀντιστροφή.

ὦ Ζεῦ,
τίς ἔλεος, τίς ὅδ' ἀγὼν
φόνιος ἔρχεται,
θοάζων σε τὸν μέλεον, ᾧ δάκρυα
δάκρυσι συμβάλλει

manu) B. ὁ Φοῖβος om. A. „Versus est ex antispasto et dipodia iambica hypercatalecta, quod genus metri non rarum est in tragoedia." G. HERMANNUS.

V. 331. μυχοί (μοιχοί F) γᾶς libri. Correctum est in cod. Kingiano a metrico.

V. 332. ἰὼ libri. ὦ Kingius.

V. 335. θώϊζων A. ᾧ δάκρυα om. A., sed addidit manus eius codicis altera et habet scholion in margine cod.

V. 336. συμβάλει (λ. additum ab altera manu) F. συμβαλεῖ Porsonum scribi voluisse memorat Nauckius.

V. 323. αἵματος τινύμεναι δίκαν] Quod G. Hermannus arbitratus est αἵματος δίκαν dici iudicium interficiendo factum, quo respiceretur Orestis facinus, qui necanda matre iudicem et vindicem se praebuerit caedis a Clytaemnestra factae, id facile intelligitur subtilius quam verius a viro acutissimo esse disputatum. Id enim si ita dici vellet Euripides, multo apertius ab eo declarandum fuit. Nunc id fit, quod est sane usitatum in eiusmodi locis, ubi duo membra ἐκ παραλλήλου ponuntur, ut eadem res duobus modis dicatur. αἵματος τινύμενος δίκην autem is est qui ulciscendo persequitur quod caedes commissa requirit, ut quamquam non eisdem verbis eundem significet qui est τινύμενος φόνον, in quam sententiam iam Graeci interpretes illam vocem interpretati sunt.

V. 331. ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί.] „Ὀμφαλὸς λέγεται ἡ Πυθὼ παρὰ τὸ τὰς ὑμφὰς τὰς ἀπὸ θεοῦ χρησηριαζομένας λέγειν ἢ παρὰ τὸ εἶναι ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης. λέγεται γὰρ τὸν Δία, μαθεῖν βουλόμενον τὸ μέσον τῆς γῆς, δύο ἀετοὺς ἰσοταχεῖς ἀφεῖναι, τὸν μὲν ἀπὸ δύσεως, τὸν δὲ ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἐκεῖ αὐτοὺς συναντῆσαι, ὅθεν ὀμφαλὸς ἐκλήθη. ἀνακεῖσθαί τε χρυσοῦς ἀετούς φασι τῶν μυθευομένων ἀετῶν ὑπομνήματα." SCHOLIASTES. Conf. Phoeniss. 239 sq. παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοίβου. et quae ad eum locum adnotata sunt p. 57 sq. ed. Goth. infra v. 591. Med. 668. Aeschyli Sept. adv. Theb. 728. Choëph. 1032. Sophocl. Oed. R. 480.

V. 333. τίς ἔλεος] ἔλεος hic et infra v. 832. non tam ipsa misericordia est, quae excitatur, quam condicio eius, qui misericordia opus habet, quod in misera ipse condicione positus est.

πορεύων τις εἰς δόμον ἀλαστόρων
ματέρος αἷμα σᾶς, ὃ σ' ἀναβακχεύει;
κατολοφύρομαι κατολοφύρομαι.
ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς· 340
ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς
τις ἀκάτου θοᾶς τινάξας δαίμων
κατέκλυσεν δεινῶν πόνων, ὡς πόντου

V. 337. δόμον cod. Kingianus. δόμους libri ceteri.
V. 338. ὃ in ὅς mutatum ab altera manu in B.
V. 340. Scholiastes Pindari Pyth. III. 189. Kirchhoffius v. 339 et 340. sedes inter se mutandas esse censuit.
V. 344. ὀλεθρίοις ἐν B. ὀλεθρίοις τε C.
V. 345. ἄλλον AcC.
V. 346. ἕτερον om. E. τῶν (sed o e corr. alt. manus) A.
V. 347. ἀπὸ] ἀπὸ τοῦ F.
V. 348. ὥδε A. δή a manu sec. habet C.
V. 349. Dio Chrysostomus II. p. 30. πολύ (mutatum in

V. 337. πορεύων τις εἰς δόμον ἀλαστόρων ματέρος αἷμα σᾶς] Sic construas: ᾧ δάκρυα δάκρυσι συμβάλλει ἀλαστόρων τις πορεύων (σοί, id quod repetendum non erat quod ᾧ antecessit), εἰς δόμον αἷμα ματέρος σᾶς.

V. 338. ὃ σ ἀναβακχεύει] V. infra v. 411. αὐταί σε βακχεύουσι συγγενεῖ φόνῳ.

V. 341. ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου κτέ.] Horum verborum constructio ac sententia haec mihi videtur esse: Excutiens vero velut velum celeris ratis deus aliquis fluctibus obruit eum (scil. τὸν ὄλβον) horrendorum laborum quasi maris rapidis pestiferis in undis. Ad quae verba recte intelligenda haec adiungo, primo genetivum δεινῶν πόνων minime ab eo, quod in altero demum membro sequitur, κύμασιν esse suspensum, quod iam propter ipsam verborum collocationem ita intelligi plane non potest, sed, ut collocatio verborum satis ostendit, esse cum verbo κατέκλυσεν aptius iungendum, ut materies illa significetur, cuius copia res inundetur, veluti in notissimo illo, δακρύων ἐμπίπλανταί μου οἱ ὀφθαλμοί, quade re v. Rost gr. Gr. p. 549. ed. sept., secundo loco monendum est esse comparationem in hoc loco duplicem, ac priorem quidem non pertinere nisi ad unam partem membri prioris, λαῖφος ὥς ἀκάτου θοᾶς, quod ipsa collocatione verborum iam satis indicatur, alteram nasci ab verbis: ὡς πόντου λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν, et potissimum ad κατακλυσμὸν δεινῶν πόνων illustrandum facere.

V. 345 sq. τίνα γὰρ ἔτι πάρος οἶκον ἄλλον Ἕτερον ἢ κτέ.] Quum olim de coniunctis nominibus ἄλλος ἕτερος, quorum alterum plane reddit Latinum alius, alterum significat non tam diversum eum esse quam ulterius requirendum, quasi τίνα ἄλλον ἕτερον; nostra lingua reddas: Welchen andren weiter? dubitatum esset, recte P. P. Dalzelius in Kiddii Mi-

λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν.
τίνα γὰρ ἔτι πάρος οἶκον ἄλλον
ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων
τὸν ἀπὸ Ταντάλου σέβεσθαί με χρή;

καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει,
Μενέλαος ἄναξ, πολλῇ δὲ τρυφῇ

πολλῇ a manu pr.) δ' ἁβροσύνῃ A. πολλῇ δ' ἁβροσύνῃ ceteri Euripidis libri. Dionis libri πολύ, ποὺ δ', πολλύ γ', πολλῇ γ', πολλῇγ'. In iisdem omnibus ἄναξ omissum esse ait Kirchhoffius, cui scribendum videtur: ποδὸς ἁβροσύνῃ. Dionis locus, ut fere semper in eiusmodi locis aliunde adlatis factum est, v. L. Dindorfii praef. p. V. sq., mutilatus legitur. Mihi ἁβροσύνῃ etsi rarior fuit vox, tamen quod a posterioribus scriptoribus saepius usurpatur, ex glossemate natum videtur. Scripsi igitur πολλῇ δὲ τρυφῇ. Sed potest Euripides etiam scripsisse πολλῇ δὲ τρυφῇ τε καὶ ἁβροσύνῃ κτέ.

scellaneis criticis p. 200. defendit ἄλλος ἕτερος, adferens Suidam s. v. ἄλλο ἕτερον, ἐκ παραλλήλου. Μέναν δρος Μέθη· Εἶτ' οὐκ εἶχον οὐ πῦρ, οὐ λίθον, οὐκ ἄλλ' ὁτιοῦν ἕτερον. Κράτης Παιδιαῖς· Τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἐστίν. Adde Euripidis Suppl. 589. πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους, ubi conf. G. Hermannum, Demosthenis or. de Rhod. libert. § 27. p. 198, 21. μὴ καταλαμβάνειν Κῶν καὶ Ῥόδον καὶ ἄλλας πόλεις ἑτέρας Ἑλληνίδας, ubi vide G. H. Schaeferum in App. ad Demosth. vol. I. p. 831.

V. 346. τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων] Non credo nuptias deo prognatas aliter dici nisi quod Tantalus Iovis filius esse existimabatur. Nam quod G. Hermannus significari eo utrumque parentem ab dis ortum voluit et Tantalum et Pelopem ex Dione Atlantis filia natum, cl. Hygini fab. 83, probare non possum propterea, quia hoc apertius fuit declarandum.

V. 348. καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει] De hoc adventu Menelai regis comparari possunt, quae habet Dio Chrysostomus or. II. p. 86. ed. Reisk. p. 29. ed. Dind. Τὴν δέ γε τοῦ Μενελάου πολυχρήματον καὶ πολύχρυσον αὐλήν, καθάπερ οἶμαι τῶν Ἀσιαγενῶν τινὸς βασιλέων. Καὶ γὰρ οὗτος ἦν οὐ μακρὰν τοῦ τε Ταντάλου καὶ Πέλοπος, ὅθεν, οἶμαι, καὶ τὸν χορὸν Εὐριπίδης εἰς τοῦτο αἰνιττόμενον πεποίηκεν ἐν τῇ προσόδῳ τοῦ βασιλέως, [Μενέλαος δὲ] Πολλῇ ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι· Τοῦ Ταντα λιδῶν ἐξ αἵματος ὤν.

V. 349. Μενέλαος ἄναξ] Quod ἄναξ non regem ipsum, sed tantummodo eum significat, penes quem imperium est, factum est, ut interdum in unius personae appellatione utraque vox poneretur, ut hoc loco et in Odyss. XX. 194. ἦ τε ἔοικε δέμας βασιλῆϊ ἄνακτι, et in Aeschyli Pers. 5 οὓς αὐτὸς ἄναξ Ξέρξης βασιλεύς.

δῆλος ὁρᾶσθαι
τῶν Τανταλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν.
ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμήσας
εἰς γῆν Ἀσίαν,
χαῖρ', εὐτυχίᾳ δ' αὐτὸς ὁμιλεῖς
ἀεόθεν πράξας ἅπερ ἠύχου.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ δῶμα, τῇ μέν σ' ἡδέως προσδέρκομαι
Ἰλιόθεν ἐλθών, τῇ δ' ἰδὼν καταστένω·
κύκλῳ γὰρ εἰλιχθεῖσαν ἀθλίοις καλοῖς
οὐπώποτ' ἄλλην μᾶλλον εἶδον ἑστίαν.
Ἀγαμέμνονος μὲν γὰρ τύχας ἠπιστάμην

V. 352. ὁρμήσας (η in ι mutato) A. ὁρμίσας B.
V. 355. „ἠΰχου omnes, certe ABF.“ KIRCHHOFFIUS.
V. 356. πῇ itemque v. 357 πῇ F et ita correctum a tertia manu in B. τῇ δὲ μὲν c.
V. 358. ἄθλιος (ως ab altera manu) A. ἀθλίως C.
V. 359. μᾶλλον om. F.
V. 361. ὤλεθ' ἑᾶς B.
V. 362. post μαλέα rasura deletum ν in A. προσσχέν (ισ a

V. 352. ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμήσας Εἰς γῆν Ἀσίαν] Solennis fere hic navium numerus est apud tragicos, v. Androm. 106 εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης. Iphig. Aul. 171 sqq. οὓς ἐπὶ Τροίαν ἐλάταις χιλιόναυσιν τὸν ξανθὸν Μενέλαον ἀμέτεροι πόσεις ἐνέπουσ' Ἀγαμέμνονά τ' εὐπατρίδαν στέλλειν ἐπὶ τὰν Ἑλέναν. Rhes. 251. ὃς ἐς γᾶν Τροίαν χιλιόναυν ἦλυθ' ἔχων στρατείαν. cl. Iphig. Taur. 10. 141. El. 2. Iphig. Aul. 355. Aeschyli Agamemn. 45. στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν, ad quem locum Schneidewinus adsimulavit Plaut. Bacch. 928. millenum numero navium Troiam subegerunt. Maiorem etiam numerum auctore Homero computat Thucydides lib. I. c. 10. vide Pflugk. ad Androm. 106 p. 34. ed. Goth. alt. et ad Thucyd. l. c. Goellerum p. 103. ed. alt.

V. 358. ἀθλίοις κακοῖς] Troad. 491. τὸ λοίσθιον δὲ Φρυγικὸς ἀθλίων κακῶν. Phoen. 1642. ἐν οἵοις κείμεθ' ἀθλίοις κακοῖς, ubi v. Klotz in ed. Goth. p. 239.

V. 362. Μαλέᾳ προσίσχων πρῷραν] Relege Homeri Odyss. IV. 514 sqq., quem sequutus est Euripides.

V. 363. ὁ ναυτίλοισι μάντις] V. Hec. 1267. ὁ Θρῇξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε. Phoen. 17. ὦ Θήβαισιν εὐτύποις ἄναξ. et quae ad hunc locum adnotavi in ed. Goth. p. 18.

V. 364. Νηρέως προφήτης Γλαῦκος] De Glauco Anthedonio, qui quod herbam, cuius vim in pisce agnoverat, comederat immortalitatem nactus est, nec minore auctoritate erat quam aut Proteus Homero aut Triton

καὶ θάνατον, οἵῳ πρὸς δάμαρτος ὤλετο,
Μαλέᾳ προσίσχων πρῷραν· ἐκ δὲ κυμάτων
ὁ ναυτίλοισι μάντις ἐξήγγειλέ μοι
Νηρέως προφήτης Γλαῦκος ἀψευδὴς θεός,
ὅς μοι τόδ' εἶπεν ἐμφανῶς κατασταθείς·
Μενέλαε, κεῖται σὸς κασίγνητος θανών,
λουτροῖσιν ἁλόχου περιπεσὼν πανυστάτοις.
δακρύων δ' ἔπλησεν ἐμέ τε καὶ ναύτας ἐμοὺς
πολλῶν. ἐπεὶ δὲ Ναυπλίας ψαύω χθονός,
ἤδη δάμαρτος ἐνθάδ' ἐξορμωμένης,
δοκῶν Ὀρέστην παῖδα τὸν Ἀγαμέμνονος
φίλαισι χερσὶ περιβαλεῖν καὶ μητέρα,

manu alt.) F. Ceterum conferri iubet Kirchhoffius Etymol. Magn. p. 378.

V. 364. *μάντις* pro *γλαῦκος* A e versu superiore.
V. 365. *τόδ'* AB c. *τάδ'* [FC]. *κατασταθείς* Ac. *παρασταθείς* ceteri.

V. 367. *ἀρχυστάτοις* scripsit Nauckius.
V. 372. *καὶ* om. C.

Pindaro, omnia nota sunt ex Ovid. Met. lib. XIII. v. 904 sqq.

V. 365. *ἐμφανῶς κατασταθείς*] ita ut certe superior pars corporis, quae erat humana, ex aqua exstaret, quum inferior corporis pars in piscem exiret, v. Philostrati imagin. II, 15.

V. 367. *λουτροῖσιν ἁλόχου περιπεσὼν πανυστάτοις*] Quod mulieres in Graecia viris suis balneum procurare solebant, qua de re vide Odyss. lib. X. 358 sqq., recte dicitur Agamemnon in ultimum uxoris incidisse balneum. Nam ultimum id est quod fuit supremum ante mortem, ut coniectura Nauckii *ἀρχυστάτοις* minime opus esse videatur, praesertim quum Menelaus inter notos loquatur, non ignaris rem enarret.

V. 368. *δακρύων δ' ἔπλησεν – πολλῶν*] Miror G. Hermannum in hac verborum collocatione ita esse offensum, ut verba antiquitus tradita mutare vellet. Nota est enim illa lex et Graecae et Latinae linguae, ut quae maximo opere exstare debeant, ea ita disponenda sint, ut et ordiatur ab illis verbis oratio et desinat in eadem, quia sic quae interposita sunt verba in medio delitescunt, prima autem et extrema magis efferuntur. Illa autem verba quae sub oculos maxime cadere debent, sunt *δακρύων — πολλῶν*. Conf. infra v. 716.

V. 372. *φίλαισι χερσὶ περιβαλεῖν κτλ.*] Scholiastes existimat dare hoc Euripidem Athenienses temporis causa, ut Lacedaemoniorum mores malos adulandi et mentiendi describat, vide prooem. p. 14.

ως εὐτυχοῦντας, ἔκλυον ἀλιτύπων τινὸς
τῆς Τυνδαρείας παιδὸς ἀνόσιον φόνον.
καὶ νῦν ὅπου 'στὶν εἶπατ', ὦ νεάνιδες,
Ἀγαμέμνονος παῖς, ὃς τὰ δεινὰ ἔτλη κακά.
βρέφος γὰρ ἦν τότ' ἐν Κλυταιμνήστρας χεροῖν,
ὅτ' ἐξέλειπον μέλαθρον εἰς Τροίαν ἰών,
ὥστ' οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ' ἂν εἰσιδών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅδ' εἰμὶ Ὀρέστης, Μενέλεως, ὃν ἱστορεῖς.
ἑκὼν ἐγώ σοι τἀμὰ μηνύσω κακά.

V. 373. ἀλικτύπων ABF[cC] correctum e recentioribus.

V. 374. παιδὸς libri, sed cod. A. γρ. θυγατρός eodemque pertinet, quod in cod. B. in versu superiore θυγατρὸς pro ἔκλυον legitur, quod inde factum, quia id super παιδὸς erat scriptum.

V. 378. ἐξέλιπον libri, correctum e libris recentioribus. Dein ἐς [C].

V. 380. ὧδ' A. ὧδ' (ὅδ' supra scriptum a manu tertia) B.

V. 381. μηνύσω [AF]C. σημανῶ B[c].

V. 383 ἀφύλλου libri. ἀφύλλους Reiskius scribi voluit, quem

V. 373. ὡς εὐτυχοῦντας] De genere masculino ad Ὀρέστην καὶ μητέρα relato v. Rost. §. 100. 5. a, cc. suppl. p. 479. ed. sept., qui inter alia hoc adfert, quod simillimum est, Platonis de legib. lib. VIII. p. 835. D. ed. HSteph. εἶδον νέους τε καὶ νέας ὁμιλοῦντας φιλοφρόνως ἀλλήλοις.

Ib. ἔκλυον ἀλιτύπων τινός] Non satis caute neque illi lexicographi egerunt, qui nomen ἀλιτύπων ab ἀλίτυπος deducerent eumque accolam litoris interpretati sunt, neque vero illi, qui quum recte ab ἀλιτύπος deducerent, omnino nautam esse dixerunt. ἀλιτύπος is est qui parvo navigio, quod manu sua ducit, in portubus aut in litoribus ita navigat, ut ad maiores naves, quae non appelluntur aut nondum appulsae sunt, accedat commercii causa. Sic videtur etiam Scholiastes voluisse: ἀλιτύπων, ἁλιέων, οἳ ταῖς κώπαις τύπτουσι τὴν θάλασσαν.

V. 374. ἀνόσιον φόνον] nefariam caedem dicit, quod a filio suscepta erat. Recte hoc iam sensit Scholiastes, non ut omnino Clytaemnestram Menelaus defendere studeret. Neque tamen iniquum animum Menelai agnosco in illa voce, quae infra est v. 376. Ἀγαμέμνονος παῖς, ὃς τὰ δεινὰ ἔτλη κακά, id quod Scholiastae placet.

V. 381. τἀμὰ μηνύσω κακά] Anteposui propterea μηνύσω, forense verbum, quod ita magis illud exstat, Orestem velle recte atque ordine omnia, quasi apud iudicem, profiteri aperte ac simpliciter.

V. 382. τῶν σῶν δὲ γονάτων πρωτέλεια θιγγάνω ἱκέτης,] "Haec ita explico: τῶν σῶν δὲ γονάτων θιγγάνω ἱκέτης, ἃ πρωτέλειά ἐστι τῶν ἐμῶν λόγων. Vid. Gramm. gr. §. 432. 4." A. MATTHIAE.

V. 383 ἀφύλλου στόματος

τῶν σῶν δὲ γονάτων πρωτέλεια θιγγάνω
ἱκέτης, ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς·
σῶσόν μ' · ἀφῖξαι δ' αὐτὸς εἰς καιρὸν κακῶν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ θεοί, τί λεύσσω; τίνα δέδορκα νερτέρων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὖ γ' εἶπας· οὐ γὰρ ζῶ κακοῖς, φάος δ' ὁρῶ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὡς ἠγρίωσαι πλόκαμον αὐχμηρόν, τάλας,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐχ ἡ πρόσοψίς μ', ἀλλὰ τἄργ' αἰκίζεται.

sequutus est Nauckius. Vide infra adnot. exeget.

V. 384. *αὐτὸν* de G. H. Schaeferi coniectura critici recentiores scripserunt, libri habent *αὐτὸς*. Vide infra adn. exeget.

V. 385. *λεύσω* B.

V. 387. *αὐχμηρὸν πλόκαμον* F.

V. 388. *οὐχὶ* B cum Eustathio ad Il. p. 694, 32. *τἔργ'* F.

ἐξάπτων λιτάς] *ἀφύλλου στόματος*, quod est in libris, etiam a multis grammaticis agnoscitur, qui etiamsi de re atque explicatione vocis diversas referunt sententias, de ipsa tamen scriptura non dissentiunt. Hesychius t. I. p. 652. *ἀφύλλου στόματος· ἄνευ ἱκετηρίας. Εὐριπίδης Ὀρέστῃ.* Eustathius ad Il. p. 250, 26. *ἰστέον δὲ καί, ὅτι τὸ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἐκφυλλον στόμα ἢ τὸ ξηρὸν δηλοῖ καὶ αὐχμηρὸν καὶ αὖον ἀκολούθως Ὁμήρῳ ἢ τὸ ἱκετεῦον δίχα συνήθων κλάδων, οὓς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς.* Duas has explicationes habent etiam Scholiastae ad hunc ipsum locum. Equidem unice verum esse existimo eam, quam Hesychius habet et Eustathius secundo loco, quamque Scholiastes sic uberius exponit: *πρὶν διηγήσομαι τὰ ἐμὰ κακά, ἅπτομαι τῶν σῶν γονάτων ἐξάπτων καὶ φέρων παρακλήσεις ἐξ ἀφύλλου στόματος, τουτέστι μόνον διὰ λόγων δέομαι καὶ οὐ προτείνων κλάδον, ὡς ἔθος.* et alter Scholiastes *διὰ τοῦτο φησὶ τὴν ἐκ στόματος καὶ λόγων μόνων ἱκεσίαν ποιεῖσθαι.* Si quis autem hoc dicat, haec omnia vera esse, sed tamen potius *ἀφύλλους λιτάς* quam *ἀφύλλου στόματος λιτάς* dicendum fuisse, is primum hoc consideret, in eiusmodi formulis, quae proverbii consuetudinem obtinuerunt, non tam subtilem orationem requiri quam eam, quae sub sensum magis cadat, deinde si *ἀφύλλους* scribamus, *στόματος ἐξάπτων* nimis ieiune dici, ut mihi quidem nullus dubitationi locus relinqui videatur quin Euripides scripserit *ἀφύλλου* potius quam *ἀφύλλους*.

V. 384. *ἀφῖξαι δ' αὐτὸς εἰς καιρὸν κακῶν*] Adrisit recentioribus criticis G. H. Schaeferi coniectura *αὐτὸν* pro *αὐτὸς* rescribentis, quod etiamsi falsum non esset, non tamen Scholiastes id videtur legisse in libro suo, qui hoc habet: *σῶσόν με· παραγέγονας δὲ αὐτὸς εἰς καιρόν, ἤτοι εἰς αὐτὴν τὴν ἀκμὴν τῶν κακῶν.* Nam *εἰς καιρὸν* per se est *εἰς αὐτὴν τὴν*

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δεινὸν δὲ λεύσσεις ὀμμάτων ξηραῖς κόραις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ σῶμα φροῦδον· τὸ δ' ὄνομ' οὐ λέλοιπέ με.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ παρὰ λόγον μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅδ' εἰμὶ μητρὸς τῆς ταλαιπώρου φονεύς.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἤκουσα· φείδου δ' ὀλιγάκις λέγειν κακά.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φειδόμεσθ'· ὁ δαίμων δ' εἷς με πλούσιος κακῶν.

V. 389. δεινὸν τε C. λεύσ' ὀμμάτων B.

V. 390. λέλοιπε μοι AB. λέλοιπέ μοι Fc. λέλοιπέ με EC.

V. 391. παράλογόν μοι libri. παρὰ λόγον μοι Nauckius. σῇ A. σῇ φανεὶς e corr. manus alt. B. σῇ φανεὶς ἀμορφίᾳ c. σῇ F.

V. 392. ὅδ' in rasura a manu tertia B.

V. 393 Eustathius ad Il. p. 762, 62. p. 1173, 38. p. 1294, 50.

V. 394. ἐς ἐμὲ Barnesius, quem Porsonus et Kirchhoffius sequuti sunt, εἰς με Elmsleius, quem G. Hermannus et A. Nauckius sequuti sunt. εἰς ἐμέ libri.

V. 395. 396. habent Clemens Alexandrinus Stromat. VII. p. 303. Stobaeus flor. XXIV. 5. t. I. p. 374. Olympiodorus

ἀκμήν. αὐτὸς autem, quod cum hac formula hoc loco nihil commune habet, hoc fere sibi vult: Serva me: venisti enim ipse (αὐτόματος, non arcessitus) in discrimen meorum malorum, ut id, quod forte fortuna, non arcessitu nostro factum est, te quasi bonum omen ad perficiendas preces meas hortari debeat. Non aliter αὐτός, etiam si alio quodam modo, dicitur supra v. 354. χαῖρ', εὐτυχίᾳ δ' αὐτὸς ὁμιλεῖς, Θεόθεν πράξας ἅπερ ηὔχου.

V. 389. δεινὸν δὲ λεύσσεις ὀμμάτων ξηραῖς κόραις] „Sententia Homerica est Odyss. XIX. 311 Ὀφθαλμοὶ δ' ὥςεὶ κέρα ἔστασαν ἠὲ σίδηρος Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι.“ G. HERMANNUS.

V. 391. ὦ παρὰ λόγον μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία] Sic recte credo A. Nauckium restituisse hunc locum, in quo praeivit Scholiastes: ὦ ἀμορφία σή, ἡ φανεῖσα ἐμοὶ παραλόγως καὶ παρ' ἐλπίδα. Neque enim notum illud schema, de quo dixi ad v. 232., consentaneum est huic loco, et παρὰ λόγον aptius cum participio φανεῖσα coniungendum erat.

V. 393. φείδου δ' ὀλιγάκις λέγειν κακά] Infinitivus, qui post φείδου ponitur, et adfirmative concipi potest et negative. Hic per adfirmationem adiungitur id. quod ex illo φείδου evenire debebat, ut sententia haec

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δεινὰ εἰργασμένος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πῶς φῄς; σοφόν τοι τὸ σαφὲς, οὐ τὸ μὴ σαφές.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λύπη μάλιστά γ' ἡ διαφθείρουσά με,

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μανίαι τε μητρὸς θ' αἵματος τιμωρίαι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἤρξω δὲ λύσσης πότε; τίς ἡμέρα τόδ' ἦν;

in Alc. p. 25. posteriorem Plutarchus de tranquill. anim. p. 476. Philoponus in Aristot. de anim. p. O. 10

V. 395. Ὀρέστα, τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος; Clemens l. c. Ὀρέστα τλῆμον, τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος; Stobaeus l. c. Recte vidit G. Hermannus ab his Orestis appellationem propterea adiectam esse, ut lectores agnoscerent, de qua persona hic diceretur.

V. 395. σ' om. AF., qui quidem ab altera manu additum habet, C.

V. 396 ξύνεσις Eustathius ad Il. p. 22, 4.

V. 397. τι AFC. τοι [Bc].

V. 810. πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας Ἀτρειδαις] πάλιν, i. e. εἰς τοὔπίσω, significat prorsus inversam esse fortunam iam Atridarum, ἐξ εὐτυχίας autem illud indicat, quod proxime ante fuerit, i. e. principatus in Graecia et victoria a Troia capta reportata. Sicut vero ἐξ εὐτυχίας ad id pertinet, quod modo fuit, sic verbis πάλαι παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων ad id respicitur, quod antiquitus fuerit, idque adiuncto πάλαι adverbio ita intelligendum esse planius fit, ut ista correctione παλαιᾶς ἐπὶ συμφορᾶς, quam G. Hermannus sibi in veterum editionum erroribus repperisse visus erat, minime opus esse videatur, simulque appareat quid discriminis inter ἐξ et ἀπὸ praepositiones in eiusmodi locis sit.

V. 812 sq. ὁπότε χρυσείας ἔρις ἀρνὸς ἦλυθε Ταντα-

ἦλυθε Ταντα̣λίδαις,
οἰκτρότατα θοινάματα καὶ
σφάγια γενναίων τεκέων·
ὅθεν φόνῳ φόνος ἐξαμεί-
βων δι' αἵματος οὐ προλεί-
πει δισσοῖσιν Ἀτρείδαις.
ἀντιστροφή.
τὸ καλὸν οὐ καλόν, τοκέων
πυριγενεῖ τεμεῖν παλάμᾳ

V. 813. ταντα̣λίδαισιν *C*.
V. 814. θοινήματα F.
V. 815. τεκέων [A B]E et e corr. *C*. τ(ε man. sec.)κέων F. τέκνων [c].
V. 816. ἀμείβων *C*.
V. 817. δαίματος suspicatur Nauckius.
V. 818. δισσοῖς (ιν add. man. sec.) F.
V. 819. τεκέων A.
V. 820. τεμεῖν Porsonus. τέμνειν libri.

λίδαις] quum Tantali nepotibus Pelopis filiis Atreo et Thyestae rixa de agno aurato venisset, miserandae epulae et caedes geminorum liberorum. Indicatur agnus aurata pelle, quem Aërope Atrei uxor Thyestae adultero tradidisse perhibebatur, quo capto imperium obtinuit, unde notae illae ac nefariae inimicitiae inter fratres ortae sunt, de quibus ipsa Electra dixerat v. 14 sqq., ubi vide quae aduotata sunt p. 31 sq. cl. etiam infra v. 998.

V. 814 sq. οἰκτρότατα θοινάματα καὶ Σφάγια] Quod haec et quae sunt eiusmodi ὕστερα πρότερα esse dicunt, nondum confecta res est, nisi una illud addunt, id, quod priore loco ponitur, quum ex temporis ratione debeat posteriore loco collocari, eo, quod ante ponitur, significari esse primarium et ipsam rem continere quo id, quod quum tempore prius sit, secundo loco accedit, quasi quoddam additamentum adiungitur, ut si apud Ciceronem pro A. Caecina. c. 4. §. 12. dicitur: nam brevi tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est, heredem P. Caesennium fecit uxorique grande pondus argenti — legavit, invertitur quidem temporis ordo, sed tamen recte quasi res primaria anteponitur mortuus est, tum id narratur, quod demum in morte eius, quamvis ante factum esset, cognitum est: heredem P. Caesennium fecit etc. Sic etiam hoc loco θοινάματα quasi primaria res anteponuntur et caedes quasi illi adiunctae res post ponuntur. Multas similitudines attulit G. H. Schaeferus ad Sophoclis Oed. Reg. 827.

V. 816 sq. φόνῳ φόνος ἐξαμείβων δι' αἵματος] δι' αἵματος refero ad consanguinitatem generis, per quam caedes caede mutatur. Vi-

χρόα, μελάνδετον δὲ φόνῳ
ξίφος ἐς αὐγὰς ἀελίοιο δεῖξαι·
τὸ δ' αὖ κακουργεῖν ἀσέβεια μαινόλις
κακοφρόνων τ' ἀνδρῶν παράνοια.
θανάτου γὰρ ἀμφὶ φόβῳ
Τυνδαρὶς ἰάχησε τάλαι-
να· τέκνον, οὐ τολμᾷς ὅσια
κτείνων σὺ ματέρα, μὴ πατρῴ-

V. 822. εἰς ABF. ἐς dicitur esse in cC.

V. 823. μαινόλις G. Hermannus et R. Porsonus. μεγάλη (γρ. ποικίλη) A. μεγάλη ceteri. ποικίλη recepit metricus cod. Bor. 74.

V. 825. Θάνατον (ον man. tert.) B. Θανάτου ab interprete additum iudicat Kirchhoffius, et legendum esse sit: δεινὰ γάρ. γὰρ (δ' metricus cod. Kingiani) in rasura a man. sec. habet F.

V. 828. κτείνον (ειν sec. man) F. σὺ ματέρα Nauckius. σὰν ματέρα libri. δὲ ματέρα G. Hermannus interpungens post ὅσια.

dit hoc etiam Glossator, quod συγγενείας adscripsit ad δι' αἵματος.

V. 819. τὸ καλὸν οὐ καλόν] Oxymoron hoc hanc habet sententiam: Quod aliqua ex parte pulcrum est, tamen omnino pulcrum haberi non potest, quod ita cadit in Orestem, quod patrem ulcisci pulcrum est, matrem occidere pulcrum non est, ut etiam id, quod per se pulcrum erat, pulcrum tamen in Oreste videri non possit.

V. 820. πυριγενεῖ—παλάμᾳ] Hoc quid sibi velit, intelliget is, qui recordatur Homerici illius ex Il. XX, 371. τῷ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν. et locorum eiusmodi, ut Androm. 271. ἃ δ' ἔστ' ἐλίδρης καὶ πυρὸς περαιτέρω. aut Hecub. 608. ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία Κρείσσων πυρός, ad quem locum v. Pflugk. p. 64. ed. Goth. alt. Unde apparebit esse πυριγενῆ παλάμην manum quasi igne duratam ideoque ne parentum quidem sanguinis reverentem. Est fere id, quod poëta quidam noster scripsit: mit stahlharter Hand.

V. 821. μελάνδετον φόνῳ ξίφος] Apparet verba μελάνδετον φόνῳ aptius inter se coniungenda esse, ut μελάνδετον tantum modo ad singularem caedis actionem pertineat, ut ensem quasi atrato margine effusi sanguinis circumdatum significet, in quam sententiam dicit Scholiastes: μελάνδετον δὲ λέγει φόνῳ τὸ μελανθὲν καὶ βαφὲν ὑπὸ τοῦ αἵματος. Agnovit hoc etiam G. Hermannus, qui recte unum Scholiastarum scripsit adnotavisse: Πολλὰ δέ εἰσι τὰ τοιαῦτα σύνθετα, οἷον κελαινεφὲς αἷμα· οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ νέφος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ δεδέσθαι οὐκ ἔγκειται. Mansit tamen imago illius actionis, quam vertendo expressi.

V. 823. ἀσέβεια μαινόλις] διάνοιαν μαινόλιν habemus apud Aeschylum Suppl. 97, cui loco G. Hermannus hunc Euripidis adhibuit Vol. II. p. 8.

ἂν τιμῶν χάριν ἐξανά-
ψῃ δύσκλειαν ἐς ἀεί.
ἐπῳδός.
τίς νόσος ἢ τίνα δάκρυα καὶ
τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν
ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι;
οἷον οἷον ἔργον τελέσας
βεβάκχευται μανίαις,
Εὐμενίσιν θήραμα φόνῳ
δρομάσι δινεύων βλεφάροις
Ἀγαμεμνόνιος παῖς.
ὦ μέλεος, ματρὸς ὅτε
χρυσεοπηνήτων φαρέων
μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδὼν
σφάγιον ἔθετο πατέρα, πατρῴ-
ων παθέων ἀμοιβάν.

V. 832. γῆν F. γαῖαν B.
V. 833. χερὶ A c.
V. 834. om. c. οἷον bis ABC. semel F. οἷον ὤγ' G. Hermannus.
V. 837. e Bacchis laudat Maximus in Dionys. Areop. I. p. 90. δρομῶσι B.
V. 838. ἀγαμεμνόνιος A[B]c. ἀγαμεμνόνειος [F] ἀγαμέμνιος C.
V. 839. ματρός A. μρς BF.
V. 840. χρυσεοπηνῶν (τ. add. man. sec.) F.
V. 842. ματέρα om. F. Paulo ante ἔθεσο Scholiastes Arsenii legisse videtur.

V. 831. τίνα δάκρυα καὶ τίς ἔλεος] Facile intelligitur et δάκρυα et ἔλεον sic dici, ut rem quamobrem ipsa fiant denotent, id quod Scholiastes recte vidit, quem vide p. 421. ed. Matth.

V. 833. ματροκτόνον αἷμα] est sanguis, qui in caede matris effunditur. Sic habemus ματροκτόνον μίασμα apud Aeschylum in Eumen. 278. καθαρμὸν χοιροκτόνον, qui fit per caedem suis, ib. 280. αἷμα χοιροκτόνον apud eundem in fragm. n. 197. ed. Herm. αἷμα τραγοκτόνον in Euripidis Bacch. 138. βοᾶν ἀνθρωποκτόνον in Cycl. 127., quibus in locis omnibus non sunt προπαροξυτόνως adiectiva notanda, quod activa caedis notio in omnibus locis satis apparet.

V. 838. δρομάσι — βλεφάροις] Vide quae ascripsi supra ad v. 270. p. 62.

V. 841. μαστὸν ὑπερτέλλοντ' ἐσιδών] Vide quae dixi supra ad v. 527.

V. 842 sq. πατρῴων παθέων ἀμοιβάν] De hac apposi-

ΗΛΕΚΤΡΑ.

γυναῖκες, ἦ που τῶνδ' ἀφώρμηται δόμων
τλήμων Ὀρέστης θεομανεῖ λύσσῃ δαμείς;

ΧΟΡΟΣ.

ἥκιστα· πρὸς δ' Ἄργεῖον οἴχεται λεών,
ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι
δώσων, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς χρεών.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι· τί χρῆμ' ἔδρασε; τίς δ' ἔπεισέ νιν;

ΧΟΡΟΣ.

Πυλάδης· ἔοικε δ' οὐ μακρὰν ὅδ' ἄγγελος
λέξειν τὰ κεῖθεν σοῦ κασιγνήτου πέρι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ τλῆμον, ὦ δύστηνε τοῦ στρατηλάτου
Ἀγαμέμνονος παῖ, πότνι' Ἠλέκτρα, λόγους
ἄκουσον οὓς σοι δυστυχεῖς ἥκω φέρων.

V. 843. ἀμοιβήν F.
V. 845. νόσῳ δαμεῖς F.
V. 846. δ' om. C. ἀργείων F.
V. 848. ἡμᾶς corr. in ὑμᾶς B F. Hunc versum suppositicium habet Kirchhoffius, qui putat clausulam superioris versus fuisse τ' ἔπι, qua mutata hunc ipsum versum adiectum ab interpolatore esse existimat.
V. 849. δ' om. c.
V. 852. τλήμων A.
V. 854. δ(υστυχεις in rasura ab alt. man.) A.

tione, quae fit ad enuntiatum antecedens, conf. infra v. 1105. Ἐλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν. cl. etiam v. 963. v. Rost gr. Gr. §. 101. 3. c. p. 485 ed. sept. et quae adnotavimus supra ad v. 30.

V. 844. ἦ που] Quod G. Hermannus scribi voluit οὔ που, conferas ea, quae de his particulis posuit Devarius vol. I. p. 93 sqq. et quae ego ad eius librum adnotavi vol. II. p. 595 sqq.

V. 846. ἥκιστα] οὐδαμῶς μαινόμενος, σωφρονῶν δὲ ἀπῆλθε πρὸς τὸν τῶν Ἀργείων λαόν, δώσων ἀγῶνα τὸν προκείμενον περὶ τῆς ζωῆς, ἐν ᾧ ἀγῶνι ἀπόκειται ἢ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς. SCHOLIASTES.

V. 847 sq. "ἀγῶνα — δώσων recte interpretatur Schaeferus copiam facturus iudicii." G. HERMANNUS.

V. 852. τοῦ στρατηλάτου] Ornatur hoc epitheto Agamemnon, quo acerbior miseria, in qua iam est eius filius, esse videatur.

V. 854. οὓς σοι δυστυχεῖς

ΗΛΕΚΤΡΑ.

αἰαῖ, διοιχόμεσθα· δῆλος εἶ λόγῳ.
κακῶν γὰρ ἥκεις, ὡς ἔοικεν, ἄγγελος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ψήφῳ Πελασγῶν σὸν κασίγνητον θανεῖν
καὶ σ', ὦ τάλαιν', ἔδοξε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι· προσῆλθεν ἐλπίς, ἣν φοβουμένη
πάλαι τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις.
ἀτὰρ τίς ἀγών, τίνες ἐν Ἀργείοις λόγοι
καθεῖλον ἡμᾶς κἀπεκύρωσαν θανεῖν;
λέγ', ὦ γεραιέ· πότερα λευσίμῳ χερὶ
ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαί με δεῖ,
κοινὰς ἀδελφῷ συμφορὰς κεκτημένην;

V. 855. αἲ αἲ BF. διοιχόμε (σ add. alt. man.)θα F.

V. 856. ἔοικας B. ἄγγελ(ος in ras. alt. man.) A. Versum, quem habet scriptor Chr. pat. 150., multi in interpolationis suspicionem adduxerunt. Equidem inita subductaque ratione reliqui, quod non omnia, quae supervacanea videri possunt, in dialogo recidenda sunt.

V. 861. ἀγὼν Porsonus. ἀγὼν libri. τίνες ἐν ἀργείοις λόγοι [AB]. τίνες ἀργείων λόγοι (γρ. ἐν ἀργείοις ab alt. man.) F. τίνες ἀργείων λόγοι c.

V. 863. γεραιέ F.

V. 864. με δεῖ [A] cum ceteris praeter BF., qui habent με χρή.

ἥκω φέρων] Recte iam Scholiastes adsimulavit de retracto adiectivo δυστυχεῖς v. 743 ποῦ 'στιν ἥ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία;

V. 856. ὡς ἔοικεν] Non hoc dicit quasi de re dubitet, sed ominis causa non plus ponere vult, nisi quod conicere licet ex ipsa nuntii oratione.

V. 857. ψήφῳ Πελασγῶν] Vide quae dixi ad v. 692.

V. 859. προσῆλθεν ἐλπὶς κτέ.] Sententiam horum verborum recte G. Hermannus sic reddidit: Evenit res a me exspectata, quam dudum metuens futura deflevi.

V. 866. 871. ἑτύγχανον μὲν ἀγρόθεν — ὁρῶ δ'] Elusit hunc locum Alcaeus in comoedotragoedia apud Macrobium Saturn. V, 20, 12. Ἑτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πλείστους φέρων Εἰς τὴν ἑορτὴν ὅσσον οἷον εἰκοσι. Ὁρῶ δ' ἄνωθεν Γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ. et Lucianus in love Tragoedo p. 681 sq. ed. Reitz. vol. II. p. 366. ed. Iacob. Ἑτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ἄπο — ὁρῶ δ' ὄχλον στείχοντα καί τινας δύο κτέ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω
βαίνων, πυθέσθαι δεόμενος τά τ' ἀμφὶ σοῦ
τά τ' ἀμφ' Ὀρέστου· σῷ γὰρ εὔνοιαν πατρὶ
ἀεί ποτ' εἶχον, καί μ' ἔφερβε σὸς δόμος
πένητα μέν, χρῆσθαι δὲ γενναῖον φίλοις. 870
ὁρῶ δ' ὄχλον στείχοντα καὶ θάσσοντ' ἄκραν,
οὗ φασι πρῶτον Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας
διδόντ' ἀθροῖσαι λαὸν εἰς κοινὰς ἕδρας.
ἀστῶν δὲ δή τιν' ἠρόμην ἄθροισμ' ἰδών·
τί καινὸν Ἄργει; μῶν τι πολεμίων πάρα 875
ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε Δαναΐδῶν πόλιν;
ὁ δ' εἶπ'· Ὀρέστην κεῖνον οὐχ ὁρᾷς πέλας
στείχοντ', ἀγῶνα θανάσιμον δραμούμενον;
ὁρῶ δ' ἄελπτον φάσμ', ὃ μήποτ' ὤφελον,
Πυλάδην τε καὶ σὸν σύγγονον στείχονθ' ὁμοῦ, 880

V. 870. χρῆσθαι γενναῖον δὲ φίλοις F.
φησὶ
V. 872. φασὶ A.
V. 873. διδόν τ' ab alt. man. F.
V. 875. τι om. A.
V. 876. πόλιν (γρ. ὄχλον) A.
V. 877. εἶπεν F. ἐκεῖνον F.
V. 878. citat Eustathius ad Il. p. 1264.
V. 879. ἄελπον A. θαῦμ' B.
V. 880. τε om. c. δὲ C.

V. 867. πυθέσθαι δεόμενος τά τ' ἀμφὶ σοῦ τά τ' ἀμφ' Ὀρέστου] Curiositatem senis nuntium ferentis, qui unus e multis est neque id dissimulat omni oratione sua, recte repetita verba τά τ' ἀμφί designant. Vide quae supra dixi ad v. 704 sq.

V. 871. ὄχλον στείχοντα καὶ θάσσοντ' ἄκραν] plebem in tumulum venientem eumque considendo occupantem, quo olim Danaus, qui lites cum Aegypto fratre componere eique satis facere vellet, populum in communes sedes evocaverat. De Danai adventu et regno in Argivos vide Apollodorum II, 1, 4 sqq. Pausaniam lib. II, 16, 1. cl. ib. c. 19. §. 3 sqq., qui idem etiam refert monumentum eius fuisse Argis c. 20. §. 4. et Argivos praeter ceteros Danaos ex eius nomine appellatos lib. VII, 1, 3. Si quis autem existimet hanc antiquarum rerum memoriam relatam esse non alia de causa, nisi ut garrulitas senis nuntii ostenderetur, ne iste vehementer erret. Ut enim nobis vetustarum rerum memoriam reco-

τὸν μὲν κατηφῆ καὶ παρειμένον νόσῳ,
τὸν δ' ὥστ' ἀδελφὸν ἴσα φίλον λυπούμενον,
νόσημα κηδεύοντα παιδαγωγίᾳ.
ἐπεὶ δὲ πλήρης ἐγένετ' Ἀργείων ὄχλος,
κῆρυξ ἀναστὰς εἶπε· τίς χρήζει λέγειν, 885
πότερον Ὀρέστην κατθανεῖν ἢ μὴ χρεὼν
μητροκτονοῦντα; κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
Ταλθύβιος, ὃς σῷ πατρὶ συνεπόρθει Φρύγας.
ἔλεξε δ' ὑπὸ τοῖς δυναμένοισιν ὢν ἀεὶ

V. 882. ὡς F. φίλον A., quod necessario recipiendum fuit. V. adn. exeget. φίλῳ ceteri libri.

V. 883. ad hunc versum pertinet haec Hesychii adnotatio t. II. p. 244. κηδεύοντα· ἐπιστατοῦντα, κηδόμενον.

V. 888. συνεπόρθη φρύγας (γρ. τρῴας B.)

V. 889. ἔλεξεν (δ' add. man. alt.) F.

V. 890. ἐκπαγι(λ. man. sec.)ούμενος F.

lentibus nescio quo pacto antiquus fit animus, sic etiam Euripides animos eorum, qui spectarent, rebus vetustis referendis et antiquis moribus repraesentandis commovere et excitare voluit, quo maiore studio fabulam suam cognoscerent. Vide quae infra dicentur ad defendendum v. 933.

V. 882. τὸν δ' ὥστ' ἀδελφὸν ἴσα φίλον λυπούμενον] Hanc optimi Cod. A. auctoritatem restituendam esse miror neque A. Nauckium neque Kirchhoffium vidisse. Nam intelligitur quam facile propter vicinitatem vocis ἴσα potuerit φίλον in φίλῳ mutari, quamquam Scholiastes recte adnotavit ne φίλῳ quidem ad ἴσα referendum esse, sed pertinere ad λυπούμενον, quod si fit, supervacaneum certe est. Nunc recepto φίλον omnia bene sese habent. Constructio autem haec est: τὸν δ' ὥςπερ ἀδελφὸν ὁμοίως φίλον λυπούμενον, i. e. hunc autem quemadmodum fratrem similiter amicum aegrimonia adfectum, aut planius: hunc autem ita adfectum, ut non minus quam frater, quum esset amicus, aegrimonia adflictus esset. ὡς, ὥςπερ, ἅτε et quae sunt similia etiam aliis locis referuntur ad ἴσος, ἴσον, ἴσα, ἴσως, ut in Sophoclis Philoct. 748. ed. Herm. ἥκει γὰρ αὖτη διὰ χρόνου πλάνοις ἴσως, Ὡς ἐξεπλήσθη, quem locum recte explicavit G. Hermannus p. 138. similiterque post ἴσον infertur ὥςπερ in Sophoclis Electr. 522. οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ Λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥςπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ, de quo loco vide quae scripsit G. Hermannus, in editione pr. et G. H. Schaeferus in App. Demosth. vol. I. p. 809 sq., in Euripidis Ion. 1366. ἴσον γάρ σ' ὡς τεκοῦσ' ἀσπάζομαι. in eiusd. Herc. Fur. 667. ἴσαν ἄτ' ἐν νεφέλαισιν ἄστρων ναύταις ἀριθμὸς πέλει. Apparet igitur ὥστε et ἴσα eodem iure inter se respondere posse, ut ὅμοιον et ὥστε, de quo vide ad v. 697.

V. 883. παιδαγωγίᾳ] χειραγωγίᾳ, κυβερνήσει. SCHOLIASTES.

V. 885. τίς χρήζει λέγειν] Est haec solemnis praeconis vox: τίς ἀγορεύειν βούλεται; quae in

διχόμυθα, πατέρα μὲν σὸν ἐκπαγλούμενος, 890
σὸν δ' οὐκ ἐπαινῶν σύγγονον, καλοῖς κακοὺς
λόγους ἑλίσσων, ὅτι καθίσταίη νόμους
εἰς τοὺς τεκόντας οὐ καλούς· τὸ δ' ὅμμ' ἀεὶ
φαιδρωπὸν ἐδίδου τοῖσιν Αἰγίσθου φίλοις.
τὸ γὰρ γένος τοιοῦτον· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ 895
πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες· ὅδε δ' αὐτοῖς φίλος,
ὃς ἂν δύνηται πόλεος ἔν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ.
ἐπὶ τῷδε δ' ἠγόρευε Διομήδης ἄναξ.

V. 891. καλοῖς κακοὺς libri. καλοὺς κακοὺς Hartungius Vide adn. exeg.

V. 897. habet Choeroboscus cann. l. p. 194. Gregorius Corinthius p. 402. πολεως B.

V. 898. ἐπὶ τῶιδε δ' ἠγόρευε [A]. ἐπὶ τῷδε δ' ἠγόρευσε B. ἐπὶ τῷδε δ' ἠγόρευε c. ἐπὶ τῶδ' (τῷδ' C.) ἠγόρευε FC.

civitatibus popularibus Graeciae, ubi ἰσηγορία vigebat, usitata erat, v. Aristophanis Acharn. v. 45., et quae ad h. l. adnotaverunt interpretes, eiusdemque Eccles. 130.

V. 888. Ταλθύβιος] Notus ille et clarus Homericis carminibus praeco Agamemnonis, v. Il. I, 320. cl. Ovid. Her. III, 9. II. III. 118. IV. 192. VII, 276. XIX, 196. 250. XXIII. 897. ut praeclarus praeco memoratur etiam a poëtis Latinis Plaut. Stich. II, 1, 33 (805). contundam facta Talthybi contemnamque omnis nuntios. Cuius etiam posteri (Talthybiadae), quoniam eiusmodi munera, sicut apud nos officia aulica, hereditate posteris a maioribus tradebantur, praeconum munere apud Spartanos fungebantur, v. Herodotum VII, 134. cl. VI. 60., quum ipse divino honore adfectus esset, qua de re praeter Herodoti locum VII, 134. cl. c. 137. conf. Pausaniam III, 12, 6. VII, 12 extr. Eustath. ad Il. l. p. 110, 29. V. Hoeckh. Cret. II. p. 407 sq. Eius personam introduxit Euripides in Hec. 484 sqq. in Troad. 237 sqq.

V. 890. πατέρα μὲν σὸν ἐκπαγλούμενος] Callidus orator, qui in oratione sua summa admiratione adfecit patrem, quo facilius deinde detraheret de filio. Id quo modo perfecerit iam narrat nuntius. De verbo ἐκπαγλεῖσθαι conf. Aeschyli Choëph. 213. σύνοιδ' Ὀρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμένην.

V. 891 sq. καλοῖς κακοὺς λόγους ἑλίσσων] Haec omnium librorum auctoritas a Scholiastis quoque multis modis commemorata summa iniuria recentiore tempore mutata est. Sententia haec est: pulcris mala verba circumplicans et tegens, ut revera tamen oratione sua Aegisthi amicis lenocinaretur, quo illud ipsum spectat, quod leges non utiles erga parentes constitui ab Oreste dixit.

V. 895. ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες] Καὶ ἐν ἄλλοις κατὰ τῶν κηρύκων λέγει ὅτι Ἀεί ποτ' ἐστὶ σπέρμα κηρύκων λάλον. SCHOLIASTES. V. Nauckii Graecorum tragic. Fragm. n. 1001. p. 532.

V. 898. Διομήδης ἄναξ] Quod Glossator adscripserat: Διομήδης ὁμώνυμος τῷ ἐν τῇ

οὔτος κτανεῖν μὲν οὔτε σ' οὐδὲ σύγγονον
εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν.
ἐπερρόθησαν δ' οἱ μὲν ὡς καλῶς λέγοι,
οἱ δ' οὐχ ἑπήνουν. κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει,
Ἀργεῖος οὐχ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος,
θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ,

V. 899. *οὐδὲ σύγγονον* Ac. *οὔτε σύγγονον* ceteri et vulgo editiones.

V. 901. *ἐπερρόθησαν δ'* [ABF], nisi quod B. om. *δ'*. *λαοὶ δ' ἐπερρόθησαν* dicitur esse in cC. et est in recentioribus multis, sine dubio ascriptum ex Hecubae v. 553. *λαοὶ δ' ἐπερρόθησαν, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ εἶπεν κτέ. λέγει* B.

V. 902. *ἐπὶ δὲ τῷδ'* B.

Τροίᾳ, recte rettulit G. Hermannus illum ipsum Tydei filium memorari. Eum enim Argis versatum videri, ut de quo Nestor in Odyss. III. 180. de reditu Graecorum exponens diceret: *Τέτρατον ἦμαρ ἦην, ὅτ' ἐν Ἀργεϊ νῆας ἔἴσας Τυδείδεω ἔταροι Διομήδεος ἱπποδάμοιο Ἔστασαν· αὐτὰρ ἐγωγε Πύλονδ' ἔχον.*

V. 899. *οὔτε σ' οὐδέ σύγγονον*] Sic scripsi e Cod. A. propterea, quod si haec *ἐκ παραλλήλου* pronuntur *οὔτε σ' οὔτε σύγγονον*, quia antepositum est *οὔτε σ'*, Electrae culpa paene gravior videtur, contra si *οὐδέ σύγγονον* recipitur, iusta condicionis ratio intelligitur. De *οὔτε—οὐδὲ* v. me ad Devarium vol. II. p. 714. et ad Androm. 569. p. 82 sq. ed. Goth. alt. Rost. gr. Gr. p. 730. ed. sept.

V. 900. *εἴα, φυγῇ δὲ*] De zeugmate orationis v. Rost gr. Gr. §. 139. 6. p. 770.

V. 903. *ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος*] „ein Mann, der sich kein Blatt vor's Maul nimmt". De etymologia huius verbi vix potest dubitari, si meminimus quod scripsit Theognis v. 421. *Πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται Ἁρμόδιαι.* Conf. etiam Grammaticus in Bekkeri anecd. p. 79. p. 352. Pollux II. 109. p. 81. Sententiam denique Hesychius t. I. 132. sic exposuit: *ἀθυρόγωσσος· βλάσφημος, φλύαρος, ἀθυρόστομος.*

V. 904. *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος*] "Olympiadis XCII. anno 3. biennio ante actam hanc fabulam, quum Alcibiades Lacedaemonios ad Cyzicum vicisset, hique pacis condicionis offerrent, Cleophon ad bellum excitavit Athenienses, quod tam infeliciter cessit, ut postea nunquam ad priorem potentiam emergerent. Vide Diodorum XIII. 83. Homo iste genus a Thracibus ducere putabatur: unde hic *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* dictum. Copiose de eo disseruit Fritzschius ad Aristophanis Thesmoph. p. 298 sqq. Dicitur autem *ἠναγκασμένος*, quod *ὢν οὐκ ἀστὸς εἰσβιάζεται*, ut est apud Aristophanem Av. 32. "G. HERMANNUS. Conf. supra ad v. 772.

πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι.
ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις φρονῶν κακῶς
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα·
ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί,
κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθίς εἰσι χρήσιμοι
πόλει. θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην
ἰδόνθ'· ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται

V. 906. ὥςτ' *αὐτοὺς* C. *ἀυτοὺς* coniecit Valckenarius. V. adn. exeget.

V. 907—910. habet Stobaeus Flor. XLV. 5. t. II. p. 215. τις *λόγοις* Musgravius. Ceterum vv. 907—912. Kirchhoffio etsi revera Euripidei tamen falso huc relati videntur.

V. 909. *ἀεὶ* a pr. man. in rasura habet A.

V. 911. *χρησιὸν* (corr. in *χρὴ τὸν*) F.

V. 912. *γίνεται* libri.

V. 906. *πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν*] „De quibus *αὐτοὺς* intelligendum sit, tota series orationis ostendit. [Repraesentatur enim hoc loco turbulenta contio]. *ἔτι* non habeo qua particula Latina sic reddam ut omnis eius vis appareat. Compara Helen. 56 sqq. *θεοῦ τόδ' εἰςήκουσ' ἔπος Ἑρμοῦ, τὸ κλεινὸν ἔτι κατοικήσειν πέδον Σπάρτης σὺν ἀνδρί.* Sensus: tandem aliquando, serius ocius. Egregie respondet vernaculum noch". G.H.SCHAEFERUS. Vide quae adnotata sunt ad Helen. l. c. p. 26. ed. Goth. alt.

V. 907—913. quod Kirchhoffius hos versus in interpolationis suspicionem adducere conatus est, non probo. Explicatur enim iam id, quod superiore versu erat positum, accuratius et si concedimus tragicos Graecos ea data occasione attigisse quae ad rem publicam pertinerent, ne hoc quidem denegare poterimus, aliquando etiam quid ipsis in tractando populo et regendo utile esse videretur exposuisse in aliena persona, si quae idonea esse videretur. Vide quae de hoc genere disputavi ad Helen. 903—908. p. 117. ed Goth. alt.

V. 911 sqq. *θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην κτέ.*] Haec oratio, quae eis, qui Graece non nesciunt, ita expedita et plana est, ut in ea exponenda titubari prorsus non posse videatur; adeo non intellecta ab interpretibus est, ut G. Hermannus nescio quo errore ductus v. 913. prorsus deleverit. Euripides hoc dicit: Considerare et iudicare vero hoc modo eum oportet qui videt aut spectat ducem populi aut dicam oratorem popularem. Similis enim condicio eius est qui orationem habet et eius qui ratam facit. *Προστάτης* qui hic dicatur nemo dubitabit qui recordatur Aristophanis Ran. v. 569. *ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλεώνυμον*, et quoties *οἱ τοῦ δήμου προστάται* commemorentur a Thucydide III, 82. IV, 66. VIII, 89. V. Wachsmuth. in libro qui inscribitur: Hellen. Alterthumskunde I. 2. p. 435. sqq. Nec vero aliter dicuntur ab ipso Euripide *προστάται* supra v. 772 et in Suppl. v. 245, ubi dicitur: *γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φη-*

τῷ τοὺς λόγους λέγοντι καὶ τιμωμένῳ.
ὃς εἶπ' Ὀρέστην καὶ σ' ἀποκτεῖναι πέτροις
βάλλοντας· ὑπὸ δ' ἔτεινε Τυνδάρεως λόγους
τῷ σφὼ κατακτείνοντι τοιούτους λέγειν.
ἄλλος δ' ἀναστὰς ἔλεγε τῷδ' ἐναντία,
μορφῇ μὲν οὐκ εὐωπός; ἀνδρεῖος δ' ἀνήρ,
ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον,
αὐτουργός, οἵπερ καὶ μόνοι σώζουσι γῆν,
ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων,
ἀκέραιος, ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον·
ὃς εἶπ' Ὀρέστην παῖδα τὸν Ἀγαμέμνονος

V. 913. suppositicius G. Hermanno visus est. Vide adnot. exeget.

V. 914. ἀποκτείνειν B. ἀποκτενεῖν C.

V. 916. τῷ σφῷ (corr. in τῷ σφῷ) B. κατακτείνοντι [ΛF]. κατακτείναντι BcC. τοιοῦτος (corr. in — ους) A.

V. 917. ἀναστὰς τῷδ' εἶπ' ἐναντία F.

V. 918. εὔοπτος c.

V. 919. citat Eustathius ad Il. p. 467, 26 p. 1063, 34. p. 1158, 28. p. 1336, 59. κἀγορᾶεῦς (ρᾶς man. tert.) B.

V. 921. Nauckius suspicatur: ξυνετῶς — λόγοις σθένων.

λούμενον. Altera difficultas orta est in verbo τιμωμένῳ, quod tamen, si quis recte existimat, difficile non est ad explicandum. Notum est enim inde ab Homero τιμᾶσθαι genere medio dici de eis, qui honorem aut pretium alicui rei statuunt, ut ὁ τοὺς λόγους τιμώμενος — nam haec cum antecedentibus aptius confungenda et ita complenda esse verba ipsa clamant —, is sit, qui pretium verbis statuit eaque, quae dux popularis dixerit, arbitratu suo rata facit. Id vidit Scholiastes is, qui haec verba sic exponit: Τὴν αὐτὴν κακίαν ἔχει ὁ τε τὰ μὴ καλὰ δημηγορῶν καὶ ὁ κυρῶν αὐτὰ ἢ τον αὐτὸν ἐπαινῶν ὁ τὰ καλὰ δημηγορῶν καὶ ὁ κυρῶν αὐτά. De usu medii generis verbi τιμᾶσθαι praeter Homerica II, XXII, 235. Odyss. XIX, 280. XX, 129. conf. Xenophontis Disc. Cyri VIII. 7, 15. τίς δ' ἄλλος τιμήσεται δὴ ἄνδρα μέγα δυνάμενον οὕτως ὡς ἀδελφός; Polybii II, 62, 7. ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τας εἰς τὸν πόλεμον εἰσφοράς, ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν. Nam quid commemorem quoties ab Atticis scriptoribus πρὸ παντός, πολλοῦ, μείζονος, τοσούτου τιμᾶσθαι et alia id genus multa dicta sint? V. Rost gr. Gr. p. 550. ed. sept.

V. 914. ὃς εἶπ'] De ὅς demonstrativo conf. Rost. gr. Gr. §. 98. 8. p. 445 sq. ed. sept.

V. 915 ὑπὸ δ' ἔτεινε· ὑπέβαλλε Hesychius t. II. p. 1469. Est Latinorum subiicere, suggerere, subornare. Subiecit Tyndareus ei, qui vos occidendos censuit, eius

στεφανοῦν, ὃς ἠθέλησε τιμωρεῖν πατρὶ
κακὴν γυναῖκα κἄθεον κατακτανών,
ἢ κεῖν' ἀφῆρει, μήθ' ὁπλίζεσθαι χέρα
μήτε στρατεύειν ἐκλιπόντα δώματα,
εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι
φθείρουσιν, ἀνδρῶν εὔνιδας λωβώμενοι·
καὶ τοῖς γε χρηστοῖς εὖ λέγειν ἐφαίνετο,
κοὐδεὶς ἔτ' εἶπε. σὸς δ' ἐπῆλθε σύγγονος,
ἔλεξε δ'· ὦ γῆν Ἰνάχου κεκτημένοι,
πάλαι Πελασγοί, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον,
ὑμῖν ἀμύνων οὐδὲν ἧσσον ἢ πατρὶ

V. 922. *ἀκέραιον* F V. *ἀνεπίπληκτον* libri antiquiores, *ἀνεπίληπτον* recentiores. Hoc legit etiam Hesychius t. I. p. 365. *ἀνεπίληπτον· ἄμεμπτον, ἀκατάγνωστον. ἐσχηκὼς* B.

V. 925. *κακτανών* F.

V. 926. *ὑφῆρει* V. *χέρας* B.

V. 931. *κοὐδείς δ' ἔτ'* B.

V. 933. hunc versum quanquam habet Eustathius ad Il. p. 320, 1. p. 357, 31. idemque ad Dionysii perieg. v. 347., tamen plerique critici suppositicium esse censuerunt. V. adnot. exeget. *Δαναοὶ δὲ* F. *δὲ* om. reliqui libri et Eustathius.

V. 934. *οὐδὲν* om. c.

modi verba facere, ut recte exposuit G. H. Schaeferus.

V. 916. *τῷ σφὼ κατακτεί-νοντι*] Occidit is sententia sua, qui aliquem interficiendum censet.

V. 919. *ὀλιγάκις ἔστιν κἀγορᾶς χ. κύκλον*] Recte Porsonus *χραίνειν* explicavit quod dixit esse rei alicuius superficiem leviter radere vel attingere; quod ut Latinorum terere de locis dicitur, quae eundo terimus. Commemoravit iam Porsonus Achaei fragmentum apud Athenaeum VII. p. 277. B., ubi pisces dicuntur: *χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.*

V. 920. *αὐτουργός, οἷπερ*] de eo genere, qui etc. vel: de eo numero, qui etc. V. Helen. 440. *Ἕλλην πεφυκώς, οἷαν οὐκ ἐπιστροφαί.* et quae ad eum locum disputavit Pflugkius p. 66. ed. Goth. alt. Rost gr. Gr. §. 100. 4 b. adn. 7. p. 472. ed. sept.

V. 921. *ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων*] Prudens vero congredi verbis cupiens, i. e. eiusmodi, qui nisi prudenti animo ad verborum certamen descendere non volt.

V. 926 sq. *ἢ κεῖν' ἀφῆρει, μήθ'—μήτε*] Recte iam Scholiastes intellexit esse hunc locum de eo genere, ubi *μή* negatio post verba, quae habent negandi aut prohibendi vim, ita adiungitur, ut quae vis negationis sit et quem eventum illa nolit declaretur. V. Rost. gr. Gr. §. 135. C. 6. suppl. b. *α.* p. 760. ed. sept.

V. 928. *τἄνδον οἰκουρήμαθ'*] *τὰς ἔνδον οἰκουρήσας γυναῖκας* GLOSSAT.

V. 933. *πάλαι Πελασγοί, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον*] Iam

ἔκτεινα μητέρ' · εἰ γὰρ ἀρσένων φόνος
ἔσται γυναιξὶν ὅσιος, οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν
θνήσκοντες, ἢ γυναιξὶ δουλεύειν χρεών·
τοὐναντίον δὲ δράσετ' ἢ δρᾶσαι χρεών·
νῦν μὲν γὰρ ἡ προδοῦσα λέκτρ' ἐμοῦ πατρὸς
τέθνηκεν· εἰ δὲ δὴ κατακτενεῖτέ με,
ὁ νόμος ἀνεῖται, κοὐ φθάνοι θνήσκων τις ἄν,

V. 936. pro οὐ Nauckius ἤ scribendum suspicatur.
V. 938. δράσατ' C. Nauckius χρεὼν e superiore versu huc relatum ratus δρᾶσαι πρέπον scribendum hoc loco esse existimat.
V. 939. μὲν a manu sec. supra scriptum in F.
V. 940. δὴ κατακτανεῖτε AEC. δεῖ (man. sec. δὴ) κατακτα-

supra significavi ad v. 971. quemadmodum hunc versum, quem praeter A. Matthiae fere omnes critici damnaverunt, defendendum esse existimarem. De librorum auctoritate non est quod dicam. Omnes libri habent tueturque Eustathius versum multis locis. Si quis commemorat in libris plerisque et apud Eustathium omitti δέ, vix est pronuntiandum, quam facile in antiqua scriptione continua ΔΑΝΑΙΔΑΙΔΕΔΕΤΤΕΡΟΝ, ubi ter paene eadem syllaba scribenda erat, illud δέ oblitterari potuerit, ut, etiam si in Cod. archetypo non fuerit, hinc tamen nihil suspicionis de interpolatione nascatur. Si sententiam spectamus, tantum abest ut solemnem hanc populi Argivi appellatio nem repudiandam existimemus, ut recte Euripidem fceisse arbitremur, quod Orestem non contumacem fingere voluit, sed contioni admodum turbulentae illum suum tamen honorem habere eamque antiqua appellatione gentis ornare fecit. Constat autem sibi ipse poëta eo, quod quae praeparavit iam ante v. 691. Πελασγὸν Ἄργος. et rursus v. 857. ψήφῳ Πελασγῶν. et v. 872. οὐ φασι πρῶτον Δαναὸν κτέ. et rursus v. 876. Δαναΐδων πόλιν, omnia iam hic honorifica appellatione Πάλαι Πελασγοί, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον, complectitur, ad quam etiam spectat illud, quod ante cedit: ὦ γῆν Ἰνάχου κεκτημένοι. Eiusmodi autem appellationes honorificentiores fuisse quam usitata civitatium nomina iam Abron in libro περὶ παρωνύμων exposuit. Καὶ ταύτας γε, inquit, τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον, teste Stephano Byzantio s. v. Ἀθῆναι p. 44. V. ad Med. 824. p. 89. ed. Goth. alt.

V. 936. οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν θνήσκοντες] Haec forma orationis, quam eandem infra v. 941. rursus habemus, varie explicata est, ita tamen ut neque A. Matthiae rationem, quam is sequutus est gr. Gr. ampl. §. 553. 3. p. 1084 sq. ed. sec., ut diceret esse ellipsin in his verbis, quia nulla plane ellipsis vestigium in hac formula inveniri potest, neque aliorum rationem probemus, qui ex interrogatione, natam illam formulam putaverunt, neque G. Hermanni sententiam sequamur, quae ab eo proposita est ad Vigerum n. 204. p. 764 sqq., ut φθάνειν, quod est citius aut nimium cito aliquid facere aut ac-

ὡς τῆς γε τόλμης οὐ σπάνις γενήσεται.
ἀλλ' οὐκ ἔπειθ' ὅμιλον εὖ δοκῶν λέγειν.
νικᾷ δ' ἐκεῖνος ὁ κακὸς ἐν πλήθει λέγων,
ὃς ἠγόρευε σύγγονον σέ τε κτανεῖν.
μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρούμενος θανεῖν
τλήμων Ὀρέστης· αὐτόχειρι δὲ σφαγῇ
ὑπέσχετ' ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ λείψειν βίον

νεῖτε B. δεῖ κατακτανεῖτε c δὴ (a manu sec. supra scriptum) κτανεῖτε F.
V. 941. ὁ om. C. ἀφεῖται F. φθάνει B.
V. 942. τῆσδε τόλμης F. οὐ γενήσεται σπάνις c.
V. 944. λόγων c.
V. 945. ἠγόρευσε C.
V. 946. πετρούμενος [ΛB]. πετρουμένους F cum ceteris.

cedere ad aliquid agendum, diceret esse proprie cessare; desinere, cuius significationis in omni reliquo sermone Graecorum nullum mansit vestigium. Immo una illa ac vera significatio verbi φθάνειν etiam in hac formula mansit et manifesto teneri potest, si modo recte rem existimamus. Est enim οὐκ ἂν φθάνοις θνήσκων nonnimis cito faceres, si morerere, es möchte nicht zu früh sein, wenn Du stürbest, aut ut non male Pflugkius ad Alcest. 662. p. 96 sq. ed. Goth. alt. vertit: es dürfte hohe Zeit sein zu sterben. Ea explicatio facillime his locis omnibus adhiberi potest neque aut verbi vi ac potestate ipsa aut constructione grammatica a consuetudine Graeci sermonis abhorret. Sic in Heraclid. 721. ὅπλων μὲν ἤδη τἀνδ' ὁρᾷς παντευχίαν, Φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας, i. e. non citius faceres, si hisce corpus tegeres. in Aristophanis Plut. 485. οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πρᾶττον', et rursus v. 874. σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως οὐκ ἂν φθάνοις. Et sic optime intelligitur recte etiam ἔτι particulam adiungi, ut sit: es würde nicht mehr zu früh sein, wenn usw., ut hoc loco et in Alcest. 662. τοιγὰρ φυτεύων παῖδας οὐκέτ' ἂν φθάνοις, aut in Troadibus 456. οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν. aut infra in hac ipsa fabula v. 1551. οὐκέτ' ἂν φθάνοιτε κλῆθρα συμπεραίνοντες μοχλοῖς. Ad hanc normam facile etiam reliqua exempla exigi atque explicari poterunt, quae multa collegit A. Matthiae l. c. tum Zeunius et Hermannus ad Viger. p. 320. et p. 764 sqq.

V. 940 sq. *εἰ δὲ δὴ κατακτενεῖτέ με, ὁ νόμος ἀνεῖται*] De perfecto tempore post futurum, quod est in condicione, v. Rost gr. Gr. §. 117. 4. adn. c. p. 597. ed. sept.

V. 946. *μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρούμενος θανεῖν*] Etsi *πετρουμένους* ita intelligi potest, si referemus ad Orestem et Electram, multo tamen concinnior est oratio, si optimorum librorum auctoritate scribimus *πετρούμενος*. Electram autem una lapidandam non censuisse populum apparet ex iis verbis, quae sequuntur.

V. 948. *ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ*] est in hoc die vel intra hunc diem, *τῇδ' ἡμέρᾳ* est hoc die vel hodie. Apparet

σὺν σοί. πορεύει δ' αὐτὸν ἐκκλήτων ἄπο
Πυλάδης δακρύων. σὺν δ' ὁμαρτοῦσιν φίλοι
κλαίοντες, οἰκτείροντες· ἔρχεται δέ σοι
πικρὸν θέαμα καὶ πρόσοψις ἀθλία.
ἀλλ' εὐτρέπιζε φάσγαν' ἢ βρόχον δέρῃ,
ὡς δεῖ λιπεῖν σε φέγγος· ἡγένεια δὲ
οὐδέν σ' ἐπωφέλησεν, οὐδ' ὁ Πύθιος
τρίποδα καθίζων Φοῖβος, ἀλλ' ἀπώλεσεν.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ δυστάλαινα παρθέν', ὡς ξυνηρεφὲς

V. 954. ascriptum in A.: *γρ. ὡσ οὐ σ' ὁρᾶν δεῖ φέγγος. λυπεῖν C. λείπειν* F. *ηὐγένεια* [A]E[F] c. *ηὐγένεια C. εὐγένεια* B.
V. 955. ascriptum in A: *γρ. οὐδέν σε ὠφέλησεν. οὔθ'* F.
V. 956. *τρίποδος* B.
V. 957. Scholiastes: *ἐν ἐνίοις δὲ οὐ φέρονται οἱ τρεῖς στίχοι οὗτοι. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε στενάζειν οὕτω δυστυχῶς ἔχουσα;*
V. 960. *αἰ αἰ* praefixum in paucis recentiorum librorum. *στεναγμῶν* AF. *στεναγμὸν* |B] et hoc dicitur esse in c*C*. *τὰν αἱματηρὸν* Barnesius, *τὰν* om. libri. Kirchhoffius: "in monodia suspicor" inquit "Euripidem eo artificio esse usum, quod lepide lusit comicus, posito *αἱαἱματηρόν*."

alterum, quod definitius habet tempus, multo aptius hoc loco esse.

V. 950 sq. *σὺν δ' ὁμαρτοῦσιν φίλοι Κλαίοντες*] Magna vis in participiis post positis et numero etiam a prioribus separatis, ut in Odyss. X, 208. *βῆ δ' ἰέναι, ἅμα τῷγε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι Κλαίοντες.*

V. 955 sq. *ὁ Πύθιος — Φοῖβος*] Non in contemptum haec dicuntur dei, sed veritatis causa. Dei autem mentio fit propterea etiam in nuntii oratione, ne fiat Apollinis adventus in extrema fabula prorsus contra exspectationem.

V. 957—959. Recte convenienterque humanae naturae poëta instituit, ut non statim Electra nuntii verbis auditis gemitus ploratusque susciperet maeroris, sed aliquamdiu animi dolore ita commoveretur ut capite submisso taceret. Hanc Electrae personam chorus describit adloquutione sua, ut mihi hi versus, quos fuerunt antiquo tempore qui omitterent, nullo modo supervacanei esse videantur.

V. 960. *κατάρχομαι στεναγμόν*] De accusativo cum hoc verbo iuncto conf. Hec. 684 sq. *κατάρχομαι νόμον βακχεῖον ἐξ ἀλάστορος ἀρτιμαθὴς κακῶν.* cl. Odyss. III, 445. Platonis Euthydem. p. 283. B. ed. H. Steph. *θαυμαστόν τινα, ὦ Κρίτων, ἀνὴρ κατῆρχε λόγον.* Androm. 1199 sq. *θανόντα δεσπόταν νόμῳ τῷ νερτέρων κατάρξω.* A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 336. adn. l. p. 643. ed. alt.

V. 963. *τὰν αἱματηρὸν*

πρόσωπον εἰς γῆν σὸν βαλοῦσ' ἄφθογγος εἶ,
ὡς εἰς στεναγμοὺς καὶ γόους δραμουμένη.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στροφὴ ἀ.

κατάρχομαι στεναγμόν, ὦ Πελασγία, 960
τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρηίδων,
[τὰν] αἱματηρὸν ἄταν,
κτύπον τε κρατός, ὃν ἔλαχ' ἁ κατὰ χθονὸς
νερτέρων Περσέφασσα καλλίπαις θεά.
ἰαχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία, 965
σίδαρον ἐπὶ κάρα τιθεῖσα κούριμον,
πήματ' οἴκων.

V. 963. *τε* om. F. *ἔλαχ' ἡ* FC.

V. 964. *καλλίπαις* (γρ. *καλὴ παῖς*) A. Scholiastes: *γράφεται δὲ τὸ καλλίπαις καὶ καλὴ παῖς. καλλίπαις* sanum non videtur Nauckio. At vide adnot. exeget.

V. 965. *κυκλωπεία C.*

V. 966. *σίδηρον* F. *κάρα* [A]c. *κράτα* BF. *κρᾶτα C. κούρι(μο* e corr. pr. man.)*ν* B.

V. 967. *τῶν ἀτρειδῶν* (*ἀτρειδᾶν* AB.) *πήματ' οἴκων* ABF. glossa haec, quam primus Musgravius agnovit, videtur in ceteris libris haberi post *οἴκων*.

ἄταν] De hac appositione vide supra ad v. 842 sq.

V. 964. *νερτέρων Περσέφασσα καλλίπαις θεά*] Quod *καλὴ παῖς* pro varietate lectionis in Cod. A. et ab Scholiasta adscriptum est, id natum est ex grammaticorum aut librariorum negligentia. *Περσέφασσα καλλίπαις θεὰ* dicitur ita, quemadmodum Musgravius rectissime rem absolvit, non ut *καλλίπαις* eam tantum modo significaret, quae haberet pulcram puellam aut filiolam, verum etiam illam, quae ipsa pulcrae puellae naturam haberet et esset pulcra puella, in quam sententiam attulit Phoen. 1621. *ἀλλ' εὐτεκνος ξυνωρίς*, i. e. par generosorum liberorum, non par quod habet generosos liberos, tum Alcest. 904 sq. *ᾧ κόρος ἀξιόθρηνος ὤλετ' ἐν δόμοισιν μονόπαις*, iuvenis, qui esset unicus filius. et Herc. Fur. 689. *τὸν Λατοῦς εὔπαιδα γόνον*. Nec dissimile est quod est in Helen. v. 1. *Νείλου μὲν αἴδε καλλιπάρθενοι ῥοαί*. Nam *πηγὴ παρθένος* dicitur ab Aeschylo Pers. 619. ut virgo aqua ab Latinis, quode vide quae diximus ad Helen. l. c. p. 20. ed. Goth. alt. Rem perspexerunt etiam Glossatores, quorum unus; *καλλίπαις καὶ ἡ καλὴ παῖς, ὡς ἐνταῦθα.* et alter: *ἢ ἡ οὖσα καλὴ παῖς τῆς Δημητρός*. De universa causa nunc conferas Lobeckii Paralipomen. p. 372.

V. 965. *ἰαχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία*] terra Cyclopia videtur Argolis propterea dici, quod antiquis monumentis ac muris Pelasgorum, quos Cyclopios dicebant, erat instructa ac munita.

ἔλεος ἐλέοις ὅδ' ἔρχεται
τῶν θανουμένων ὕπερ
στρατηλατᾶν Ἑλλάδος ποτ' ὄντων.

ἀντιστροφὴ ά.

βεβακε γὰρ βέβακεν, οἴχεται τέκνων
πρόπασα γέννα Πέλοπος ὅ τ' ἐπὶ μακαρίοις
ζηλωτὸς ὤν ποτ' οἶκος·
φθόνος νιν εἷλε θεόθεν, ἅ τε δυςμενὴς
φοινία ψῆφος ἐν πολίταις.
ἰὼ ἰώ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων
ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ', ὡς παρ' ἐλπίδας

V. 968. ἐλέοις Klotz. ἔλεος libri. ὁ(mut. in ω)δ' F.
ὧν
V. 970. στρατηλατᾶν A. στρατηλατᾶν B. στρατηλατῶν ceteri.
V. 972. γέννα πέλοπος a manu sec. supra scriptum habet F.
V. 974. νιν add. ab alt. m. in B.
V. 975. φονία (φονεία BF.) libri. φοινία metricus cod. Kingiani. Dein metri explendi causa G. Hermannus scripsit ἐν κακοῖς πολίταις, quod non placuit Nauckio, cui versus 964. sanus non videtur.
V. 976. ἰὼ ἰώ libri. ἰώ, ὦ Hartungius, quod comprobavit Kirchhoffius.
V. 977. λεύσεθ' BFC. λεύσσεσθ' c. ἐλπίδα Aldus cum paucis recentioribus libris.
V. 979. ἑτέροις libri. ἕτερος Porsonus. V. ad v. 968.
V. 980. ἐν μακρῷ χρόνῳ c.

V. 968. ἔλεος ἐλέοις ὅδ' ἔρχεται] Sic scripsi de coniectura mea. Iam Kingius longam syllabam restitui voluit ἔλεός γ' scribens, quod idoneum non est. ἔλεος ἐλέοις ὅδ' ἔρχεται etiam ad ipsam sententiam aptissimum, quod iam aliud post superiora malum miseratione dignum nascitur. Nunc v. 979. Porsoni emendatione ἕτερος opus non est.

V 970. στρατηλατᾶν Ἑλλάδος ποτ' ὄντων] Speciose quidem Scholiastes: σύναπτε τὸ θανουμένων πρὸς τὸ στρατηλατῶν, οὐχ ὅτι Ὀρέστης ἢ Ἠλέκτρα, οἱ μέλλοντες ἀποθανεῖσθαι, στρατηλάται ἦσαν τῆς Ἑλλάδος, ἀλλ' ὅτι ἡ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τιμὴ αὐτῶν ἐστί. Sed tamen non vere. Nam totam gentem Pelopidarum ab Electra dici, in eo numero etiam Atridas, apparet in sequentibus versibus.

V. 971. βέβακεν γὰρ βέβακεν] Usitata ac paene solemnis haec vox est in conclamatione mortuorum. Alc. 392. βέβηκεν, οὐκέτ' ἔστιν Ἀδμήτου γυνή. cl. ib. 394. Suppl. 1147. βεβᾶσιν, οὐκέτ' εἰσί μοι, πάτερ, βεβᾶσιν. Herc. Fur. 768. βέβακ' ἄναξ ὁ κλεινός.

V. 973. ζηλωτὸς ὤν ποτ' οἶκος] Quod G. Hermannus ζαλωτὸς Dorice scripsit, id recte nemo imitatus est. Antique enim tragici poëtae, non Dorice loqui voluerunt in melicis carminibus; id quod ipse vir sum-

μοῖρα βαίνει.
ἕτερα δ' ἑτέροις ἀμείβεται
πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ· 980
βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών.

στροφὴ β'.

μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ
μέσον χθονός τε τεταμέναν αἰωρήμασι
πέτραν ἀλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν
δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου,
ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω
γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ, 985

V. 981. Eustathius ad Il. p. 1266, 41. θνητῶν B. δὲ πᾶς c.

V. 982—985. habet Scholiastes Pindari ad Olymp. I. v. 97. Ceterum G. Hermannus qui sequuntur versus ad metra ἀνομοιόστροφα, quae ex systematis quibusdam vel versibus modo similibus, modo dissimilibus composita essent, revocavit, cuius descriptionem sequutus sum. Vide eius Elementa doctr. metr. p. 749 sq.

V. 983. μέσον χθονὸς τετ. A[E]F[C]. μέσον καὶ χθονός τετ. c. μέσον καὶ Scholiastes Pindari, non Eustathius ad Odyss. p. 1700, 21 et 56. μέσον χθονός τε τεταμέναν G. Hermannus. Dein αἰωρήμασι spurium videtur Nauckio.

V. 984. ἀλύσαισι B. χρυσέοισι F. conf. Etym. Magn. p. 72. Mox δίνε(αι man. sec.)σι A. et θρήνοις F.

V. 985. πατρὶ γέροντι recentiores.

mus recte alias vidit. Neque enim in Sophoclis Antigona v. 349. ἀνεμόεν pro ἠνεμόεν nec v. 356. μαχανόεν pro μηχανόεν scribi voluit, ut quod aliis in locis recte iudicavit forte fortuna hic neglexisse videatur. Vide quae scripsi in adn. crit. ad Alc. 129. p. 44. ed. Goth. alt.

V. 974. φθόνος νιν εἶλε θεόθεν] De φθόνῳ θεῶν conf. Aeschyli Agamemn. v. 913. καὶ τοῖσδέ μ' ἐμβαίνονθ' ἁλουργέσιν θεῶν Μή τις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος. et vide quae scripsimus ego ad Alc. 1135. p. 138 sq. ed. Goth. alt. Blomfield. ad Aeschyli Pers. 368.

V. 981. βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών] Eustathius ad Il. p. 1266, 41. ἐκεῖθεν δὲ καὶ Εὐριπίδης μεταλαβὼν ἔφη τὸ βροτῶν ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών, ἤγουν ὧδε καὶ ἐκεῖ ῥέπων καὶ μὴ μένων ὡς ἐν ἰσότητι σταθμοῦ.

V. 982 sqq. "Quod supra v. 6. vocaverat πέτρον, quum hic vocat οὐρανοῦ καὶ μέσον χθονὸς τεταμέναν αἰωρήμασι πέτραν, satis sibi constat [v. quae supra dicta sunt ad v. 6. p. 29 sq.]. Sed quum addit: ἀλύσεσι χρυσέαις φερομέναν δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου, puros mythologiae fontes philosophia corrumpere videtur. Scholiastae enim quum Nostri ad hunc locum tum Apollonii Rhodii I. 498. tradunt, Anaxagoram μύδρον sive λίθον διάπυρον dixisse solem, quam sententiam memo-

ὃς ἔτεκεν ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων,
οἳ κατεῖδον ἅτας,

στροφὴ γ'.

ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων
τεθριπποβάμονι στόλῳ Πέλοψ ὅτε
πελάγεσι διεδίφρευσε, Μυρτίλου φόνον
δικὼν ἐς οἶδμα πόντου,
λευκοκύμοσιν
πρὸς Γεραιστίαις
ποντίων σάλων

V. 986. ἔτεκε semel C. γεννέτορας F.
V. 988. τὸ πτανὸν libri. ποτανὸν Porsonus.
V. 989 τεθριπποβάμωνι A. citat Hesychius t. II. p. 1357. ὁπότε e corr. c.
V. 990. πελάγεσσι A. διεδίφρευε F.
V. 991. δικῶν A. ἐπ' οἴδμα c. θαλάσσης (πόντου prim. man.) B, ut glossema manifesto deprehendatur.
V. 992. λευκοκύμασι ABF[C]. λευκοκύμοσι Ec.

rat Xenophon Mem. IV. 7. 7. Scholiastes Pindari ad Olymp. I. 97. ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. Τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον γενόμενον, καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον, ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν· ὥστε καὶ ἐπηωρῆσθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον, ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοί φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος. καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον. Deinde citat utrumque de Oreste locum. Quod ad βῶλον attinet, quum χρυσέαν βῶλον solem vocasse testetur Euripidem Scholiastes Apollonii, idque ex Phaëthonte diserte citet Diogenes Laertius II. 10., maxima cum verisimilitudine legunt viri docti apud Strabonem I. p. 58. C. (33.) Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει. Vide Valckenaer. Diatrib. p. 30, 31." PORSONUS.

V. 988. *ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων κτέ.*] i. e. tum quum alatum equorum impetum quadrigario curriculo Pelops per maria aurigavit, Myrtili cadaver in aestum ponti abiiciens, ad Geraestia albicantibus undis marinorum fluctuum littora curru vectus. Haec ad verbum expressi, quoniam lexicographi Graeci alter ab altero mutuatus prorsus mirabilia de verbo διαδιφρεύειν commenti sunt. ποτανὸν autem δίωγμα πώλων, alatus equorum impetus dicitur, quod ipsi equi, quos a Neptuno acceperat Pelops, aligeri erant, eodem prorsus modo quo Cicero Tusc. Disp. II, 8, 20. biformatum impetum Centauri dixit. Reliqua sic persequutus est Scholiastes: Οἰνόμαος προέθηκε τῆς Ἱπποδαμείας τῆς

ἠόσιν ἁρματεύσας.

στροφὴ δ'.

ὅθεν δόμοισι τοῖς ἐμοῖς
ἦλθ' ἀρὰ πολύστονος,
λόχευμα ποιμνίοισι Μαιάδος τόκου
τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὁπότ'
ἐγένετο τέρας ὁλοὸν ὁλοὸν
Ἀτρέος ἱπποβότα·

στροφὴ ε'.

ὅθεν Ἔρις τό τε πτερωτὸν

V. 994. ἠΐόσιν ABF. ἀιόσιν c. ἠόσιν C. citat Hesychius t. I. p. 1615.

V. 997. τόκου add. man. pr. in B. conf. Eustath. ad Dionys. perieg. 229.

V. 998. χρυσόμαλον B.

V. 999. ὄλοὸν semel AFcC. bis B.

V. 1000. ἀτρέως (ἀτρεους F) libri. Ἀτρέος Porsonus. ἱπποβάτα FC. ἱπποβώτα Dindorfius, Nauckius.

V. 1001. τό τε πτερωτὸν (γρ. τὸ τέτρωρον) A. τό τε πτερωτὸν c. τὸ πτερωτὸν B[C].

αὐτοῦ θυγατρὸς γάμον τῷ κατὰ τὴν ἱππικὴν αὐτὸν νικῆσαι δυνησομένῳ. ἰδοῦσα δὲ τὸν Πέλοπα ἡ Ἱπποδάμεια ἠγάπησε καὶ μελλόντων ἀγωνίζεσθαι Πέλοπος καὶ Οἰνομάου, ὁ Μυρτίλος, ὃς ἦν ἡνίοχος τοῦ Οἰνομάου, ἐξ ὑποθήκης Ἱπποδαμείας ἐξέβαλεν ἀπὸ τῶν τροχῶν τοῦ τεθρίππου τοὺς σεσηρότας δεσμοὺς καὶ οὕτως ἡττήθη ὁ Οἰνόμαος. εἶτα συναπῆρε μετὰ τοῦ Πέλοπος ἡ Ἱπποδάμεια καὶ ὁ Μυρτίλος οὗτος διαβληθεὶς παρὰ τῆς Ἱπποδαμείας ὡς ἐρῶν αὐτῆς ἢ δεδιότος τοῦ Πέλοπος, μὴ καὶ αὐτὸν τὰ ὅμοια δράσῃ τῷ πενθερῷ ἢ μὴ ἐξείπῃ, ὡς αὐτὸς αὐτῷ αἴτιος τῆς νίκης ἐγένετο, συνελαύνων Πέλοπι παρὰ αἰγιαλοῖς ἐῤῥίφη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν πλησίον Γεραιστοῦ ἀκρωτηρίου Εὐβοίας, καὶ ἀποπνιγόμενος ηὔξατο Ἑρμῇ τῷ αὐτοῦ πατρὶ ἔριν ἐμβαλεῖν τῷ γένει Πέλοπος, ἥτις ἐγένετο ὕστερον Ἀτρεῖ καὶ Θυέστῃ περὶ τῆς ἀρχῆς. ἡ δὲ ἱστορία πᾶσα δεδηλωται πρόσθεν ἐν τῷ χορῷ τῷ ὁ μέγας ὄλβος (v. 807 sqq.).

V. 995. ὅθεν] Inde etiam ducit malorum originem Sophocles Electr. 495 sq., ubi E. Wunderus nostri loci non immemor est p. 54. ed. Goth. sec.

V. 997—1000. haec uno tenore pronuntianda sunt nec verborum collocatio ullo modo mutanda est. Hoc dicitur: tum quum partus auctore Maiae filio (eodem nomine matris Μαιάδος τόκος Mercurius dicitur Helen. 243. et Μαιάδος γόνος ib. 1670.) inter pecudes factus, agni aurata pelle natum est monstrum pestiferum pestiferum Atrei pastoris equorum. De rixa ex auctoritate eius agni nata vide supra v. 812 sq. et quae ad illum locum adnotata sunt.

ἁλίου μετέβαλεν ἅρμα,
τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον
οὐρανοῦ προσαρμόσασα
μονόπωλον ἐς Ἀῶ,

στροφὴ ζ'.

ἑπταπόρου τε δραμήματα Πλειάδος
εἰς ὁδὸν ἄλλαν Ζεὺς μεταβάλλει,
τῶνδέ τ' ἀμείβει θανάτους θανάτων
τά τ' ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου
λέκτρα τε Κρήσσας Ἀερόπας δολί-
ας δολίοισι γάμοις· τὰ πανύστατα δ'

V. 1002. *ἀελίου* ABFc. *ἠελίου C. ἁλίου* Porsonus.

V. 1003. *πρὸς ἑσπέραν* [AB]E[F]. Sic etiam Ioann. Philoponus ad Aristot. meteorol. l. p. 100. *πρὸς ἕσπερον* c*C*. Huc spectare videntur etiam Photius p. 20. *ἕσπερον κέλευθον· ἑσπέριον, ἐπὶ δυσμὰς ὁδόν.* et Hesychius t. I. p. 1464. *ἕσπερον κέλευθον· τὴν ἑσπέραν ὁδόν,* quibus locis collatis non male Kirchhoffius hoc vidisse videtur, *τὰν πρὸς* in eis libris non fuisse, quibus olim glossatores essent usi.

V. 1004. *προσαρμόσασ(α* deletum rescripsit altera manus) B. *προσαρμόσας* ceteri. Deinde conf. Hesychius t. I. p. 1454. *ἐς ἀῶ· εἰς μίαν ἡμέραν.*

V. 1005. *δραμήματα πλειάδος* A. *δρόμημα πελειάδος* [B] et

V. 1004. *μονόπωλον ἐς Ἀῶ*] Aurora etsi duobus equis, Lampo et Phaëthonte, vehitur apud Homerum Odyss. XXIII. 246., tamen a posterioribus scriptoribus aliquotiens uno equo Pegaso vehi dicitur, conf. Scholiasten Homeri ad Il. VI. 155. Tzetzen ad Lycophr. 17. Eustathium ad Il. p. 826, 27. Nam ineptam esse eorum Scholiastarum opinionem, qui *μονόπωλον ἐς Ἀῶ* interpretati sunt *εἰς μίαν ἡμέραν,* vix est quod verbo commemorem.

V. 1005. *ἑπταπόρου τε δραμήματα Πλειάδος*] Sic reposui e Cod. A. Quanquam *δρόμημα Πελειάδος* ipsis litteris Eustathius agnoscit, videtur tamen esse correctio metrica. De forma *δράμημα* recte iudicavit post Lobeckium ad Phrynich. p. 619. Fr. Ellendtius in Lexico Sophocl. vol. I. p. 447. *ἑπτάπορος* usitata Vergiliarum appellatio, Homer. hymn. in Mart. 7. Iphig. Aul. 7 sq. Rhes. 518 sq.

V. 1007. *τῶνδέ τ' ἀμείβει θανάτους θανάτων κτέ.*] Quod A. Matthiae *ἀμείβει* ad Iovem referens contortam verborum interpretationem protulerat, recte G. Hermannus nominativos esse dixit *δεῖπνα* et *λέκτρα,* quae Atridarum *θανάτους θανάτων ἀμείβειν* dicerentur. Tirones observent hoc quoque loco silvam rerum per *τὲ — τὲ* particulas significatam, vide quae supra dixi ad v. 704.

εἰς ἐμὲ καὶ γενέταν ἐμὸν ἦλυθε
δόμων πολυπόνοις ἀνάγκαις.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδε σὸς σύγγονος ἕρπει
ψήφῳ θανάτου κατακυρωθείς,
ὅ τε πιστότατος πάντων Πυλάδης,
ἰσάδελφος ἀνήρ, 1015
ἰθύνων νοσερὸν κῶλον Ὀρέστου,
ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἰ 'γώ· πρὸ τύμβου γάρ σ' ὁρῶσ' ἀναστένω,
ἀδελφέ, καὶ πάροιθε νερτέρου πυρᾶς.

Eustathius ad Odyss. p. 1713, 7. *δρόμημα πλειάδος* FcC et Ioann. Philoponus ad Aristot. meteorol. I. 1. p. 203. ed. Idel.

V. 1006. *ἄλλαν* [BFc]. *ἄλλην* AEC.

V. 1009. *κρήσσης* B.

V. 1010. *γενέταν* [B]c. *γενέτην* AFC. *ἦλθε* B.

V. 1012. *σὺν πολυπόνοις* C.

V. 1013. *ὧδε* ABF. *σὸς* om. recentiores multi libri.

V. 1014. *κατακυρωθείς· κατακριθείς* Hesychius t. II. p. 172.

V. 1016. *ἰθύνων* ex glossemate natum, quum alii voci substitutum esset, Kirchhoffius existimat, *ἰθυνῶν* scribendum suspicatur Nauckius. *ὀρέστου* ab altera manu additum habet F et id P. Elmsleio et G. Hermanno suppositicium esse visum est.

V. 1019. *νερτέρου* ABEFc. *νερτέρας* C. *νερτέρων* Aldus et pauci recentiorum.

et rursus ad v. 867. et ad Androm. 79. p. 33. ed. Goth. alt.

V. 1008. *τά τ' ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου*] i. e. dapes Thyestae ab eius nomine appellatae et eius nomine notae, de quibus vide supra v. 15. et quae eo loco dicta sunt p. 32. et rursus v. 814 sq.

V. 1009. *Ἀερόπας δολίας δολίοισι γάμοις*] De adulterio Aeropae vide quae adnotavi ad v. 14. p. 31.

V. 1015. *ἰσάδελφος ἀνήρ*] Vide supra v. 882.

V. 1016. *ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος*] i. e. pedi ope indigenti (vide supra v. 791. et 795.) subserviens socius. De *παρασείρω*, equo funario, qui etiam *σειραφόρος πῶλος* (Iphig. Aul. 222. cl. Aeschyli Agam. 1611. ed. Herm.) dicitur et iumento iugo iuncto (*τῷ ζυγίῳ πώλῳ*) opponitur, translate autem pro socio atque amico fidelem operam alteri navante est, conferas Blomfield. ad Aeschyli Agam. 815. p. 221. ed. Lips., interpretes ad Sophoclis Antig. 140. et ad eiusd. Electr. 722.

V. 1019. *πάροιθε νερτέρου πυρᾶς*] De forma adiectivi vide Phoen. 1024. *νερτέρων* hoc quidem loco librorum auctoritate caret.

οἰ᾽γὼ μάλ᾽ αὖθις· ὡς σ᾽ ἰδοῦσ᾽ ἐν ὄμμασι 1020
πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν.

ΧΟΡΟΣ.

οὐ σίγ᾽ ἀφεῖσα τοὺς γυναικείους γόους
στέρξεις τὰ κρανθέντ᾽; οἰκτρὰ μὲν τάδ᾽, ἀλλ᾽ ὅμως
φέρειν σ᾽ ἀνάγκη τὰς παρεστώσας τύχας.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ πῶς σιωπῶ; φέγγος εἰσορᾶν θεοῦ 1025
τόδ᾽ οὐκέθ᾽ ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σὺ μή μ᾽ ἀπόκτειν᾽· ἅλις ἀπ᾽ Ἀργείας χερὸς

V. 1020. ὡς σ᾽ ἰδοῦσ᾽ ἐν ὄμμασι Porsonus. ὡς ἰδοῦσα σ᾽ ἐν ὄμμασι (γρ. ὡσ ἰδοῦσασ ὄμμασι) A. ὡς ἰδοῦσά σ᾽ ἐν ὄμμασι cC. ὡς ἰδοῦσα σ᾽ ὄμμασι B. ὡς ἰδοῦσ᾽ ἐν ὄμμασι EF.

V. 1022. οὐ σίγ᾽ AB. οὐ σῦγ᾽ (σί supra scripto ab alt. m.) F. λόγους (γρ. γόους) A. λόγους BEFcC.

V. 1023. κραθέντ᾽ BFC.

V. 1024. conf. Menandri monod. 280. 470. φέρειν σ᾽ ἀν. Aldus cum parte codicum. De ABFcC. dubitari potest. Kirchhoffio versus suspectus videtur.

V. 1025 sq. Nauckius sic scribendum esse suspicatur: φέγ-

V. 1020. ὡς σ᾽ ἰδοῦσ᾽ ἐν ὄμμασι πανυστάτην πρόσοψιν] Quamquam accusativus πανυστάτην πρόσοψιν pertinet ad verbum ἰδοῦσα, id quod recte exposuit Rost gr. Gr. §. 104. 4. c. p. 502. huius ipsius loci non immemor, tamen si speciem orationis ipsam spectamus, non male existimabimus, si censemus Euripidem hoc schemate orationis fortasse non usurum fuisse, nisi ἐν ὄμμασι praecessisset, quo illa ipsa dictio non minimum adiuvatur. De formula ἰδεῖν ἐν ὄμμασι recte Porsonus comparavit Homeri Il. I. 587. Theocriti idyll. IV. 7. Hippol. 1279.

V. 1024. φέρειν σ᾽ ἀναγκη] Pronomen σ᾽, de quo auctoritas meliorum librorum non satis explorata est, omiserunt Kirchhoffius et Nauckius. Contra tuetur, iure, opinor, G. Hermannus: 'Aptius videtur' inquit 'servari, quoniam de sola Electra loquitur Orestes, ipse paratus ad ferendam inevitabilem sortem'.

V. 1027. σὺ μή μ᾽ ἀπόκτειν᾽] Quod ἀποκτείνειν de eis dicitur hominibus, qui alteri usque ad necem molesti sunt, hac quasi asperitate et acerbitate orationis Orestes uti poterat. De usu verbi vide Hippol. 1061. οἴμοι· τὸ σεμνὸν ὡς μ᾽ ἀποκτείνει τὸ σόν. Antiphanem apud Athen. X. p. 449. B. Ἡράκλεις, ἀποκτενεῖς Ἀρά μ᾽, εἰ μὴ γνωρίμως μοι πάνυ φράσεις κρεῶν χύτραν. Achillem Tat. I. p. 27. ἀποκτείνεις,

τέθνηχ' ὁ τλήμων· τὰ δὲ παρόντ' ἔα κακά.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ μέλεος ἦβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου
θανάτου τ' ἀώρου. ζῆν ἐχρῆν σ', ὅτ' οὐκέτ' εἶ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μὴ πρὸς θεῶν μοι περιβάλῃς ἀνανδρίαν,
εἰς δάκρυα πορθμεύουσ' ὑπόμνησιν κακῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

θανούμεθ'· οὐχ οἷόν τε μὴ στένειν κακά.
πᾶσιν γὰρ οἰκτρὸν ἡ φίλη ψυχὴ βροτοῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τόδ' ἦμαρ ἡμῖν κύριον· δεῖ δ' ἢ βρόχους

γος εἰ θεοῦ τόδε Οὐκ ἔστ' ἔθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις ὁρᾶν.

V. 1026. *μετόν* Musgravius.

V. 1027. *μὴ σύμ'* C. *ἀπ'* ABcC, fortasse etiam F, quamquam inde nihil enotavit Kirchhoffius ad *ὑπ'*, quod recentiores habent.

V. 1030. *ζῆν σ' ἐχρῆν ὅτ'* F. *οὐκέτι* c, idque pro varia lectione est in A. (*γρ. οὐκέτι*).

V. 1031. *μου* A. *μή* F. *περιβάλεις* B. *περιβαλεῖς* F. *ἀνανδρία* AF.

V. 1032. *ὑπομνήσει* Musgravius.

V. 1034. Stobaeus flor. CXIX. 3. t. III. p. 398.

εἶπον, σιωπῶν· τί σε λυπεῖ; Plane respondet Latinorum enecare, conf. Plauti merc. II. 4. 25. (492.) Terentii And. IV. 1. 36. et vide Valckenarium ad Hippol. l. c. p. 305. ed. Lips. Mox *ἀπ' Ἀργείας χερός* interpretatur Scholiastes: *ὑπὸ τῆς τῶν Ἀργείων δυναστείας*. G. Hermannus ad *χειροτόνησιν* rettulit. Conf. Aeschyli Suppl. 605. *τοιαῦτ' ἀκούων χερσὶν Ἀργείοις λεὼς Ἔκραν' ἄνευ κλητῆρος ὡς εἶναι τάδε.*

V. 1032. *ὑπόμνησιν*] Quod nuper de Musgravii coniectura scripsit A. Nauckius *ὑπομνήσει*, minime probandum est. Vim adverbialem habet accusativus *ὑπόμνησιν* et est fere idem quod nostrum in vel zur Erinnerung etc., veluti *πρόφασιν* et alia id genus multa dicuntur, v. Rost. gr. Gr. §. 86. p. 320. et rursus §. 104. 9. p. 507. Minime vero cum *πορθμεύουσα* coniungendum est *ὑπόμνησιν*, ad id potius *με* supplendum ex antecedentibus. Id recte vidit Scholiastes explicans: *τουτέστι διὰ τὴν ὑπόμνησιν τῶν κακῶν εἰσάγουσά με εἰς δάκρυα.*

V. 1034. *πᾶσιν γὰρ οἰκτρὸν ἡ φίλη ψυχὴ βροτοῖς*] Magis significat Electra quid sibi velit quam pronuntiat. Condicio enim qua haec dicantur ex ipsa re perspicua est. Scholiastes: *Οὐκ ἐκράτησε τοῦ διανοήματος· θέλει γὰρ εἰπεῖν, ὅτι πᾶς ἀποθνήσκων οἰκτίζεται τὴν αὐτοῦ ψυχήν.*

ἅπτειν κρεμαστοὺς ἢ ξίφος θήγειν χερί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σύ νύν μ', ἀδελφέ, μή τις Ἀργείων κτάνῃ
ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄλις τὸ μητρὸς αἷμ' ἔχω· σὲ δ' οὐ κτενῶ,
ἀλλ' αὐτόχειρι θνῃσχ' ὅτῳ βούλει τρόπῳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔσται τάδ'· οὐδὲν σοῦ ξίφους λελείψομαι·
ἀλλ' ἀμφιθεῖναι σῇ δέρῃ θέλω χέρας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τέρπου κενὴν ὄνησιν, εἰ τερπνὸν τόδε
θανάτου πέλας βεβῶσι, περιβαλεῖν χέρας.

V. 1036. ξίφος θήγειν χερὶ A. χερὶ ξίφος θήγειν c.
V. 1037. κτείνῃ F.
V. 1038. γόνον (γρ. δόμον οὕτως καὶ ἐν τοῖς ἀρίστοις καλλιστρα) A. γόνον (γρ. δόμον) B. γόνον ceteri. Scholiastes: γράφεται καὶ δόμον. οὕτω γὰρ καὶ Καλλίστρατός φησιν Ἀριστοφάνη γράφειν.
V. 1039. ἐγὼ δέ σ' οὐ recentiores. κτανῶ ABFcC.
V. 1040. αὐτόχειρ c. αὐτόχειρ B.
V. 1041. σοι F.
V. 1043. και(ε ab alt. man.)νήν F. τάδε' c.

V. 1037. *σύ νύν μ', ἀδελφέ, μή τις κτέ.*] Sententiam recte exposuit Scholiastes: *Σύ μου, φησίν, αὐτόχειρ γενοῦ, ἵνα μή τίς με τῶν Ἀργείων ἀνελὼν ὕβριν ταύτην προστρίψειε τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἢ οὕτως, ἵνα μή τις ἐνυβρίσῃ σε τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον.* Utitur autem Electra illa forma orationis, de qua supra diximus ad v. 644. per quendam charientismum, ut rem intelligi ex altero membro malit quam eam aperte ipsam eloqui, veluti Theognis v. 541 sq. *Λειμαίνω, μὴ τήνδε πόλιν, Πολυπαΐδη, ὕβρις, Ἥπερ Κενταύρους ὠμοφάγους ὄλεσεν.* Verba autem *ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον* ita per duplicem accusativum dicuntur, ut dicimus *ποιεῖσθαί τινα ὕβρισμα.* Nam *ὕβρισμα θέμενος* denique hic nihil aliud est nisi *ὕβρισμα ποιησάμενος* vel *ὑβρίσας*, et *τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον* Orestem significat, cui ignominiam Electra ait esse facturum, si quis se alius potius quam ipse frater interimat. Id qui non intellexerunt grammatici, *δόμον* potius quam *γόνον* scribi voluerunt. Inutilis etiam G. Hermanni ratio est, qui *τὴν Ἀγ. γόνον* scripsit referens id ad Electram, qua debilis ac paene inanis nascitur sententia.

V. 1039. *ἄλις τὸ μητρὸς αἷμ' ἔχω*] Conf. Iphig. Taur. 983. *ἄλις τὸ κείνης αἷμα.* De accusativo cum *ἄλις ἔχω* iuncto conf. Medeam 1107. *καὶ δὴ γὰρ ἄλις βίοτόν θ' εὑρον σῶμά τ' ἐς ἥβην ἥλυθε τέκνων.*

V. 1040. *αὐτόχειρι — τρόπῳ*] Haec recte coniunxerunt

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλτατ', ὦ ποθεινὸν ἥδιστόν τ' ἔχων
τῆς σῆς ἀδελφῆς ὄνομα καὶ ψυχὴν μίαν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔκ τοί με τήξεις· καί σ' ἀμείψασθαι θέλω
φιλότητι χειρῶν. τί γὰρ ἔτ' αἰδοῦμαι τάλας;
ὦ στέρν' ἀδελφῆς, ὦ φίλον πρόσπτυγμ' ἐμόν,
τάδ' ἀντὶ παίδων καὶ γαμηλίου λέχους
προσφθέγματ' ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις πάρα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φεῦ.
πῶς ἂν ξίφος νὼ ταὐτόν, εἰ θέμις, κτάνοι
καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα;

V. 1048. χερῶν ABF. χειρῶν e et fortasse C. Post hunc versum Kirchhoffius duos deesse versus propter stichomythiae rationem ratus est.

V. 1049. φίλτατον F. πρόπτυγμ' A. ἐμοὶ suspicatur Nauckius.

V. 1051. προσ(ϑ add. man. sec.)φέγματ' A. ἄρα (π add. ab alt. man.) A. ἄρα (mutatum in πάρα a pr. man.) B. πάρα ceteri. ἀμφοῖν Lobeckius ad Soph. Ai. 611. (610. ed. alt.). Versum spurium habent Kirchhoffius et Nauckius.

V. 1052. νῶϊν F.

V. 1053. δέξει' ἐν κέδρου τεχνάσμασιν F.

novissimi interpretes. Sic dicitur ἑκουσίῳ τρόπῳ in Med. 751. ποιητῷ τρόπῳ in Helen. 1547. tum αὐτόχειρι σφαγῇ supra 947. ἐπ' αὐτόχειρα σφαγὰν Phoen. 335. αὐτόχειρι μοίρᾳ Med. 1281. Nec quidquam duri inesse video in αὐτόχειρι τρόπῳ ae, si quid est, mollitur oratio interpositis verbis ϑνῄσχ' ὅτῳ βούλει.

V. 1045. ἥδιστόν τ' ἔχων τῆς σῆς ἀδελφῆς ὄνομα] o tu qui expetendum et carissimum, quo tua soror gaudet, nomen habes et unam animam (mecum).

V. 1050. τάδ' ἀντὶ παίδων καὶ γαμηλίου λέχους] Similem vocem lamentationis Electra emiserat supra v. 206 sq. ἄγαμος, ἀπὶ δ' ἄτεκνος ἄτε βίοτον ἀ μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον. similiterque Antigona apud Sophoclem lamentatur v. 880 sqq. καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβών, Ἀλκτῆρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου Μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς. Id quod propterea commemoro ut intelligatur naturae potius convenienter quam nimium pudenter suas personas tragicos poëtas loqui voluisse.

V. 1051. ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις πάρα] i. e. haec habent inter se miseri. Non erat ulla causa cur de his verbis turbas moverent critici.

V. 1053. καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα] Recte vidit Porsonus pluralem numerum τεχνάσματα non esse sollicitandum, sed illud tamen debebat significare eo ipso numero amplificari notionem et

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥδιστ' ἂν εἴη ταῦθ' · ὁρᾷς δὲ δὴ φίλων
ὡς ἐσπανίσμεθ', ὥστε κοινωνεῖν τάφου.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐδ' εἶφ' ὑπὲρ σοῦ μὴ θανεῖν σπουδὴν ἔχων
Μενέλαος ὁ κακός, ὁ προδότης τοὐμοῦ πατρός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδ' ὅμμ' ἔδειξεν, ἀλλ' ἐπὶ σκήπτροις ἔχων
τὴν ἐλπίδ' εὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους.
ἀλλ' εἴ' ὅπως γενναῖα κἈγαμέμνονος
δράσαντε κατθανούμεθ' ἀξιώτατα.
κἀγὼ μὲν εὐγένειαν ἀποδείξω πόλει
παίσας πρὸς ἧπαρ φασγάνῳ· σὲ δ' αὖ χρεὼν
ὅμοια πράσσειν τοῖς ἐμοῖς τολμήμασι.
Πυλάδη, σὺ δ' ἡμῖν τοῦ φόνου γενοῦ βραβεύς,
καὶ κατθανόντοιν εὖ περίστειλον δέμας

V. 1054. δὴ om. F.

V. 1056. 57. unius libri et recentissimi quidem auctoritate Oresti tribuebantur, Electrae esse, cui in bonis libris [AB] tribuuntur, vidit G. Hermannus aliique. μὴ θάνῃς suspicatur Nauckius.

V. 1057. μενέλεως F. ὁ om. F.

V. 1059. εὐλαβεῖτο [A]C. ηὐλαβεῖτο BF.

V. 1061. δράσαντες F. ὡς ἀξιώτατα c. ἀξιώτατα (γρ. [δεξιώτα: —) A.

V. 1062. ἀποδεῖξαι (ω supra scripto a manu sec.) A. ἀποδείξω ceteri. πόλει (γρ. πατρός) A. Mihi tamen ex his discrepantiis scripturae non id concludi posse videtur, ut Euripidem ἀποδεῖξαι θέλω vel quid simile scripsisse putemus. Altera enim varietas casu mihi facta videtur, ut ἀποδεῖξαι pro ἀποδείξω scri-

augustiorem videri, quod qui recte considerat singulis locis facile agnoscet. Comparavit autem Porsonus haec: τεχνήματα a Sophocle de uno poculo dictum Philoct. 36. νυμφεῖα de Antigona Antig. 568. προσφάγματα de una victima in Hec. 265. παιδεύματα de Hippolyto solo Hipp. 11. συγκοινήματα de Thetide Androm. 1274. νυμφευτήρια de Casandra Troad. 254. denique Ovidii Metam. XV. 163. Cognovi clipeum, laevae gestamina nostrae.

V. 1059. εὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους] τοῦ μὴ καὶ παρόντος καὶ ἀπόντος ὁ λόγος ὁμοίως σώζεται. SCHOLIASTES. Aliquanto tamen definitius hoc adiuncta negatione dicitur. V. Rost gr. Gr. §. 135. 6. suppl. b, a. p. 760. ed. sept.

V. 1061. [δράσαντε] Non sine idonea causa et hic et infra

θάψον τε κοινῇ πρὸς πατρὸς τύμβον φέρων.
καὶ χαῖρ' · ἐπ' ἔργον δ', ὡς ὁρᾷς, πορεύομαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐπίσχες. ἦν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω,
εἰ ζῆν με χρῄζειν σοῦ θανόντος ἤλπισας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί γὰρ προσῆκει κατθανεῖν σ' ἐμοῦ μέτα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἦρου; τί δὲ ζῆν σῆς ἑταιρίας ἄτερ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔκτανες σὴν μητέρ', ὡς ἐγὼ τάλας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σὺν σοί γε κοινῇ · ταὐτὰ καὶ πάσχειν με δεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀπόδος τὸ σῶμα πατρί, μὴ σύνθνησκέ μοι.
σοὶ μὲν γὰρ ἔστι πόλις, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστι δή,

beretur, altera a glossatoribus profecta, qui *εὐγένειαν* explicare vellent.

V. 1063. *δέ σ' αὖ* F.

V. 1064. *βουλεύμασι* B., ex glossemate quod est etiam cod. Gulferbytano adscriptum.

V. 1065. *πυιάδη* supra scriptum a manu sec. in F.

V. 1068. *χαῖρ'* in rasura est ab alt. manu in A. *δ'* om. F.

V. 1069. *πρῶτον C. ἔχειν* F.

V. 1071. *προσήκοι* F. *σ'* om. F. *εἰ'*

V. 1072. *ἦρου* A. *ζῆν με* F. *ἑταιρείας* F.

V. 1073. "an *ἐγὼ ὁ τάλας*?" KIRCHHOFFIUS.

V. 1074. *ταῦτα* libri antiqui. *ταὐτὰ* e recentioribus nonnullis repositum est. *δεῖ με* F.

V. 1076. *ἔσται* B. *δὴ* om. F.

v. 1066. *κατθανόντοιν* numerus dualis infertur, quo Orestes atque Electra quasi par unum coniuncti esse videantur. Vide Med. 816. *ἀλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι*; quod est Dein Kinderpaar. et rursus v. 969. *ἀλλ', ὦ τέκν', εἰσελθόντε πλουσίους δόμους κτέ.* Conf. quae dixi ad Alcest. 902. p. 118. ed. Goth. alt.

V. 1069. *ἦν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω*] Quod *μομφὴν ἔχειν* nihil denique est aliud nisi *μέμφεσθαι*, recte accusativus *ἦν* adiunctus legitur. Vide A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 420. adn. 4. p. 726. ed. alt. Rost gr. Gr. §. 104. 4. adn. 14. p. 502 sq.

V. 1075. *ἀπόδος τὸ σῶμα πατρὶ κτέ.*] Recte iam Scholiastes vidit Euripidem non satis sibi constare in eo, quod supra Pylades ipse dixerat v. 765: *Στρόφιος ἤλασέν μ' ἀπ'*

καὶ δῶμα πατρὸς καὶ μέγας πλούτου λιμήν.
γάμων δὲ τῆς μὲν δυσπότμου τῆσδ' ἐσφάλης,
ἣν σοι κατηγγύησ' ἑταιρίαν σέβων·
σὺ δ' ἄλλο λέκτρον παιδοποίησαι λαβών,
κῆδος δὲ τοὐμὸν καὶ σὸν οὐκέτ' ἔστι δή.
ἀλλ' ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς,
χαῖρ'· οὐ γὰρ ἡμῖν ἔστι τοῦτο, σοί γε μήν·
οἱ γὰρ θανόντες χαρμάτων τητώμεθα.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἦ πολὺ λέλειψαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.
μήθ' αἱμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,

V. 1077. καὶ λιμὴν πλούτου μέγας c.
V. 1078. γάμων [A]E[F]c. γάμον B.
V. 1079. ἑταιρείαν F.
V. 1081. κῆδός τε *C*. οὐκ ἔστι (δή in rasura ab altera manu) F. ἔσται B.
V. 1082. ὄμμ' B.
V. 1084. οὐ γὰρ c.
V. 1085. ἦπου (πόλυ man. sec.) A. ἦ που F[*C*]. ἦ πολὺ Bc.
V. 1086. 87. habet Scholiastes Pindari ad Ol. II, 135.
V. 1088. ἀπολείποιμι AFc. ἀπολίποιμι ceteri.
V. 1090. νῦν a manu sec. est in B.
V. 1091. με δεῖ B.

οἴκων φυγάδα θυμωθεὶς πατήρ. Sed quam Scholiastes attulit rationem, qua Euripidem defenderet, quod dixit fortasse Euripidem in mente habuisse reditum post mortem patris Pyladi fore, eam probare non possum. Si quid Euripides huius modi cogitavit, credo eum potius de exorando patre cogitavisse aut hoc voluisse, ut Pylades denegando se Orestis socium fuisse in necanda matre populares suos deleniret ac sibi reconciliaret.

V. 1077. καὶ μέγας πλούτου λιμήν] Aeschylus Pers. 249 ὦ Περσὶς αἶα καὶ πολὺς πλούτου λιμήν.

V. 1082. ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς] Vide supra v. 1046.

V. 1083. χαῖρ'· οὐ γὰρ ἡμῖν ἔστι τοῦτο] Commoto animo iam Orestes, dum Pyladem valere iubet laeto adloquio χαῖρε, desiderio hilarioris vitae ipse ducitur, itaque tristi quadam acerbitate ludit in verbo. Conf. Hecub. 426., ubi postquam dixerat Polyxena: χαῖρ' ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασάνδρα τέ μοι., respondet Hecuba: χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε. Phoen. 622. ubi postquam Polynices dixit: μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε., respondet Iocasta: χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον., ad quem locum vide quae a me adnotata sunt in ed. Goth. p. 112 sq.

V. 1087. μὴ λαμπρὸς αἰθήρ] De μὴ post μήτε illato conferas supra v. 46 sq. et vide quae diximus ego ad Devar. vol. II. p. 710 sq. Rost gr. Gr. §. 134. p. 731. ed. sept. — Mox dicitur εἴ σ' ἐγὼ προδοὺς ποτε ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπο-

μὴ λαμπρὸς αἰθήρ, εἴ σ' ἐγὼ προδοὺς ποτε
ἐλευθερώσας τοὔμὸν ἀπολείποιμι σέ.
καὶ ξυγκατέκτανον γάρ, οὐκ ἀρνήσομαι,
καὶ πάντ' ἐβούλευσ' ὧν σὺ νῦν τίνεις δίκας·
καὶ συνθανεῖν οὖν δεῖ με σοὶ καὶ τῇδ' ὁμοῦ.
ἐμὴν γὰρ αὐτήν, ἧς λέχος γ' ἐπήνεσα,
κρίνω δάμαρτα· τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε
τὴν Δελφίδ' ἐλθὼν Φωκέων ἀκρόπτολιν,
ὃς πρὶν μὲν ὑμᾶς δυστυχεῖν φίλος παρῆν,
νῦν δ' οὐκέτ' εἰμὶ δυστυχοῦντί σοι φίλος;
οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν κἀμοὶ μέλει.

V. 1092. *ἧς λέχος γ' ἐπήνεσα* ego ex libris quibusdam recentioribus recepi. *ἧς γε λέχος* Porsonus. libri *ἧς λέχος*, nisi quod recentiores quidam *γ'* post *λέχος* addunt. Hinc Kirchhoffius scribi voluit *ἧς ἐπήνεσας λέχος*, Nauckius *ἧς λέχος σύγ' ἤνεσας* vel *ἧς σὺ λέχος ἐφήμισας* temptavit. Vide quae dicta sunt in adnot. critica ad v. 1658.

V. 1093. *τί γὰρ ἐγὼ ἐρῶ καλόν ποτε* B. *τί γὰρ ἐρῶ κἀγὼ ποτε· C.*

V. 1094. *γῆν Δελφίδ'* libri praeter F., in quo est *τὴν Δελφίδ'*, quod recepi cum G. Hermanno et A. Nauckio. *ἀκρόπτολιν* [Bc]. *ἀκρόπολιν* AFC.

λείποιμι σέ, sic, ut pronomen *σέ*, si usitatam Graecorum consuetudinem dicendi spectamus, semel omitti recte potuerit. Neque enim solet ad participium adiungi, si copulatum est cum verbo finito, sed fecit id Euripides hoc loco propterea, ut repeteret pronomen *σὲ* post *ἀπολείποιμι*, quod verba *ἐλευθερώσας τοὔμόν* repetitum pronomen oppositionis causa desiderabant, ideoque eo ego loco *σὲ* pronomen *ὀρθοτονητέον* esse existimavi, quo magis oppositionis ratio exstaret.

V. 1089. *καὶ ξυγκατέκτανον γάρ — καὶ πάντ' ἐβούλευσ' — καὶ συνθανεῖν*] Non sine idonea causa poëta videtur ter repetita et in initio versus posita particula *καί* istud ostendere velle, ex una positione alterum necessario evenire, ut quasi e catenae serie nullum membrum divelli possit. Quod quo quisque accuratius particularum Graecarum vim cognoverit, eo facilius agnoscet.

V. 1093. *τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε*] Recte Scholiastes: *ἤγουν τίνα εὐπρόσωπον ἀπολογίαν δώσω;* G. Hermannus, qui haesitavit in verbo *καλὸν* eamque vocem corruptam esse existimavit, non cogitavit de verbo *καλλύνειν*, quod est rem non bonam speciosa simulatione tegere et honestam orationem habere in re inhonesta, vide Sophoclis Antig. 482. *μισῶ γε μέν τοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις Ἁλοὺς ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλει.*

V. 1094. *τὴν Δελφίδ' ἐλθὼν Φωκέων ἀκρόπτολιν*] Dicit commune Phocensium eon-

ἐπεὶ δὲ κατθανούμεθ', εἰς κοινοὺς λόγους
ἔλθωμεν, ὡς ἂν Μενέλεως ξυνδυστυχῇ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ φίλτατ', εἰ γὰρ τοῦτο κατθάνοιμ' ἰδών. 1100

ΠΥΛΑΔΗΣ.

πιθοῦ νυν, ἀνάμεινον δὲ φασγάνου τομάς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μενῶ, τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σίγα νυν· ὡς γυναιξὶ πιστεύω βραχύ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μηδὲν τρέσῃς τάσδ'· ὡς πάρειό' ἡμῖν φίλαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν. 1105

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς; τὸ γὰρ ἕτοιμον ἔστιν, εἰ γ' ἔσται καλῶς.

V. 1098. *εἰς* BF. *ἐς* [A]c.
V. 1099. *συνδυστυχῇ* A. *ξυνδυστυχῇ* [B]. *δυστυχῇ* F.
V. 1101. *πείθου C.* *νῦν* libri. *ἀμεινον* A.
V. 1102. *τι* om. c*C*.
V. 1104. *τρέσεις* F. *πάρεσ'* (*πάρεισι* man. alt.) A.
V. 1106. vix sanus Kirchhoffio videtur. Vide adn. exeget.

cilium Amphictyonum, cui se purgare Pylades debebat.

V. 1100. *ὦ φίλτατ', εἰ γάρ*] Conf. Cyclop. 437 sq. *ὦ φίλτατ', εἰ γὰρ τήνδ' ἴδοιμεν ἡμέραν Κύκλωπος ἐκφυγόντες ἀνόσιον κάρα.* De vera vi ac potestate harum particularum in optatione dixi ad Devarium vol. II. p. 243. Rost. gr. Gr. §. 119. 3. a. p. 601 sq. ed. sept.

V. 1103. *σίγα νυν*] *ὑφορᾶται τὰς τοῦ χοροῦ. ἐνόμιζε γὰρ αὐτὰς ἐχθρὰς εἶναι.* SCHOLIASTES.

V. 1106. *πῶς; τὸ γὰρ ἕτοιμον ἔστιν, εἰ γ' ἔσται καλῶς*] Iniuria dubitatum est de sententia horum verborum. Dicit Orestes: Quemadmodum (interficiamus)? propensus enim animus est, si quidem bono eventu erit, i. e. si modo prospere cedet. Id illi Glossatores recte viderunt, qui adscripserunt: *ἔσται· γενήσεται, ἀποβῇ. καλῶς γίγνεσθαι* saepe enim dicitur res, quae prospere succedit, ut in Xenophontis Disciplina Cyri VII, 5, 52. *εἰ δὲ ταῦτα καλῶς γένοιτο, εὖ ἤδη ἐδόκουν εἰδέναι, ὅτι πολλὴ ἔσοιτο ἀφθονία τῆς ἐμῆς καὶ τῆς σῆς συνουσίας.* cl. Sophoclis Trachin. 813. ac ne quis forte dubitet de eo, quod hoc loco *καλῶς ἔσται* dicitur, comparet Xenophontis Exped. Cyri VII. 3. 43. *καλῶς, ἄνδρες, ἔσται, ἐὰν*

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σφάξαντες. ἐν δόμοις δὲ κρύπτεται σέθεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μάλιστα· καὶ δὴ πάντ' ἀποσφραγίζεται.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐκέθ', Ἅιδην νυμφίον κεκτημένη.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ πῶς; ἔχει γὰρ βαρβάρους ὀπάονας. 1110

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τίνας; Φρυγῶν γὰρ οὐδέν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἵους ἐνόπτρων καὶ μύρων ἐπιστάτας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τρυφὰς γὰρ ἥκει δεῦρ' ἔχουσα Τρωϊκάς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςθ' Ἑλλὰς αὐτῇ σμικρὸν οἰκητήριον.

V. 1107. δόμοισι E. δὲ om. F.

V. 1108. Scholiastes: γράφεται καὶ ἀπασχαλίζεται, quae scriptura sine dubio ex glossemate nata est.

V. 1109. οὐκ οἶδεν Ἅιδην suspicatur Nauckius. Vide adnot. exeget.

V. 1112. Aelianus var. hist. VII, 25., ubi ὅσους legitur pro οἵους.

θεὸς θέλῃ. cl. IV. 3. 8. λέγει ὅτι ἐλπίδας ἔχει καλῶς ἔσεσθαι. Vide A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 309. c. adn. Rost gr. Gr. §. 100. 2. suppl. 2. p. 464. Ut mirer profecto G. Hermannum atque Kirchhoffium de loco facillimo ad intelligendum tanto opere dubitavisse.

V. 1108. καὶ δὴ πάντ' ἀποσφραγίζεται] "Menelaus et Helena hereditatem Orestis spe devorarant. Omnia igitur obsignabant. Quod si quis haec esse humiliora quam pro tragoediae dignitate obiiciat, meminerit ob hoc ipsum male audiisse Euripidem, quod ad res minutas et domesticas Melpomenen detruserit. Confer Aristoph. Ran. 1002—1019." PORSONUS. Vide supra v. 1058. Recte autem fecit, quod in Helenae mentione, non in Menelai, minutas has res commemorat; id quidem certe muliebri ingenio magis convenit, Menelai magis intererat imperium capessere. Poëta autem propter ipsum fabulae argumentum omni modo de Menelao et Helena detrahere debebat.

V. 1109. ἀλλ' οὐκέθ'] ἀποσφραγίσεται. Sic Scholiastes rectissime explicat. ἀποσφραγίζεται enim v. 1108. medialiter dicitur.

V. 1112. οἵους — ἐπιστάτας] De attractione vide Rost gr. Gr. §. 123. 6. p. 677.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐδὲν τὸ δοῦλον πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γένος. 1115

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ μὴν τόδ' ἔρξας δὶς θανεῖν οὐχ ἅζομαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μήν, σοί γε τιμωρούμενος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ πρᾶγμα δήλου καὶ πέραιν', ὅπως λέγεις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἴσιμεν ἐς οἴκους δῆθεν ὡς θανούμενοι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔχω τοσοῦτον, τἀπίλοιπα δ' οὐκ ἔχω. 1120

ΠΥΛΑΔΗΣ.

γόους πρὸς αὐτὴν θησόμεσθ' ἃ πάσχομεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςτ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδυθεν κεχαρμένην.

V. 1116. *οὐ χάζομαι* libri antiquiores et Scholiastes, recte Elmsleius e libris recentioribus restituit *οὐχ ἅζομαι*, vide ad Alcest. 336.

V. 1117. *σύ* (*οι* man. sec.) A.

V. 1119. *εἰς* F.

V. 1121. *γόοις* (corr. in *γόους* a pr. man. et supra script. *γόοις*) B. *θησόμεθ'* AFcC.

V. 1122. *ὥσθ' ἐκδακρῦσαί γ'* [A]. *ὥσθ' ἐκδακρύειν* B. *ὥσθ' ἐνδακρύσαί γ'* F. *ὥσθε δακρῦσαι γ'* C. *κεχαρμένη* Aldus e recen-

V. 1121. *γόους — θησόμεσθ' ἃ πάσχομεν*] Quoniam ut supra v. 1038. *ὕβρισμα θέσθαι* est *ὑβρίσαι* et v. 1069. *μομφὴν ἔχειν* est *μέμφεσθαι*, sic hoc loco *γόους θησόμεσθα* nihil aliud est nisi *γοησόμεθα*, hanc ob causam recte *ἃ πάσχομεν* adiungitur. Vide supra p. 148. et p. 151. De usu *πρὸς* praepositionis vide Pflugk. ad Helen. 1054. p 130 sq. ed. Goth. alt.

V. 1122. *ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην*] i. e. tanto opere nostras miserias lamentabimur, ut illa sese effundat in lacrimas, intus gaudio perfusa, quod est, ut ipsa sibi necesse esse putet lacrimas simulata misericordia fundere, quamquam intus rideat. G. Hermannus haec verba recte vertit, sed male explicavit, quod dixit esse: ut gaudeat, dissimulans gaudium lacrimis. Est enim potius: ut gaudium suum lacrimis dissimulare cogatur.

V. 1127. *σφᾶς ἄλλον ἄλ-*

ΠΥΛΑΔΗΣ.

καὶ νῷν παρέσται ταῦθ' ἅπερ κείνῃ τότε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔπειτ' ἀγῶνα πῶς ἀγωνιούμεθα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

κρύπτ' ἐν πέπλοισι τοισίδ' ξίφη ξέομεν. 1125

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πρόσθεν δ' ὀπαδῶν τίς ὄλεθρος γενήσεται;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐκκλήσομεν σφᾶς ἄλλον ἄλλοσε στέγης.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ τόν γε μὴ σιγῶντ' ἀποκτείνειν χρεών.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἶτ' αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον οἱ τείνειν χρεών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἑλένην φονεύειν· μανθάνω τὸ σύμβολον. 1130

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔγνως· ἄκουσον [δ'] ὡς καλῶς βουλεύομαι.

tioribus quibusdam.

V. 1123. *νῶϊν* ABFC. *νῶϊ* c.

V. 1125. *κρυπτά τ'* F. *τοισιδ'* om. F. *τοῖσδ' ἐφέξομεν C.*

V. 1126. *καὶ πρόσθε δ'* e recentioribus duobus libris Aldus.

V. 1127. *ἐκκλήισομεν* [A]. *ἐκκλήσομεν* c. *ἐκκλείσομεν* BFC. *ἄλλος ἄλλον ἐν στέγαις* B.

V. 1129. *ἦ* cum recentioribus Aldus. *οἱ* hoc loco anteferendum esse apparebit ex iis, quae disputavi ad Heracl. 19. p. 30 sq. ed. Goth. alt. *τίνειν* F.

V. 1131. *δ'* om. A. *βεβούλευμαι* F.

λοσε] De appositione, qua cum plurali singularis numerus coniungitur, vide infra v. 1475. Conf. Klotz ad Luciani Gall. 18. p. 54 sq. Rost gr. Gr. §. 100. 4. b. p. 471 sq. ed. sept.

V. 1128 sq. postquam oratio adsurrexit quodam modo iam v. 1124. adlitteratione illa: *ἔπειτ' ἀγῶνα πῶς ἀγωνιούμεθα;* iam hoc loco luxuriatur, ubi eorum conatus ad culmen pervenit, non solum adlitteratione, verum etiam iustis *ὁμοιοτελεύτοις*, quae necesse est agnoscere in verbis his: *καὶ τόν γε μὴ σιγῶντ' ἀποκτείνειν χρεών. Εἶτ' αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον οἱ τείνειν χρεών.* Nam qui interna alacritate animi atque incitatione agunt, etiam verbis ludere solent. Etenim illa repetitio earundem aut similium inter se vocum non solum suo loco molesta non est, sed saepe etiam prodest.

V. 1129. *αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον*] Vide Pflugk. ad Androm. 265. *τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ.* p. 51. ed. Goth.

εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν
ξίφος μεθεῖμεν, δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος·
νῦν δ' ὑπὲρ ἁπάσης Ἑλλάδος δώσει δίκην,
ὧν πατέρας ἔκτεινʼ, ὧν δ' ἀπώλεσεν τέκνα,
νύμφας τ' ἔθηκεν ὀρφανὰς ξυναόρων.
ὀλολυγμὸς ἔσται, πῦρ τ' ἀνάψουσιν θεοῖς,
σοὶ πολλὰ κἀμοὶ κέδν' ἀρώμενοι τυχεῖν,
κακῆς γυναικὸς οὕνεχ' αἱμ' ἐπράξαμεν.
ὁ μητροφόντης δ' οὐ καλεῖ ταύτην κτανών,
ἀλλ' ἀπολιπὼν τοῦτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον πεσεῖ,
Ἑλένης λεγόμενος τῆς πολυκτόνου φονεύς.
οὐ δεῖ ποτ', οὐ δεῖ Μενέλεων μὲν εὐτυχεῖν,
τὸν σὸν δὲ πατέρα καὶ σὲ κἀδελφὴν θανεῖν,
μητέρα τ', ἐὼ τοῦτ', οὐ γὰρ εὐπρεπὲς λέγειν,

V. 1132. γὰρ ab alt. manu supra script. F.
V. 1135. ἔκτανεν F. ὧν δ' AFcC. Schol. ὧν τ' [B].
V. 1138. κἀμοὶ om. F.
V. 1139. ἐπρά(ξα pr. m. corr.)αμεν B.
V. 1142. γενόμενος B.
V. 1144. κτανεῖν F.
V. 1145. quem libri habent et Scholiastae agnoscunt, omisit Nauckius, sine idonea causa.
V. 1146. δόμους δ' AFcC. δόμους τ' [B]. δόρυ suspectum Nauckio visum est.

V. 1133. μεθεῖμεν] De his formis contractis vide quae ego ad Med. 736. p. 80 sq. et G. Hermannus ad Phoen. 1209. p. 109. disputavimus.

V. 1137. ὀλολυγμὸς ἔσται] Quod G. Hermannus scripsit ὀλόλυγμα δ' ἔσται, quod asyndeton ὀλολυγμὸς ἔσται apud poëtas tragicos ferendum esse non putavit, id adeo falsum est, ut etiam supra v. 1131. optimi Cod. A. auctoritate δ' post ἄκουσον tollendum esse censeam. Quid enim? poëtae tragici in eius modi rebus non poterant loqui, ut omnes Graeci, qui, ubi res per se satis clara atque aperta est, eam verentur iuvare adminiculis, ne, dum augere volunt, infringant vim orationis? De ὀλολυγμῷ iam Scholiastes adsimulavit Homeri Il. VI. 301. αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.

V. 1140. ὁ μητροφόντης δ' οὐ καλεῖ] Articulus in eius modi locis praeponitur ita, ut quasi ipsorum hominum, a quibus quispiam aliquid audire dicitur, oratio repraesentetur, qui ita loquantur: ὁ μητροφόντης! aut in re bona ὁ εὐεργέτης! et quae sunt eius modi. Exempla habent Pflugkius ad Heraclid. 978. p. 130. ed. Goth. alt. et A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 268 p. 553. ed. sec. conf. etiam Rost gr. Gr. §. 98. 3. A. a. p. 428.

δόμους δ' ἔχειν σούς, δι' Ἀγαμέμνονος δόρυ
λαβόντα νύμφην· μὴ γὰρ οὖν ζῷην ἔτι,
ἢν μὴ 'π' ἐκείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν.
ἢν δ' οὖν τὸν Ἑλένης μὴ κατάσχωμεν φόνον,
πρήσαντες οἴκους τούσδε κατθανούμεθα.
ἑνὸς γὰρ οὐ σφαλέντες ἕξομεν κλέος,
καλῶς θανόντες ἢ καλῶς σεσωσμένοι.

ΧΟΡΟΣ.

πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ
ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἣ κατῄσχυνεν γένος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ φίλος σαφής,

V. 1148. *μὴ 'πίκείνῃ* B. *μὴ 'πὶ κείνῃ* Aldus. Dein *φάσγανον σπασόμεθα* om. *μέλαν* B. Hinc Kirchhoffius et Nauckius coniecerunt scribendum esse: *ἢν μὴ 'π' ἐκείνῃ φάσγανον σπασώμεθα*, quod ipsum in editione altera reposuit Nauckius. Vide adn. exeget.

V. 1149. *ἢν δ' αὖ* F.

V. 1151 sq. dubitat Nauckius num genuini sint.

V. 1154. *λέχος* B.

V. 1155. habet Libanius I. p. 9. 40. Doxopater t. II. p. 284. ed. Walz. conf. Menandri Dyscol. fr. II. 15. *σαφὴς φίλος* c. *σαφὴς* (*γρ. καὶ ἀληθής*) A.

V. 1141. *ἀπολιπὼν τοῦτ'*] i. e. *τὸ τὸν μητροφόντην καλεῖσθαι* vel *τὸ ὁ μητροφόντης*. Vide quae dixi de eo usu ad Phoen. 12. p. 16. ed. Goth.

V. 1145. *μητέρα τ', ἕως τοῦτ'*] *μητέρα τε εἰπών, μεταμελόμενος καὶ ἐπιδιορθῶν ἑαυτὸν ἐπάγει, ἕως τοῦτο· οὐ γὰρ εὐπρεπὲς ἦγουν εὐπρόσωπον λέγειν, τουτέστιν ὥστε λέγειν αὐτὸ ἐμέ.* SCHOLIASTES.

V. 1146. *δόμους δ' ἔχειν σούς*] Nescio qua re motus G. Hermannus hanc optimorum librorum scripturam, quae, si versum, qui antecedit, servamus, in qua sententia vir doctissimus ipse quoque fuit, paene necessaria est, defendi nullo modo posse dixerit. Nihil enim impedivit Euripidem, quo minus loco coniunctivae particulae *δὲ* particulam inferret, qua de re copiose disputavi ad Devarium vol. II. p. 361 sqq.

V. 1148. *φάσγανον σπάσω μέλαν*] *μέλαν* in his locis omnibus pertinet ad nudum ferrum ensis, quod propter nigri aeris colorem *μέλαν* dicitur, quum vagina esset auro ornata, ut *μέλαν ξίφος* videretur tum, quum e vagina educeretur aut eductum esset. Sic etiam infra v. 1473. et in Helena v. 1656. *ἀλλ' ἴσχε μὲν σῆς σύγγονον μέλαν ξίφος*. Est enim idem hoc loco quod nudum.

V. 1151 sq. *θατέρου εὐστο-*

οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννίς· ἀλόγιστον δέ τι
τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου.
σὺ γὰρ τά τ' εἰς Αἴγισθον ἐξεῦρες κακὰ
καὶ πλησίον παρῆσθα κινδύνων ἐμοί,
νῦν τ' αὖ δίδως μοι πολεμίων τιμωρίαν
κοὐκ ἐκποδὼν εἶ. παύσομαί σ' αἰνῶν, ἐπεὶ
βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστίν, αἰνεῖσθαι λίαν.
ἐγὼ δὲ πάντως ἐκπνέων ψυχὴν ἐμὴν
δράσας τι χρῄζω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανεῖν,
ἵν' ἀνταναλώσω μὲν οἵ με προὔδοσαν,
στένωσι δ' οἵπερ κἄμ' ἔθηκαν ἄθλιον.
Ἀγαμέμνονός τοι παῖς πέφυχ', ὃς Ἑλλάδος
ἦρξ' ἀξιωθείς, οὐ τύραννος, ἀλλ' ὅμως
ῥώμην θεοῦ τιν' ἔσχ'· ὃν οὐ καταισχυνῶ

V. 1160. *νῦν τ' αὖ* [A]EcC. *νῦν δ' αὖ* [B]F.
V. 1161. *ἐκποδῶν* A.
V. 1162. Stobaeus flor. XIV. 6. t. I. p. 287., ubi est *καὶ τόδ'*.
V. 1163. *ἐκπνέω*(*ν* add. alt. man.) F.
V. 1164. *ἐμοὺς* om. F.
V. 1165. *ἀνταλώσω μὲν* Canterus. *ἀνταλώσωμεν* libri, nisi quod in B. est *ἀνταλώσομεν* corr. ab alt. manu in *ἀνταλώσωμεν*.
V. 1166. *θ' C.*

χήσαντες ἢ φονεύσαντες αὐτὴν ἢ καύσαντες τὸν οἶκον δάξαν ἔξομεν. SCHOLIASTES.

V. 1156 sq. *ἀλόγιστον — ἀντάλλαγμα*] i. e. iniquum, non recte compensatum pretium pro sincero amico.

V. 1160. *νῦν τ' αὖ*] Ne quis alteram lectionem *νῦν δ' αὖ* anteponat, commemoro *τ' αὖ* saepius in *δ' αὖ* mutatum esse quam illud contra *δ' αὖ* in *τ' αὖ*. Conferas quae exposui de re ea ad Luciani Gall. 21. p. 61 sq. et rursus ad Devarium vol. II. p. 210. et p. 749.

V. 1161 sq. *ἐπεὶ βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστίν, αἰνεῖσθαι λίαν*] De sententia conf. Hemeri Il. X. 249. *Τυδείδη, μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε, μήτε τι νείκει.* Euripidis Heracl. 203 sqq. *καὶ γὰρ οὐν ἐπίφθονον Λίαν ἐπαινεῖν ἐστί, πολλάκις δὲ δὴ Καὐτὸς βαρυνθεὶς οἰδ' ἄγαν αἰνούμενος.* Iphig. Aul. 979 sq. *αἰνούμενοι γὰρ ἀ'γαθοὶ τρόπον τινὰ Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν.*

V. 1168. *ἀλλ' ὅμως Ῥώμην θεοῦ τιν' ἔσχ'*] Dubitatum est quo iure *ἀλλ' ὅμως* hoc loco positum esse videretur. Verumtamen iam Scholiastes rem recte perspexit, quod adscripsit: *Τὸ ὅμως εἶπεν, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἀπὸ κοινῆς γνώμης γεγονὼς βασιλεὺς οὐχ ἃ βούλεται προστάττει, ἀλλ' ἃ οἱ ποιήσαντες*

δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως
ψυχὴν ἀφήσω, Μενέλεων δὲ τίσομαι.
ἐνὸς γὰρ εἰ λαβοίμεθ', εὐτυχοῖμεν ἄν,
εἴ ποθεν ἄελπτος παραπέσοι σωτηρία
κτανοῦσι μὴ θανοῦσιν· εὔχομαι τάδε.
ὃ βούλομαι γὰρ ἡδὺ καὶ διὰ στόμα
πτηνοῖσι μύθοις ἀδαπάνως τέρψαι φρένα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγώ, κασίγνητ', αὐτὸ τοῦτ' ἔχειν δοκῶ,
σωτηρίαν σοὶ τῷδέ τ' ἐκ τρίτων τ' ἐμοί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θεοῦ λέγεις πρόνοιαν. ἀλλὰ ποῦ τόδε;
ἐπεὶ τὸ συνετόν γ' οἶδα σῇ ψυχῇ παρόν.

V. 1169. ἔσχεν libri. ἔσχ' Barnesius.
V. 1170. ἐλεύθερος suspicatur Nauckius.
V. 1172. λάβοιμεν C.
V. 1174. μὴ θανοῦσιν [A]E[F]c. οὐ θανοῦσιν BC.
V. 1176. τέρψω(αι supra scriptum ab alt. man.) B. τέρψαι ceteri. φρένα [A]E[F]. φρένας B et, ut videtur, cC.
V. 1178. τ' ἐκ τρίτων τ' ἐμοί [AB]c. τ' ἐκ τρίτων (οὐ supra scr. alt. man.) F. τε τρίτον ἐμοί EC.
V. 1180. γ' om. recentiorum multi.

θέλουσιν, ὁ δὲ τύραννος ἃ γνοίη καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνάγκη ποιεῖν. Ἀγαμέμνονι οὖν ὥσπερ θεῷ πάντες ἐπείθοντο, εἰ καὶ παρὰ πάντων ἄρχων ἐκρίθη.

V. 1170. ἐλευθέρως] Quod Nauckius proposuit ἐλεύθερος, nullo modo accipio. Tantum enim abest ut fortius dicatur adiectivo quod vult Orestes declarari, ut infringatur sententia, eodem modo, quo ἔχ' ἡσύχως fortius est quam usitatum illud ἔχ' ἥσυχος, qua de re vide quae exposui ad Med. 550. p. 63. ed. Goth. alt. et ad Heraclid. 7. p. 29. ed. Goth. alt.

V. 1174. κτανοῦσι μὴ θανοῦσιν] Recte haec aptius G. Hermannus coniunxit, vertens: occidentibus ita ut ipsi non moriamur.

V. 1175 sq. ὃ βούλομαι γὰρ ἡδὺ κτλ.] i.e. quod enim ego volo, iucundum est et ita comparatum, ut per os volantibus verbis nullo sumptu mentem oblectet.

V. 1176. πτηνοῖσι μύθοις] conf. Platonis de legibus IV. p. 717. C. ed. H. Steph. διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. Primus huius similitudinis auctor Homerus ἔπη πτερόεντα Il. II. 7. et saepe alias pronuntians.

V. 1177. ἐγώ—αὐτὸ τοῦτ' ἔχειν δοκῶ] nempe id quod iucundum sit et mentem oblectet, i. e. salutem

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἄκουε δή νυν καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγ' · ὡς τὸ μέλλειν ἀγάθ' ἔχει τιν' ἡδονήν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἑλένης κατοῖσθα θυγατέρ' ; εἰδότ' ἠρόμην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἶδ', ἣν ἔθρεψεν Ἑρμιόνην μήτηρ ἐμή.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

αὕτη βέβηκε πρὸς Κλυταιμνήστρας τάφον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί χρῆμα δράσουσ' ; ὑποτιθεῖς τίν' ἐλπίδα ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

χοὰς κατασπείσουσ' ὑπὲρ μητρὸς τάφου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ δὴ τί μοι τοῦτ' εἶπας εἰς σωτηρίαν ;

V. 1181. δή om. F.
V. 1182. τὸ μέλλειν [AB]C. τὸ λέγειν Fc.
V. 1183. scribendum videtur Kirchhoffio ἢ εἰδότ' ἠρόμην ;

V. 1184. πὴρ ἐμὴ F. compendio commutato.
V. 1186. ὑποτιθεῖς· A. ὑποτίθεις B. ὑποτίθει(ης man. alt.) F. ὑποτιθεῖσα E. ὑποτίθης dicitur esse in cC.
ου
V. 1187. κατασπείσασ' B. τάφου [AB]cC. τάφῳ E. τάφω F. In recentiorum quodam (Flor. 6.) adscriptum: ἢ γράφεται ὑπὲρ μητρὸς τάφου, τουτέστιν· ὑπὲρ μητρὸς αὐτῆς τῆς Ἑλένης τάφῳ τῆς Κλυταιμνήστρας.

tibi et huic et tertio loco imihi.

V. 1181 ἄκουε δή νυν] Haec Oresti dicit Electra, illa autem: καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε, Pyladi.

V. 1182. λέγ' ὡς τὸ μέλλειν ἀγάθ' ἔχει τιν' ἡδονήν] Perverse haec verba ab interpretibus vulgo ita explicata sunt, ut aut μέλλειν vi ac potestate activa cum accusativo constructum esse dicerent, quasi esset Latine conari, aut infinitivum ex reliqua oratione esse supplendum contenderent. Neutra ratio explicandorum horum verborum vera est. μέλλειν his locis omnibus nihil aliud est nisi futurum esse et in verbis τὸ μέλλειν ἀγαθὰ accusativus ἀγαθὰ in oratione directa esset nominativus, ut si dicas: τοῦτο γάρ, ὅτι ἀγαθὰ μέλλει (ἔσεσθαι), ἔχει τιν' ἡδονήν., et sic in Iphig. Aul. v. 1118 sq. οἶσθα γὰρ πατρὸς Πάντως ἃ μέλλει, i. e. quae futura sunt. Est haec usitata ista vis ac significatio verbi μέλλειν, quae maxime in participio apparet, veluti in Platonis Timaeo p. 72. A. ed. H.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

συλλάβεθ' ὅμηρον τήνδ', ὅταν στείχῃ πάλιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίνος τόδ' εἶπας φάρμακον τρισσοῖς φίλοις;

ΗΛΕΚΤΡΑ

Ἑλένης θανούσης, ἤν τι Μενέλεως σὲ δρᾷ
ἢ τόνδε κἀμέ, πᾶν γὰρ ἓν φίλον τόδε,
λέγ' ὡς φονεύσεις Ἑρμιόνην· ξίφος δὲ χρὴ
δέρῃ πρὸς αὐτῇ παρθένου σπάσαντ' ἔχειν.
κἂν μέν σε σώζῃ μὴ θανεῖν χρῄζων κόρην
Μενέλαος, Ἑλένης πτῶμ' ἰδὼν ἐν αἵματι,
μέθες πεπᾶσθαι πατρὶ παρθένου δέμας·
ἢν δ' ὀξυθύμου μὴ κρατῶν φρονήματος
κτείνῃ σε, καὶ σὺ σφάζε παρθένου δέρην.
καί νιν δοκῶ, τὸ πρῶτον ἦν πολὺς παρῇ,
χρόνῳ μαλάξειν σπλάγχνον· οὔτε γὰρ θρασὺς

V. 1188. *εἶπες* C.
V. 1190. *εἶπες* C. *τίνος τόδ'* (mutatum in *τί δὴ τόδ'* a manu alt.) A.
V. 1192. *πᾶσι* C. *φίλοις* E.
V. 1193. *φονεύσης* B. *φονεύεις* (*σ* inserto ab alt. manu) F.
V. 1196. *Μενέλαος* Brubachiana. *μενέλεως* libri, quod si servari velles, scribendum esse *Ἑλένης Μενέλεως* G. Hermannus monuit.
V. 1198. *κἄνδ'* (mrg. *ἦν δ'*) B.
V. 1200. Nauckius *ἦν πολὺς ῥυῇ* vel *πνέῃ* scribendum censuit, quorum *ῥυῇ* adrisit etiam Kirchhoffio.
V. 1201. *μαλάξει* A et e corr. c.

Steph. *μέλλοντος ἢ παρόντος κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ.* Eodem modo infra v. 1445. dicitur: *ἃ δ' ἐφείπετ', οὐ πρόμαντις ὢν ἔμελλεν.*

V. 1183. *εἰδότ' ἠρόμην*] Hoc quasi coniicientis est et proverbialiter dicitur, ut sponte currentem incitare et quae sunt id genus alia. Vide Hec. 670. *οὐ καινὸν εἶπας, εἰδότ' εἰδόσιν δ' ὠνείδισας.*

V. 1186. *τί χρῆμα δράσουσ'; ὑποτιθεὶς τίν' ἐλπίδα;*] Helen. 826. *τί χρῆμα δρᾶσαι; τίν' ὑπάγεις μ' εἰς ἐλπίδα;*

V. 1192. *πᾶν γὰρ ἓν φίλον τόδε*] *ὡς εἰ ἔλεγεν, ἓν σῶμα καὶ μία ψυχὴ ἐσμέν. πᾶν γὰρ τὸ καθ' ἡμᾶς ἕν, φησί, καὶ ταὐτόν ἐστιν.* SCHOLIASTES.

V. [1200. *τὸ πρῶτον ἦν πολὺς παρῇ*] Quod Nauckius et Kirchhoffius *ῥυῇ* pro *παρῇ* scribi voluerunt, non necessarium videtur. In voce enim *πολύς*, non in apposito verbo, inest impetus vehementioris significatio, neque tantummodo *πολὺν ῥέειν* et *πολὺν πνέειν* dicitur, sed etiam *πολὺν εἶναι* sic simpliciter, ut apud Demosthenem c. Boeotum §. 53. p. 1024, 2. *πο-*

οὔτ' ἄλκιμος πέφυκε· τήνδ' ἡμῖν ἔχω
σωτηρίας ἔπαλξιν. εἴρηται λόγος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη,
τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον,
ὡς ἀξία ζῆν μᾶλλον ἢ θανεῖν ἔφυς.
Πυλάδη, τοιαύτης ἆρ' ἁμαρτήσει τάλας
γυναικὸς ἢ ζῶν μακάριον κτήσει λέχος.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἰ γὰρ γένοιτο, Φωκέων δ' ἔλθοι πόλιν
καλοῖσιν ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥξει δ' ἐς οἴκους Ἑρμιόνη τίνος χρόνου;
ὡς τἄλλά γ' εἶπας, εἶπερ εὐτυχήσομεν,
κάλλιστ', ἐλόντες σκύμνον ἀνοσίου πατρός.

V. 1204 sq. habet Stobaeus flor. LXVII. 7. t. III. p. 2. Post v. 1204. e cod. B. evolsa sunt folia octo, in quibus perierunt versus inde a v. 1205—1505. ἄρσενας (ος supra scr. man. alt.) F. ἄρσενος Stobaeus.

V. 1207. ἆρ' ἁμαρτήσῃς F.

V. 1208. ἢ AF. ἤ EcF. συζῶν c. ζῶν ceteri libri.

V. 1212. εἰ τάδ' εὐτ. Aldus cum recentiorum paucis.

V. 1215. αὐτῇ C.

V. 1216. σὺ μὲν νῦν AC. νῦν om. Fc. σὺ μὲν δὴ Aldus cum recentioribus.

V. 1217. μενα(ου man. alt.)σα F.

λὺς γάρ, πολὺς καὶ τολμηρός ἐστιν ἄνθρωπος., tum πολὺν ἔρχεσθαι, ut in Bacch. 300. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολύς. Itaque Scholiastes recte exposuit: σφοδρὸς ἔλθῃ τῇ ὀργῇ.

V. 1208. ἢ ζῶν μακάριον κτήσει λέχος.] Iure G. Hermannus ζῶν ad Pyladem, id quod ipsa verba requirunt, non dubitavit referre, idque eo magis sic dici ab Euripide potuit, quoniam in una fortunae alea harum trium personarum vita erat posita, vide supra v. 1192. et infra v. 1244 sq.

V. 1209. εἰ γὰρ γένοιτο] Scholiastes: ἀνοίκεια δὲ ταῦτα τοῦ προκειμένου ἀγῶνος. Quod iniuria recte dictum esse pronuntiavit G. Hermannus. Quid enim? Videreturne Pylades amare Electram, si in summa eius laude praedicata a fratre taceret ipse?

V. 1211. τίνος χρόνου] quo tempore? cf. Rost gr. Gr. p. 543. ed. sept.

V. 1213. σκύμνον ἀνοσίου πατρὸς] σκύμνον non solum gnatam scelerati patris significat, verum una etiam puellam, quam, ut leones catulos suos, maxime amaverit pater at-

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ δὴ πέλας νιν δωμάτων εἶναι δοκῶ·
τοῦ γὰρ χρόνου τὸ μῆκος αὐτὸ συντρέχει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς· σὺ μὲν νῦν, σύγγον' Ἠλέκτρα, δόμων
πάρος μένουσα παρθένου δέχου πόδα·
φύλασσε δ', ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος,
ἢ ξύμμαχός τις ἢ κασίγνητος πατρὸς
ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ, γέγωνέ τ' ἐν δόμοις
ἢ σανίδα παίσασ' ἢ λόγους πέμψασ' ἔσω.
ἡμεῖς δ' ἔσω στείχοντες ἐπὶ τὸν ἔσχατον
ἀγῶν' ὁπλιζώμεσθα φασγάνῳ χέρας,
Πυλάδη· σὺ γὰρ δὴ συμπονεῖς ἐμοὶ πόνους.
ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ,
καλεῖ σ' Ὀρέστης παῖς σὸς ἐπίκουρον μολεῖν

V. 1220. ἐλθὼν δ' Aldus cum recentiorum aliquot. γέγωνε τ' ἐν δόμοισ A. Vide adn. exeget. γέγωνέ τ' εἰς δόμους Ec. γέγωνε δ' εἰς δόμους F. et, ut videtur, C.

V. 1221. σανίδας FC.

V. 1223. 24. inverso ordine habentur in F. ὁπλιζόμεθα AF. ὁπλιζώμεσθα dicitur esse in cC.

V. 1224. suspectus videtur Nauckio.

V. 1226. καλῶ Cobetus, sine idonea causa, vide quae dixi ad Euripidis Helen. v. 1168. p. 145. ed. Goth. alt. conferas etiam infra v. 1232. παῖς om. F.

que foverit. Conf. etiam infra v. 1387.

V. 1217. παρθένου δέχου πόδα] G. H. Schaeferus recte de accurata descriptione rei iudicavit, quod adsimulavit Aristophanis Thesmoph. 48. θηρῶν τ' ἀγρίων πόδες ὑλοδρόμων Μὴ λυέσθων.

V. 1220. γέγωνέ τ' ἐν δόμοις] Non recte hanc cod. A. scripturam recentiores critici neglexerunt, quae est ad hunc locum maxime idonea ac paene dicam necessaria. Etenim quamquam per se γέγωνε εἰς δόμους dici potuit, hoc tamen loco propter ea, quae sequuntur, sic dici vix potuit. Nunc autem recepta optimi libri egregia scriptura hoc dicitur: fac ut audiare intus in domo, Lasz deine Stimme im Hause vernehmen, i. e. a nobis, qui intus erimus, ὥστε ἔνδον ἡμᾶς ὄντας ἀκοῦσαι, ut Scholiastes loquitur, dein dicitur quomodo hoc ipsi faciendum sit: ut aut ostium pulset aut verba intromittat. Atque hac extrema voce ipsa scriptura γέγωνέ τ' εἰς δόμους iam per se excluditur.

V. 1225. Apertum in versibus 1225—1239. ait esse G. Hermannus imitationem Ae-

τοῖς δεομένοισι. διὰ σὲ γὰρ πάσχω τάλας
ἀδίκως· προδέδομαι δ' ὑπὸ κασιγνήτου σέθεν
δίκαια πράξας· οὗ θέλω δάμαρτ' ἐλὼν
κτεῖναι· σὺ δ' ἡμῖν τοῦδε συλλήπτωρ γενοῦ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ πάτερ, ἰκοῦ δῆτ', εἰ κλύεις εἴσω χθονὸς
τέκνων καλούντων, οἳ σέθεν θνήσκουσ' ὕπερ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὦ συγγένεια πατρὸς ἐμοῦ, κἀμὰς λιτάς,
Ἀγάμεμνον, εἰσάκουσον, ἔκσωσον τέκνα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔκτεινα μητέρ',

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἠψάμην δ' ἐγὼ ξίφους.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγὼ δ' ἐπενεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σοί, πάτερ, ἀρήγων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐδ' ἐγὼ προὔθωκά σε.

V. 1227. δεομένοισ A.
V. 1231. ἴκου libri.
V. 1233. καὶ ἐμὰς A F.
V. 1235. ΠΥ. ἠψάμην (ΗΛ. man. alt.) A.
V. 1236. ΗΛ. (ΠΥ. man. alt.) A. ἐγὼ δ' ἐπενεκέλευσα scripsi de Nauckii coniectura, quam is duxit ex scholiorum testimoniis; Porsonus ope codicis Kingiani scripserat: ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσα. ἐγὼ δ' ἐπεβούλευσα AEcC. κἀγὼ δ' ἐπεβούλευσα F. Kirchhoffius suspicatur: ἐγὼ δὲ συνεβούλευσα.

schyli Choëph 473 sqq. ed. Herm.

V. 1233 ὦ συγγένεια πατρὸς ἐμοῦ] Hac ipsa appellatione Euripides prodit se non putare Strophium Agamemnonis sororem in matrimonio habuisse, verum, id quod alii tradiderunt, Strophii patrem Croesum in matrimonium duxisse Atrei filiam Cydragoram, ex eaque Strophium natum esse, ut vere Agamemnon hac appellatione ὦ συγγένεια πατρὸς ἐμοῦ a Pylade adfici potuerit. Vide quae dicta sunt in prooemio p. 9.

V. 1241. εἴπερ γὰρ εἴσω γῆς ἀκοντίζουσ' ἀραί] Non satis recte existimaret qui diceret ἀκοντίζειν hoc loco intransitive dici; obtinet suam vim verbum, quasi dicas: si quidem preces iacula sua, i. e. verba, intro in terram mittere possunt. ἀραί de votis ac precibus, ut in Phoen. 1369.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκουν ὀνείδη τάδε κλύων ῥύσει τέκνα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δακρύοις κατασπένδω σ'.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγὼ δ' οἰκτοισί γε.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

παύσασθε, καὶ πρὸς ἔργον ἐξορμώμεθα. 1240
εἴπερ γὰρ εἴσω γῆς ἀκοντίζουσ' ἀραί,
κλύει. σὺ δ', ὦ Ζεῦ πρόγονε καὶ Δίκης σέβας,
δός' εὐτυχῆσαι τῷδ' ἐμοί τε τῇδέ τε·
τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγών, δίκη μία,
ἢ ζῆν ἅπασιν ἢ θανεῖν ὀφείλεται. 1245

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στροφή.

Μυκηνίδες ὦ φίλιαι,
τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἔδος Ἀργείων.

ΧΟΡΟΣ.

τίνα θροεῖς αὐδάν, πότνια; παραμένει
γὰρ ἔτι σοι τόδ' ἐν Δαναϊδῶν πόλει. 1250

V. 1238. τάδε om. F. ῥύσῃ A. ῥύσει EF. ῥύσει c. ῥῦσαι, ut videtur, C.
V. 1239. γε om. F.
V. 1243. δότ' [A]. δῶτ' F. δός cC. τε prius om. F.
V. 1244. τρισσοῖς γὰρ φίλοισιν F.
V. 1245. Nauckius suppositicium esse iudicavit.
V. 1246. φίλιαι G. Hermannus et G. Dindorfius. φίλαι libri.

V. 1245. ὦ Ζεῦ πρόγονε] Vere sic dicitur, quod omnes genus ducebant a Tantalo Iovis filio.

V. 1245. Hac dicta voce Pylades et Orestes in domum regiam intrant. Nescio autem quid moverit Nauckium, ut hunc versum suspiciosum sibi videri diceret, quo sublato vix sententia constat, nedum ut plena ac rotunda oratio sit.

V. 1246 sqq. De hoc carmine conf. A. Seidlerus de versu dochm. p. 316 sqq.

Ib. Μυκηνίδες] Μυκηνίδας δὲ αὐτὰς λέγει καὶ Ἀργείας, ἐπεὶ ὀλίγον ἀλλήλων ἀφεστήκασιν αἱ πόλεις. SCHOLIASTES.

V. 1247. τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἔδος] Conf. Med. 917. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας Τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι σὺν κασιγνήτοις ἔτι. Vide A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 438. 5. p. 818 sq. ed. sec.

V. 1250. τόδ'] τὸ πότνιαν καλεῖσθαι. SCHOLIASTES.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τόνδ' ἀμαξήρη τρίβον,
αἱ δ' ἐνθάδ' ἄλλον οἶμον εἰς φρουρὰν δόμων.

ΧΟΡΟΣ.

τί δέ με τόδε χρέος ἀπύεις,
ἔνεπέ μοι, φίλα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φόβος ἔχει με, μή τις ἐπὶ δώμασι
σταθεὶς ἐπὶ φοίνιον αἷμα
πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

χωρεῖτ', ἐπειγώμεσθ· ἐγὼ μὲν οὖν τρίβον
τόνδ' ἐκφυλάξω, τὸν πρὸς ἡλίου βολάς.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

καὶ μὴν ἐγὼ τόνδ', ὃς πρὸς ἑσπέραν φέρει.

V. 1251. τόνδ' [A]Ec τόνδ' (τήνδ' alt. man.) F, τήνδ', ut videtur, C. Eustathius ad Il. p. 74, 2. ἔτι δὲ καὶ ἡ τρίβος καὶ ὁ τρίβος, ὡς Εὐριπίδης γράφει. A. Matthiae comparavit Electrae v. 103. ἔξω τρίβου τοῦδ'.

V. 1253. τί δέ με (μοι man. sec.) τάδε F. τάδε etiam c.

V. 1254. ἔννεπε libri antiquiores, ἔνεπε e recentioribus restitutum est.

V. 1255. δώματι C.

V. 1256. φόνιον libri. φοίνιον Scholiastes metricus.

V. 1258. 59. choro tribuit A. ἐπειγώμεσθ' om. A. ἐπειγώμεσθ' C. ἐπειγώμε(σ add. alt. man.)θ' F. ἐπειγόμεσθ' c.

V. 1259. τόνδ' (τήνδ' alt. man.) ἐμφυλάξω F.

V. 1260. τόνδ' ᾗ c. τὸν ὃς C.

V. 1262. ἐκεῖθ' F. εἶτα παλίνσκοπίαν A. εἶτ' ἐπ' ἄλλην σκοπιάν F C. εἶτα ἐπ' πάλιν σκοπιάν c.

V. 1264. νῦν libri. βλέφαρον AcC. βλέφαρα [F].

V. 1267. κόραισι, δίδοτε libri. κόρας διάδοτε Canterus, quem nuper Nauckius sequntus est. Dein πάντα διὰ βαστρύχων codices

V. 1257. πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ] Hoc ad cumulationem malorum pertinere recte observavit Scholiastes. Conf. supra v. 968. ἔλεος ἐλέοις ὅδ' ἔρχεται. et v. 979. ἕτερα δ' ἑτέροις ἀμείβεται πήματ' ἐν μακρῷ χρόνῳ.

V. 1261. δόχμιά νυν κόρας κτέ. Conf. Homeri Il. XXIII. 116. πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε, δόχμια ἦλθον. Similem locum habemus in Phoen. 267 sq. ὦν οὕνεκ' ὄμμα πανταχῇ διοιστέον, Κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ., ad quem locum recte Valckenarius adnotavit placuisse sibi in eiusmodi formulis Euripidem, derisum propterea ab Aristophane Av. 420 sqq. Thesmoph. 665. Vide ad Phoen. l. c. p. 61. ed. Goth.

V. 1264. εἶτα παλινσκοπιάν] Haec scriptura, rectissime

ΗΛΕΚΤΡΑ.

δόχμιά νυν κόρας διάφερ' ὀμμάτων
ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτα παλινσκοπιάν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ἔχομεν ὡς θροεῖς. 1265

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀντιστροφή.

ἑλίσσετέ νυν βλέφαρον
κόραισι, δίδοτε διὰ βοτρύχων πάντῃ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ὅδε τίς ἐν τρίβῳ; πρόσεχε, τίς ὅδ' ἄρ' ἀμ-
φὶ μέλαθρον πολεῖ σὸν ἀγρότας ἀνήρ; 1270

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀπωλόμεσθ' ἄρ', ὦ φίλαι· κεκρυμμένους
θῆρας ξιφήρεις αὐτίκ' ἐχθροῖσιν φανεῖ.

Kingiani a metrico correcti. βοτρύχων G. Dindorfius. βοστρύχων libri. πάντῃ AF[c] πάντα C. Kirchhoffius scribi vult electa praepositione: κόραισι δίδοτε βοστρύχων πανταχῇ.

V. 1269. 70. choro quae vulgo tribuuntur, hemichorio dat [A] ὅδε τίς ἐν τρίβῳ προσέρχεται libri. Verbum προσέρχεται in πρόσεχε mutavit Seidlerus, quem nuper Nauckius sequutus est. Contra de Brunckii coniectura, quae in cod. Mosquensi reperta est, φαντάζεται rescripsit Porsonus, Thomae Magistri auctoritate s. v. φάντασμα id confirmari ratus. G. Hermannus edidit: ὅδε τις ἐν τρίβῳ. τίς ὅδε, τίς ὅδ' ἄρ' ἀμφὶ μέλαθρον κτέ. Equidem locum nondum persanatum esse ratus interea Seidlerum sequutus sum, cuius coniectura et sententia et metrum constat.

V. 1270. πωλεῖ.

V. 1271. ἀπολόμεθ' A. ἀπολώμεθ' F. κεκρυμένα(mutatum in ου, ut videtur)σ A. κεκρυμέν(ους in rasura ab alt. manu) F.

V. 1272. ἐχθροῖσι φανεῖ A. ἐχθροῖς εἰ φαν(εῖ man. sec.) F. ἐχθροῖς εἰ φανεῖ c. ἐχθροῖς εἰ φανῇ C.

reperta olim in vestigiis codicum a Porsono, nunc ipsis litteris inventa est in Cod. A. De accusativo adverbiascente conf. Rost gr. Gr. §. 104. 9. p. 507. ed. sept.

V. 1266. ἑλίσσετέ νυν βλέφαρον κόραισι] circumducite nunc palpebras pupillis, dirigite per comas usquequaque, i. e. contractis aliquantulum palpebris, ita ut oculorum acies coniventibus acrior etiam fiat, pupillas mittite per comas in omnes partes. Sic enim longius et melius cernere oculis possumus. Vide Plinii hist. nat. XI. 37 (54). 144. Neroni nisi quum coniveret ad prope admota hebetes (oculi).

V. 1272. θῆρας ξιφήρεις] Orestem et Pyladem dicit, ἐχ-

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ἄφοβος ἔχε· κενός, ὦ φίλα,
στίβος, ὃν οὐ δοκεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τί δέ; τὸ σὸν βέβαιον ἔτι μοι μένει;
δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν τιν',
εἰ τάδ' ἔρημα τὰ πρόσθ' αὐλᾶς.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

καλῶς τά γ' ἐνθένδ'· ἀλλὰ τἀπὶ σοῦ σκόπει·
ὡς οὔτις ἡμῖν Δαναϊδῶν πελάζεται.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδὲ τῇδ' ὄχλος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω·
τί μέλλεθ' οἱ κατ' οἶκον ἐν ἡσυχίᾳ
σφάγια φοινίσσειν;
οὐκ εἰςακούουσ'· ὦ τάλαιν' ἐγὼ κακῶν.

V. 1273. κενὸς γάρ Aldus. φίλα an φίλαι sit in A. incertum est.

V. 1274. ὃν σὺ δοκεῖς C.

V. 1276. ἀγαθάν τινά μοι libri. Eiectum est pronomen μοὶ ab emendatore codicis Kingiani.

V. 1277. πρόσθεν F.

V. 1278. 79. choro tribuit A. ἔνθεν libri. ἐνθένδ' e duobus recentioribus receptum est. τὰ πὶ σοῦ A. τἀπὶ σοῦ E. τἀπὶ σῶ F. τοὐπίσω c. τἀπὶ σῶ C.

V. 1281. νῦν libri. νυν Barnesius.

V. 1285., qui in libris Electrae est, choro dedit Kirchhoffius, qui φοινίσσουσ' scribendum esse existimat. σφάγια (τινές γρ. σφραγι δ (Kirchhoffio legendum videtur σφαγίδα) φοινίσσειν, ὅ ἐστι τὴν μάχαιραν) A.

V. 1286. εἰσακούουσιν F. κακῶν ab alt. manu additum in F.

V. 1287. ἄρ' A F. ἐκκεκώφηται A c C. ἐκκεκώφη(ω man. sec.) ται (γρ. ἐκκεκώφηνται man. sec.) F. ἐκκεκώφηνται Clemens Alexandrinus Stromat. II. p. 175. Eustathius ad Il. p. 954, 55. Id. ad

θρονὺς autem Menelaum et socios. Loquitur autem obscure ne quis qui exaudierit sciat quid ipsa velit. Vide infra ad v. 1401.

V. 1275. τί δέ; τὸ σὸν βέβαιον ἔτι μοι μένει;] Haec ad alteram partem chori conversa dicit Electra.

V. 1277. εἰ τάδ' ἔρημα τὰ πρόσθ' αὐλᾶς] Eadem similitudine dixit Plautus in mil. glor. III. 1. 15. (609). Sterilis hic prospectus usque ad ultimam plateam est probe.

V. 1278. ἀλλὰ ταπὶ σοῦ σκό-

ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη;
τάχα τις Ἀργείων ἔνοπλος ὁρμήσας
ποδὶ βοηδρόμῳ μέλαθρα προσμίξει. 1290
σκέψασθέ νυν ἄμεινον· οὐχ ἕδρας ἀγών·
ἀλλ' αἱ μὲν ἐνθάδ', αἱ δ' ἐκεῖσ' ἑλίσσετε.

ΧΟΡΟΣ.

ἀμείβω κέλευθον σκοπεῦσα πάντᾳ. 1295

ΕΛΕΝΗ.

ἰὼ Πελασγὸν Ἄργος, ὄλλυμαι κακῶς.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ἠκούσαθ'; ἄνδρες χεῖρ' ἔχουσιν ἐν φόνῳ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἑλένης τὸ κώκυμ' ἐστίν, ὡς ἀπεικάσαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ Διός, ὦ Διὸς ἀέναον κράτος,
ἔλθ' ἐπίκουρος ἐμοῖσι φίλοισι πάντως. 1300

Od. p. 1539, 59. Terentianus Maurus p. 2404. Schol. cod. A. f. 67a. *Ἀριστοφάνης δὲ γράφει ἐκκεκώφωται ξίφη. σημαίνει γὰρ ὅτι εἰς τὸ κάλλος Ἑλένης ἀποβλέψαντες ἀνεπαίσθητοι ἐγένοντο καὶ εἶπαν τὰ ξίφη.*

V. 1289. *ἐν ὅπλοις* libri. *ἔνοπλος* Aldus, idque in recentioribus aliquot supra scriptum. Conf. Phoen. 261. *οὐ γὰρ ἄδικον εἰς ἀγῶνα τόνδ' ἔνοπλος ὁρμᾷ.*

V. 1291. *σκέψασθαι* (ε man. sec.) F. *σκέψασθαι* c.

V. 1294. *αἱ κ'* (δ' man. sec.) *ἐκεῖσ'* F.

V. 1295. *σκοπεῦσ' ἅπαντα* F. Nauckius suspicatur scribendum esse: *σκοπεύουσ' ἁπάντᾳ.*

V. 1297. *ἄνδρες* Porsonus. *ἄνδρες* libri. Ceterum hunc et sequentem versum, qui Electrae continuabantur in libris, hemichoriis dedit G. Hermannus.

V. 1299. hemichorii nota ascripta in A, chori in ceteris. Electrae dedit G. Hermannus. *ἀέναον* AF[c]. *ἀέναον* C.

V. 1300. *ἐπίκουρος* AF. *ἐπίκουρον* ceteri. *ἐμοῖς* recentiorum nonnulli.

περι] At quantum in te est prospice. Nobis enim nemo Danaïdarum adventat, i. e. equidem neminem Danaïdarum adventare video.

V. 1290. *προσμίξει*] Non solum adveniet significat hoc loco, sed etiam congredietur ad pugnam quippe armatus. Solenne enim hoc verbum est de congressu militari.

V. 1295. *Πελασγὸν Ἄργος*] Vide supra ad v. 692. quae diximus p. 108.

V. 1300. *ἔλθ' ἐπίκουρος*] Hoc recte Kirchhoffius ex

ΕΛΕΝΗ.

Μενέλαε, θνήσκω· σὺ δὲ παρὼν μ' οὐκ ὠφελεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φονεύετε καίνετε ὄλλυτε,
δίπτυχα δίστομα φάσγανα πέμπετε
ἐκ χερὸς ἱέμενοι
τὰν λιποπάτορα λιπόγαμόν θ', ἃ πλείστους 1305
ἔκανεν Ἑλλάνων
δόρει παρὰ ποταμὸν ὁλομένους, ὁπόθι
δάκρυα δάκρυσι συνέπεσε σιδαρέοις
βέλεσιν ἀμφὶ τὰς Σκαμάνδρου δίνας. 1310

ΧΟΡΟΣ.

σιγᾶτε σιγᾶτ'· ἠσθόμην κτύπου τινὸς
κέλευθον εἰςπεσόντος ἀμφὶ δώματα.

V. 1302 *καίνετε* A. post eam vocem *θείνετ'* addunt aliquot recentiores e varia scriptura versus sequentis. *φονεύετε* e glossemate ortum videtur Kirchhoffio.

V. 1631. *ἥδ' ἐστίν, ἣν ὁρᾶτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς*] His ipsis verbis summam sibi fidem facit Apollo, quia de quo persuadere vult, id non solum verbis, sed re demonstrat. Versus neque, si ipsam sententiam spectamus, abesse potest et habet constructionem aptissimam, quod per pronomen demonstrativum *ἥδε* constructio horum verborum apertius declaratur, ut in illo Lycurgi loco c. Leocr. §. 42., quo rectissime usus est Rostius l. c. *τὸν δῆμον ὃν πρότερον Λακεδαιμόνιοι καὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντες Ἕλληνες βοηθὸν ἐκαλοῦντο, οὗτος ἐδεῖτο τῶν ἐξ Ἄνδρου — ἐπικουρίαν ἑαυτῷ μεταπέμπεσθαι.* Ceterum non male G. Hermannus e margine Cod. A. pro *πτυχαῖς* scribi voluit *πύλαις*, ut nunc quidem Helena non appareat nisi in caeli portis, deinceps suum locum occupatura.

V. 1637. *ναυτίλοις σωτή-*

ἄλλην δὲ νύμφην εἰς δόμους κτῆσαι λαβών,
ἐπεὶ θεοὶ τῷ τῆςδε καλλιστεύματι
Ἕλληνας εἰς ἓν καὶ Φρύγας συνήγαγον, 1640
θανάτους τ' ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
ὕβρισμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος.
τὰ μὲν καθ' Ἑλένην ὧδ' ἔχει· σὲ δ' αὖ χρεών,
Ὀρέστα, γαίας τῆςδ' ὑπερβαλόνθ' ὅρους
Παῤῥάσιον οἰκεῖν δάπεδον ἐνιαυτοῦ κύκλον. 1645
κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον
Ἄζᾶσιν Ἀρκάσιν τ', Ὀρέστειον καλεῖν.
ἐνθένδε δ' ἐλθὼν τὴν Ἀθηναίων πόλιν

V. 1638. κτίσαι B.

V. 1640. ἓν a manu sec. in rasura F. Conf. Plutarchus de Stoicor. repugn. p. 1049. Praeterea hoc adnotat Kirchhoffius, aut post v. 1638. excidisse nonnulla aut, quod ipsi verius videatur, transponendum eum versum esse post 1642.

V. 1643. καθ' ἑλλήνων F.

V. 1644. ὑπερβαλόντ' ὅρους AB. in hoc correxit alt. manus. Conf. Scholiastes Aristidis t. III. p. 68.

V. 1645. παρρ(ν man. alt.)άσιον A. παράσιον F.

V. 1647. ἀζᾶσι τ' ἀρκάσιν ὀρ. F. καλεῖν sanum esse negant Kirchhoffius et Nauckius. Eo loco maluit ποτὲ G. Hermannus. Vide adn. exeget.

V. 1648. ἐνθένδε δ' [A.] ἔνθεν δέ γ' E. ἐνθένδε τ' BF cum ceteris.

ριος] De ea re denegavisse Scholiastes Sosibium ait: ὁ μέντοι Σωσίβιος ἐμπαλιν οἴεται οὐκ εὐμενῶς αὐτὴν ἐπιφαίνεσθαι. Hi non sidus Helenae, sed stellam Helenae intellexerunt eam, quae antennis navigantium aliisque navium partibus insisteret, ut volucris sedem ex sede mutans; quae si solitaria veniret, infelix, si simul duae aut plures, felices esse videbantur, et Castoris et Pollucis numine nautae se navigare putabant, vide Plinium hist. nat. II. 37 (37). §. 101. cl. Seneca quaest. nat. I. 1. 12.

V. 1642. ὕβρισμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος] „Male vulgo interpungebatur post θνητῶν. Nam ut θνητῶν ἄφθονον πλήρωμα minuerent deos bellum Troianum excitasse narravit Stasinus in carminibus Cypriis, de quo Scholiastes ad Iliad I. 5." G. HERMANNUS.

V. 1646. κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον] De eadem re Electr. 1269 sqq. dicitur: Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς Οἰκεῖν Λυκαίου πλησίον σηκώματος· Ἐπώνυμος δὲ σοῦ πόλις κεκλήσεται., quo quidem in loco quum σοῦ diceretur, non opus erat ipsum nomen apponi. Hoc autem loco id secus est, quoniam dicitur κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμος. Potuit enim Ὀρέστου καταφυγὴ nomen eiusmodi obtinere, quam ob rem necesse erat istud apertius significari Ὀρέστειον appellari. Si hoc ita fit ut post κεκλήσεται deinceps

δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου
Εὐμενίσι τρισσαῖς· θεοὶ δέ σοι δίκης βραβεῖς 1650
πάγοισιν ἐν Ἀρείοισιν εὐσεβεστάτην
ψῆφον διοίσουσ', ἔνθα νικῆσαί σε χρή.
ἐφ' ᾗ δ' ἔχεις, Ὀρέστα, φάσγανον δέρῃ,
γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην· ὃς δ' οἴεται
Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτε. 1655
θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει
δίκας Ἀχιλλέως πατρὸς ἐξαιτοῦντά με.
Πυλάδῃ δ' ἀδελφῆς λέκτρον, ᾧ ποτ' ἤνεσας,

V. 1649. *ὑφέξεις*, sed ab alt. manu in rasura, A. *ὑφέξεις* F. *ὑπόσχες* [B] cum ceteris.

V. 1650. *σε* c.

V. 1651. Nauckius dubitat num genuinus sit.

V. 1653. *ἐφ' ᾗ* ABF. *ἐφ' ἧς* ceteri, ut videtur.

V. 1654. *ὁ δ'* F.

V. 1655. *νεοπτόλεμ(ο* delevit et *σ* supra scripsit alt. man.)*ς* A. *γαμεῖνιν* A. Id debebat esse *γαμειΝιν* i. e. *γαμεῖν νιν*.

V. 1657. *ἐξαιτοῦνταμε* A. *ἐξαιτουντ* (littera evanida, quae tamen *α* fuisse videtur) *με* B. *ἐξαιτουμένῳ* F. *ἐξαιτοῦντί με* [c]. *ἐξαιτοῦντά με C*.

V. 1658. *ὦι ποτ'* [A] *ὁπότ'* B. *ὥς ποτ'* EFc*C*., quae varietas lectionis inde nata est, quod ut in cod. A. revera scriptum est, iota adscriptum, non subscriptum, in cod. archetypo fuit. Ceterum

ponatur *καλεῖν*, id nihil offensionis poterit habere, non minus quam si Latine dicas: Appellabitur autem nomine a tua fuga ducto apud Azanas Arcadasque, ita ut Oresteum appellent. De Oresteo loco conf. Herodoti IX 11. Pausaniae VIII. 3. 2.

V. 1653. *ἐφ' ᾗ δ' ἔχεις — φάσγανον δέρῃ*] Recte Kirchhoffius recepit e libris optimis *ἐφ' ᾗ* pro vulgato *ἐφ' ἧς*. Nam etsi id nostrae rationi dicendi magis accommodatum videatur, tamen haud scio an Graeci maluerint concinnius dicere *ἐφ' ᾗ — δέρῃ*, praesertim quum ex iis verbis, quae sequuntur: *γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην*, quo illud enuntiatum spectet, satis appareat. Explicandae scripturae *ἐφ' ᾗ* rationem iam Glossatores invenerunt, qui adnotaverunt: *τὸ ἐφ' ᾗ καὶ τὸ δέρῃ καθ' ὅλον καὶ μέρος*.

V. 1656. *Δελφικῷ ξίφει*] Ipsum genus mortis non definitur hic ab Apolline. Alii enim oppugnantem eum Delphos a Delphicis caesum esse dicunt, alii rixantem aiunt cum sacerdotibus de carne victimarum in ipsa ara oppressum esse.

V. 1657. *ἐξαιτοῦντά με*] Sic recte e libris restitutum est. Vide Med. 659 sqq. *ἀχάριστος ὅλοιθ' ὅτῳ πάρεστι μὴ φίλους τιμᾶν ἀνοίξαντα κλῆδα φρενῶν.*, ubi accusativum e libris revocavi, conf. adn. crit. p. 74. ed.

δός· ὁ δ' ἐπιὼν νιν βίοτος εὐδαίμων μένει.
Ἄργους δ' Ὀρέστην, Μενέλεως, ἔα κρατεῖν,
ἐλθὼν δ' ἄνασσε Σπαρτιάτιδος χθονός,
φερνὰς ἔχων δάμαρτος, ἣ σε μυρίοις
πόνοις διδοῦσα δεῦρ' ἀεὶ διήνυσε.
τὰ πρὸς πόλιν δὲ τῷδ' ἐγὼ θήσω καλῶς,
ὅς νιν φονεῦσαι μητέρ' ἐξηνάγκασα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ Λοξία μαντεῖε σῶν θεσπισμάτων·
οὐ ψευδόμαντις ἦσθ' ἄρ', ἀλλ' ἐτήτυμος.
καίτοι μ' ἐχρῄει δεῖμα μή τινος κλύων
ἀλαστόρων δόξαιμι σὴν κλύειν ὄπα.
ἀλλ' εὖ τελεῖται, πείσομαι δὲ σοῖς λόγοις.
ἰδοὺ μεθίημ' Ἑρμιόνην ἀπὸ σφαγῆς,
καὶ λέκτρ' ἐπήνεσ', ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ Ζηνὸς Ἑλένη χαῖρε παῖ· ζηλῶ δέ σε

conf. huius fabulae v. 1092., ubi verba: ἧς λέχος γ' ἐπήνεσα, ita dicuntur, ut, quod quispiam obtulerit aut spoponderit, alicui (ἤνεσέ τινι), id alter comprobet et accipiat (ἐπαινέσῃ). Vide infra v. 1673. καὶ λέκτρ' ἐπήνεσ', ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ. Differunt enim inter se αἰνεῖν et ἐπαινεῖν.

V. 1659. μενεῖ libri. μένει Brunckius.
V. 1663. πόνοισι C.
V. 1665. ἐξηνέγκησα F.
V. 1666. μάντιε B.
V. 1669. κλύων C.

Goth. alt. et Med. 814 sq. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν Τάδ' ἐστὶ μὴ πάσχουσαν ὡς ἐγὼ κακῶς. Vide Rost gr. Gr. §. 127. adn. 2. p. 703. ed. sept.

V. 1667. οὐ ψευδόμαντις ἦσθ' ἄρ', ἀλλ' ἐτήτυμος] De ἦσθ' ἄρα vide quae ad Devarium vol. II. p. 169 sq. exposui. Significatur enim tempore praeterito quod ante existimatum sit et nunc ex eventu rerum iam aliter se habere videatur, ut in illo Hesiodeo ἔργ. κ. ἡμ. 11 sq. Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐριδῶν γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω. vel in Hippol. 360. Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός.

V. 1670. πείσομαι δὲ σοῖς λόγοις] Quod Kirchhoffius τε pro δὲ scribi voluit, non probo. Multo alacrior, ut decet hoc loco, oratio est Orestis, si non adnectit hoc antecedenti orationi, sed quasi novum quiddam ponit: oboediam vero tuae orationi. Vide quae dixi ad v. 1146.

V. 1672. ἡνίκ' ἂν διδῷ πατήρ] tum, quum dederit pater. Quasi in iusta comoedia nunc etiam consensum patris

θεῶν κατοικήσασαν ὄλβιον δόμον.
Ὀρέστα, σοὶ δὲ παῖδ' ἐγὼ κατεγγυῶ, 1675
Φοίβου λέγοντος· εὐγενὴς δ' ἀπ' εὐγενοῦς
γήμας ὄναιο καὶ σὺ χὠ διδοὺς ἐγώ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

χωρεῖτέ νυν ἕκαστος οἷ προὐτάσσομεν,
νείκας τε διαλύεσθε.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πείθεσθαι χρεών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀγὼ τοιοῦτος· σπένδομαι δὲ συμφοραῖς, 1680
Μενέλαε, καὶ σοῖς, Λοξία, θεσπίσμασιν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

ἴτε νυν καθ' ὁδόν, τὴν καλλίστην
θεὸν Εἰρήνην τιμῶντες· ἐγὼ δ'

V. 1670. *πείσομαί τε* mavult Kirchhoffius. Mox *τοῖς λόγοις* F.
V. 1677. *καὶ ὁ διδοὺς* ABF*C*.
V. 1678. *οἷς* B. *προτάσσομεν* A. *προστάσσομαι* F.
V. 1679. *νείκας* A. *νείκους* [B*C*] *νεῖκος* Fc. Recte Kirchhoffius: *"νείκη"*, inquit, "licet apud Euripidem alibi non legatur, codicis optimi auctoritatem tamen spernere nefas duxi." *πείθεσθε* (*αι* ab alt. manu) F.
V. 1680. *δὲ* ab altera manu super versu habet A.
V. 1683. *θεὸν εἰρήνην* AE. *θε(ὸν εἰρήνην* in rasura ab altera manu) F. *θεῶν εἰρήνην* [B] et ceteri.

exspectare se dicit Orestes, qui mox etiam a Menelao declarabitur.

V. 1680. *κἀγὼ τοιοῦτος*] Si haec vox aliquando in adsentiendo usurpatur, non solum hoc significat, idem sentire nunc eum, qui loquatur, atque alterum, sed etiam ita animatum esse, ut sincere adsentiri possit. Quae sequuntur, sic recte reddidit G. H. Schaeferus: In gratiam redeo cum fortuna nostra, Menelae, tuoque, Phoebe, vaticinio.

V. 1682 sq. *τὴν καλλίστην θεὸν Εἰρήνην*] G. H. Schaeferus olim *θεῶν* hic potius obtinendum putavit, appellans Phoen. 516. *τὴν θεῶν μεγίστην ὥςτ ἔχειν τυραννίδα*. et ibid. 541 sq. *Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἧσσαι, Φιλοτιμίας*; eum nuper sequutus est Nauckius. Ego cum ceteris optimorum librorum consensui parendum esse putavi. Ceterum Scholiastes adnotat: *Τοῦτό φησι διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐνεστηκέναι τὰ Πελοποννησιακά. Πρεσβευομένοις γὰρ Λακεδαιμονίοις περὶ εἰρήνης οὐκ ἐπείσθησαν Ἀθηναῖοι.* Vide quae supra dicta sunt ad v. 372. et ad v. 772. et ad v. 904.

Ἑλένην Λίοις μελάθροις πελάσω,
λαμπρῶν ἄστρων πόλον ἐξανύσας, 1685
ἔνθα παρ' Ἥρᾳ τῇ θ' Ἡρακλέους
Ἥβῃ πάρεδρος θεὸς ἀνθρώποις
ἔσται σπονδαῖς ἔντιμος ἀεί,
σὺν Τυνδαρίδαις τοῖς Διὸς υἱοῖς
ναύταις μεδέουσα ἁλάσσης. 1690

ΧΟΡΟΣ.

ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

V. 1684. *Λίοις* Nauckius. *διός* ABFcC cum Tzetza ad Lycophr. 510. *Ζηνὸς* Aldus e libris recentioribus emendatis scilicet. Potest Euripides etiam scripsisse *Ἑλένην γε Διὸς κτέ.*

V. 1685. *λαμπρὸν ἄστρον* (*ἄστρων* corr. ab alt. man.) B. *λαμπρῶν* (— *ὸν* ab alt. manu) *ἄστρων* F.

V. 1686. *τῇ δ'* A.

V. 1688. *ἀεί* om. F.

V. 1689. *υἱοῖς* (*γρ. καὶ ὑγρᾶς*) A. eadem varietas enotata in B., sed errore librarii relecta ad *θαλάσσης* versus sequentis.

V. 1691 sqq. habet Lucianus piscat. c. 39. *σεμνὰ νίκα* A. *νίκη* EF (in quo *σεμνὴ* adscriptum ab altera manu est). *σεμνὴ νίκη* BcC.

V. 1692. *κατέχεις* (— *οις* ab alt. et tert. manu) B. *κατέχεις* F.

V. 1693. *λέγης* (— *οις* ab alt. manu) F. *τέλος εὐριπίδου ὀρέστης:* — A. *τέλος ὀρέστου:* — F.

Dein in Cod. A. eadem quae etiam in aliis libris adscripta leguntur haec maiusculis litteris: *ἡ κατάληξις τῆς τραγωδίας ἦ εἰς θρῆνον ἦ εἰς πάθος καταλήγει, ἡ δὲ κωμωδία γέλωσι καὶ εὐφροσύναις ἐνύφανται. ὅθεν ὁρᾶται τόδε τὸ δρᾶμα κωμικῇ καταλήξει χρησάμενον· διαλλαγαὶ γὰρ πρὸς Μενέλαον καὶ Ὀρέστην. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀλκήστιδι ἐκ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀναβίωσιν, καὶ ὁμοίως καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνωρισμὸς κατὰ τὸ τέλος γίνεται καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῇ τραγωδίᾳ εὑρίσκεται.* Denique in ima pagina eius libri ceterorumque librorum subscriptio fere huiusmodi habetur litteris multis locis prorsus evanidis: *Πρὸς διάφορα ἀντίγραφα. παραγέγραπται ἐκ τοῦ Διονυσίου ὑπομνήματος ὁλοσχερῶς καὶ τῶν μικτῶν.*

V. 1685 sq. recte G. Hermannus animadvertit verba *θεὸς ἀνθρώποις ἔσται σπονδαῖς ἔντιμος ἀεί*, aptius inter se esse coniungenda.

V. 1689 sq. *σὺν Τυνδαρίδαις — θαλάσσης*] Vide quae supra dicta sunt ad v. 1637.

V. 1691—93. de his versibus, quibus eisdem etiam Phoenissae et Iphigenia Taurica finiuntur, conferas quae dixi ad Phoen. 1767. p. 251. ed. Goth.

Errata.

P. 10. v. 3 ab extr. lege ulciscendi pro luciscendi.
P. 11. v. 27 lege threnum pro Threnum.
P. 15. v. 20 lege MDCCCXLI. pro MDCCCLI.
P. 35. adn. col. alt. v. 2. lege 10 sq. pro 11.
P. 36. adn. col. alt. v. 4. lege eius- pro eius.
P. 62. adn. col. pr. v. 6. lege *μανιάσιν*.
P. 64. adn. col. pr. v. 5. lege *ὁρῶ*.
P. 73. adn. col. alt. v. extremo lege p. 13 sq. pro p. 14.
P. 93. adn. cr. v. 9. lege fuerunt. *ἐγὼ*.

ERFORDIAE, TYPIS HENNINGS & HOPF.

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XII.

CONTINENS

EURIPIDIS TRAGOEDIARUM

VOL. III. SECT. II.

ED.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR,
ET
REINHOLDUS KLOTZ,
PHILOLOGIÆ CLASSICÆ IN UNIVERSITATE LITTERARUM LIPSIENSI PROFESSOR ORDINARIUS, SEMINARII PHILOL. REGII DIRECTOR, REGII SAXONICI ORDINIS VIRTUTE AC FIDE BENE MERITORUM EQUES etc.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270 STRAND.

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. III. SECT. II.

CONTINENS

IPHIGENIAM TAURICAM.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270. STRAND.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

PROOEMIUM.

De caede Iphigeniae ab Agamemnone perpetrata Homerus quidem nihil refert, qui omnino Iphigeniae, quam Iphianassam appellat ipse *), mentionem non facit nisi duobus locis, Iliad. IX. 145. ibid. 287., vide prooem. fab. Orest. p. 7. ed. nostr. Plura autem de immolatione Iphigeniae alios poëtas quum cyclicos, qui ea, quae post Troiam captam gesta essent, descripserunt et maxime quidem in Cypriis carminibus, id quod testatur Scholiastes Sophoclis ad Electr. 154., tum melicos, ut Xanthum et Stesichorum, qui quidem *Ὀρέστειαν* suam ita condidisse traditur, ut Xanthi carmen simile imitaretur, vide Athenaei lib. XII. p. 513. A., memo-

*) Quum Homerus tres Agamemnonis filias, Chrysothemin Laodicen Iphianassam, commemoravisset, Iphianassam eandem esse quam Iphigeniam plerique crediderunt, vide quae scripsi ad prooem. fab. Orest. p. 7., Laodicen vero eandem quam Electram Sophocles appellat; in Cypriis tamen carminibus, quum quattuor tribuerentur filiae Agamemnoni, Iphianassa et Iphigenia pro duabus sororibus habitae sunt, vide quae Scholiastes Sophoclis habet ad Electr. 154. *ἡ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τὰς τρεῖς θυγατέρας τοῦ Ἀγαμέμνονος ἤ, ὡς ὁ τὰ Κύπρια, τέσσαρας, Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν.* cl. Scholiaste Euripidis Orest. 23. et G. Hermanno in praef. huius fab. p. XXXVI. Euripides autem in hac fabula unam Iphigeniae sororem Electram et ipse dicit v. 547. neque id sine idonea causa fecit, vide quae dicta sunt ad huius fabulae v. 665 sq.

riae prodidisse probabile est. Nam et Pindarus eius rei mentionem facit carm. Pyth. XI. 17 sqq., ubi de Oreste ab Arsinoa servato leguntur haec:

τὸν δὴ φονευομένου πατρὸς Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας
χειρῶν ὕπο κρατερᾶν ἐκ δόλου τροφὸς ἄνελε δυςπενθέος,
ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριάμου
Κασάνδραν πολιῷ χαλκῷ σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
ψυχᾷ πόρευσ' Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον
νηλὴς γυνά. πότερόν νιν ἄρ' Ἰφιγένει' ἐπ' Εὐρίπῳ
σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας ἔκνισεν βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον;

et tragici poëtae alius alio modo exornantes hanc fabulam praeter ipsum Euripidem, quem duas Iphigeniae nomine fabulas docuisse videmus, saepe hoc argumento usi sunt, veluti Aeschylus, quem tragoediam Iphigeniae nomine scripsisse testantur Scholiastae quum Aristotelis Eth. Nicom. 3, 2., p. 1111. a. 10. fol. 40. a. tum Aristophanis Ran. 1270. et Sophoclis Ai. 722. conf. A. Nauckii Tragicorum Graecorum fragm. p. 21. et p. 23 sq., deinde Sophocles, cuius Iphigenia saepe commemoratur a grammaticis Graecis, vide A. Nauckium l. c. p. 156 sq., denique Polyīdus Sophistes, cuius Iphigeniam excitat Aristoteles poët. c. 16. p. 1455. et rursus c. 17. p. 1455. b. 10., vide A. Nauckium l. c. p. 606. Neque vero artifices hoc immolatae Iphigeniae argumento abstinuerunt, et Timanthis quidem pictoris Iphigenia etiam oratorum laudibus celebrata est, de qua M. Tullius in orat. c. 21. §. 74. dicit haec: si denique pictor ille vidit, quum in immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, maestior Ulixes, maereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. et Plinius in hist. nat. lib. XXXV. c. 10 (36). §. 73. Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii; eius enim est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura quum mae-

stos pinxisset omnes praecipueque patruum et tristitiae omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius voltum velavit, quem digne non poterat ostendere. Huius ipsius picturae similitudines servatae esse dicuntur quum in urna marmorea Medicea, quae est Florentiae, vide Fr. Welckeri trilog. Aeschyl. p. 412., tum in pictura parietis Pompeiani apud Raoul-Rochette Monum. inéd. t. I. pl. 27. et in Herculan. et Pompei. vol. II. ser. II. tab. 92., conf. C. O. Müllerum Denkmäler der alten Kunst T. I. tab. XLIV. n. 206. atque Ad. Aen. Lange, qui de Timanthis Iphigenia disseruit in singulari libello, qui legitur in eius scriptis miscellaneis (Vermischten Schriften) p. 163—172., de ara autem Cleomenis, quae nunc adservatur Florentiae, in qua ipsa quoque Iphigeniae immolatio expressa est, vide Fr. Welckerum l. c. p. 412. et Raoul-Rochette Lettre à M. Schorn p. 64.

Euripides autem in hac fabula communem fere de Iphigeniae caede famam sequutus est, quam exposuit ipse huius fabulae v. 5—40., ut, nisi occupare volumus quae deinceps legemus ipsi, caedem quemadmodum instituta sit pluribus hoc loco enarrare opus non sit, illud potius hic breviter commemorandum videtur, non recte illos de immolatione Iphigeniae iudicavisse, qui eam tantum praeparatam sic, quemadmodum Isaaci immolatio ab Abrahamo deo oblata esset, sed non perpetratam esse dicerent. Nam ille quidem paratus filium mactare, quum a deo monitus esset, ne id faceret, ipse sacrificium perficere destitit, Agamemnon autem, quantum in se esset, perseveravit filiam occidere. Nam ipsam Iphigeniae immolationem susceptam sic esse, ut sanguis virginis profunderetur, atque adeo in ipsa demum immolatione, ita ut nemo eorum, qui adessent, id ipsum animadverteret, ab Diana virginem servatam esse, quod cervam eius loco supponeret, communi fere omnium fama traditur, ut Iphigenia ab Agamemnone patre caesa, Dianae autem numine servata esse iure dici posset. In eam sententiam et Pindarus mactatam Iphigeniam ab Agamemnone dicit carm. Pyth. XI. 22. illo, quem modo posuimus, loco: *Ἰφιγένει᾽ ἐπ᾽ Εὐρίπῳ σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας.* et Aeschylus

in Agam. 211. chorum ita dicentem fecit: ἔτλα δ' οὖν ἀυτὴρ γενέσθαι ἀυγατρὸς κτέ., Clytaemnestram autem se ita de caede Agamemnonis purgantem introduxit in eadem fabula v. 1378 sq., ut illum ipsum filiam suam immolavisse diceret his verbis:

> ἔθυσεν αὐτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
> ὠδῖν', ἐπῳδὸν Θρηκίων ἀημάτων.

cl. ibid. v. 1491 sqq., tum Sophocles Clytaemnestram in eandem plane sententiam disputare facit in Electra v. 530 sqq., denique Euripides in hac ipsa fabula v. 8. et 27. et rursus v. 350 sqq. Iphigeniam ita dicentem facit, se caesam a patre; nam quod v. 769 sqq. illa se eo servatam esse ait, quod in ipsa caede suo loco ab Diana cerva supposita esset, id facile non patris, sed deae meritum esse intelligitur, ut rem ipsam recte atque ordine descripsisse Ovidius videatur Metam. XII. 29 sqq.

> *Postquam pietatem publica causa,*
> *Rexque patrem vicit, castumque datura cruorem*
> *Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris,*
> *Victa dea est, nubemque oculis obiecit, et inter*
> *Officium turbamque sacri vocesque precantum*
> *Supposita fertur mutasse Mycenida cerva.*

conf. Hygini fab. 98. et fab. 261. Hanc igitur communem fere famam spectantes recte et Lucretius I. 86 sq. dixit:

> *Aulide quo pacto Triviai virginis aram*
> *Iphianassai turparunt sanguine foede*
> *Ductores Danaum delecti, prima virorum.*

et M. Tullius lib. de officiis III. c. 25. §. 95. immolatam esse scripsit Iphigeniam ab Agamemnone, Hyginus vero Agamemnonem inter eos rettulit, qui filias suas occidisse dicerentur, fab. 238.

Argumentum autem huius fabulae Hyginus fab. 120. sic exposuit: Orestem Furiae quum exagitarent, Delphos sciscitatum est profectus, quis tandem modus esset aerumnarum. Responsum est, ut in terram Tauricam ad regem Thoantem, patrem Hypsi-

pyles, iret indeque de templo Dianae signum Argos adferret: tunc finem fore malorum. Sorte audita cum Pylade, Strophii filio, sodale suo navem conscendit, celeriterque ad Tauricos fines pervenerunt. Quorum *) fuit institutum, ut qui intra fines eorum hospes venisset, templo Dianae immolaretur. Ubi Orestes et Pylades quum in spelunca se tutarentur et occasionem captarent, a pastoribus deprehensi ad regem Thoantem sunt deducti. Quos Thoas suo more iunctos in templum Dianae, ut immolarentur, duci iussit, ubi Iphigenia, Orestis soror, fuit sacerdos, eosque ex signis atque argumentis, qui essent, quid venissent, postquam resciit, abiectis ministeriis ipsa coepit signum Dianae avellere. Quo rex quum intervenisset et rogitaret, cur id faceret, illa ementita est dicitque eos sceleratos signum contaminasse; quod impii et scelerati homines in templum essent adducti, signum expiandum in mare ferre oportere et iubere eum interdicere civibus, ne quis eorum extra urbem exiret. Rex sacerdoti dicto audiens fuit. Occasionem Iphigenia nacta, signo sublato, cum fratre Oreste et Pylade in navem ascendit, ventoque secundo ad insulam Sminthen ad Chrysen sacerdotem Apollinis delati sunt.

Hactenus Hyginus argumentum Iphigeniae Tauricae descripsit. Quibus autem ex initiis nata sit et qua auctoritate illa de Iphigenia in Taurorum terram translata fama nitatur, id subtilius exquirere quamquam ad hanc ipsam fabulam recte intelligendam, ut ingenue G. Hermannus professus est, non multum aut nihil omnino conferre videtur, tamen tironum causa hoc loco ponam ea, de quibus nunc fere

*) Quorum, nempe Taurorum, non Tauricorum finium. Saepe enim hac liberiore dicendi ratione usi sunt Latini scriptores, posterioris aetatis maxime. Vide A. Gellii Noct. Att. II. 6, 30.

inter grammaticos convenisse videatur. Illud enim quod volgo a mythographis Graecis traditur et ab ipso Euripide positum est in hac fabula v. 30 sqq., Iphigeniam in ipso sacrificio cerva eius loco supposita a Diana, cui deae immolaretur Aulide, translatam esse in fines Taurorum, qui parerent eo tempore regi Thoanti, ut ibi sacerdos templo Dianae praeesset et sacrificia advenarum maxime Graecorum procuraret, propterea fortasse, ut, quia ipsa immolata esset pro Graecis, suam caedem quodammodo illorum caede ulcisci videretur, id grammatici, qui olim admodum varie de hac fama iudicaverunt, nunc sic fere explicandum esse statuerunt. Fuisse olim apud Pelasgos deam, magnam atque potentem, cui victimae humanae mactarentur, quae, qua esset potentia ac magnitudine, *Ἰφιγένεια* esset appellata, quasi quae aliis locis diceretur *μεγάλη θεός*, eademque, quod vel stans super tauro vel tauro insidens fingeretur, propter ferocitatem credo, etiam *ταυρόπολος*, *ταυριώνη*, *ταυρικὴ* dicta, qua de re videndus est Ez. Spanhemius ad Callimachi hymn. in Dian. 113. 187. tum G. Hermannus ad Sophoclis Ai. 172. p. 29 ed. sec. De dea hac Iphigenia cognominata testem appellant Hesiodum, de quo Pausanias lib. I. c. 43. §. 1. haec referat: *Λέγουσι δὲ εἶναι καὶ Ἰφιγενείας ἡρῷον· ἀποθανεῖν γὰρ καὶ ταύτην ἐν Μεγάροις. Ἐγὼ δὲ ἤκουσα μὲν καὶ ἄλλον ἐς Ἰφιγένειαν λόγον ὑπ' Ἀρκάδων λεγόμενον, οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυναικῶν Ἰφιγένειαν οὐκ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην εἶναι.* Hanc deam, cuius olim, quoniam Pelasgorum di nomina non habuerunt ulla, ut ait Herodotus lib. II. c. 52., nomen nullum fuisset, postea creditam Dianam esse, unde facta esset *Ἄρτεμις Ἰφιγένεια*, Diana cognomine Iphigeniae, cuius sacellum Hermione fuisse narrat Pausanias lib. II. c. 35. §. 3. *καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερόν*, idemque eiusdem deae templum Aegirae in civitate Achaiae fuisse refert his verbis: *Ἀρτέμιδος δὲ ναὸς καὶ ἄγαλμα τέχνης τῆς ἐφ' ἡμῶν· ἱερᾶται δὲ παρθένος, ἕως ἂν ἐς ὥραν ἀφίκηται γάμου. ἕστηκε δὲ καὶ ἄγαλμα ἐνταῦθα ἀρχαῖον, Ἰφιγένεια ἡ Ἀγαμέμνονος, ὡς οἱ Αἰγειρᾶται φασιν· εἰ δὲ ἀληθῆ λέγουσιν οὗτοι, δῆλός ἐστιν ἐξ ἀρχῆς Ἰφιγενείᾳ ποιηθεὶς ὁ ναός.*, simi-

lemque deae cuiusdam, cui humanae victimae caederentur, cultum fuisse apud Tauros, de quibus Herodotus lib. IV. c. 103. referat: *Τούτων Ταῦροι μὲν νόμοισι τοιοισίδε χρέωνται· θύουσι τῇ παρθένῳ τούς τε ναυηγοὺς καὶ τοὺς ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας τρόπῳ τοιῷδε· καταρξάμενοι ῥόπῳ παίουσι τὴν κεφαλήν· οἱ μὲν δὴ λέγουσι, ὡς τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ διωθέουσι κάτω· ἐπὶ γὰρ κρημνοῦ ἵδρυται τὸ ἱρόν· τὴν δὲ κεφαλὴν ἀνασταυροῦσι· οἱ δὲ κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν ὁμολογέουσι, ἀλλὰ γῇ κρύπτεσθαι. τὴν δὲ δαίμονα ταύτην τῇ θύουσι λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.* Quod autem ea dea Iphigenia Agamemnonis filia esse diceretur in illis locis, id non esse natum nisi errore propter similitudinem nominis illius deae et Agamemnonis filiae. Eius autem deae, quae deinceps *Ἄρτεμις Ἰφιγένεια* aut *Ἄρτεμις Ταυρικὴ* appellata esset, cultus vestigia mansisse antiquitus Braurone in regione Attica, de quo loco testem faciunt Pausaniam lib. I. c. 23. §. 7. cl. ibid. c. 33. §. 1. et Halis, qua de re adferunt huius fabulae v. 1420. Quum autem etiam post immolationem filiae Aulide a patre institutae Iphigenia vivere perhiberetur, quia Agamemnonis filia cum prisca illa dea Iphigenia confusa esset, non caesam, sed in ipso caedis officio servatam esse dixerunt Iphigeniam Agamemnonis filiam ab illa quidem dea, cui consecrata esset, et quum filia Agamemnonis dea esse ipsa posse non videretur, sacerdotem Dianae factam esse homines volgo credidisse, et quod prisca illa dea Iphigenia cognomine *ταυρικὴ* diceretur, illam ipsam Agamemnonis filiam, quae propter similitudinem nominis cum altera Iphigenia esset commutata, in Tauricos fines putavisse esse translatam, signum autem Dianae illius Tauricae postea ab Oreste et Iphigenia Brauronem, qua de re multus est Pausanias lib. III. c. 16. §. 7., vel Halas existimavisse relatum esse, non quo illud fere factum esset, sed quod ibi vestigia cultus priscae illius deae remansissent. Hanc autem opinionem, qua volgo creditum esset, Iphigeniam in Tauricos fines translatam, relatum autem ab illa et Oreste Dianae Tauricae signum et cultum in Graeciam, eo lubentius Graecos posteriore tempore esse amplexos, quia hac ratione immanitas illa et crudelitas humanarum vi-

ctimarum non apud se nata esse, sed tantum modo a barbarorum immanium terra in terram suam illata esse videretur.

Verum tamen quamvis satis probabiliter haec disputata atque coniecta esse videantur, tamen non multum facere videntur ad fabulam hanc rectius intelligendam, illud fortasse magis efferendum hoc loco est, ab artificibus saepe singula huius fabulae argumenta secundum hanc ipsam Euripidis fabulam videri expressa esse, qua de re fortasse deinceps dicendi locus dabitur, interea conferas Io. Ad. Overbeckium in libro, qui inscribitur: Heroische Bildwerke p. 723 et 747. tab. XXX.

Hoc denique vix est quod commemorem, admodum iucundum fore iuvenibus harum rerum cupidis atque studiosis hanc Euripidis fabulam conferre atque contendere cum Iphigenia fabula Goethii nostri, eorumque ingenia comparandis illis inter se fabulis exerceri optime posse. Quo magis autem mentem atque iudicium iuvenis optimarum litterarum studio dediti hac ipsa re acui atque adiuvari existimo, eo minus hac de re hoc loco quidquam esse a me dicendum putavi, quo integrius ei hoc argumentum ad iudicandum relinqueretur.

De tempore, quo primum Euripides hanc fabulam docuisse videretur, nihil significatum usquam a veteribus scriptoribus est, tamen ab Euripide prius Iphigenia haec Taurica, quam Iphigenia illa, quae est Aulide, putatur esse scripta.

His disputatis nihil iam reliquum esse videtur, nisi ut de codicibus dicam, quibus haec Euripidis fabula tradita ad nos sit, et de editionibus, quibus recentiore tempore ea fabula formis descripta et ad lectitandum adornata esse videatur. Et codices quidem huius fabulae non habemus nisi duos tertiae classis, alterum Palatinum, qui nunc est inter codices Vaticanos n. 287., quem littera *B*. Kirchhoffius notavit, alterum Florentinum, qui est plut. XXX. n. 2., quem littera *C*. Kirchhoffius notavit, de quibus libris manu scriptis vide quae scripsimus in prooemio Alcest. p. 21. Editionum autem, si praetermittimus hic eas, quae omnes Euripidis fabulas complexae sunt, hoc loco hae potissimum commemorandae esse

videntur: Euripidis Iphigenia in Aulide et in Tauris cum notis Ier. Marklandi integris et aliorum selectis, quae prodiit Oxon. a. MDCCCXI. eiusque exemplum repetitum est Lipsiae a. MDCCCXXII. Euripidis Iphigenia in Tauris. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Augustus Seidler. Lipsiae a. MDCCCXIII. emissa. Euripidis Iphigenia Taurica. Recensuit et in usum scholarum edidit A. Witzschel. Jenae a. MDCCCXLIV. Euripidis Iphigenia Taurica. Recensuit Fridericus Henricus Bothe in usum scholarum. Editio secunda emendatior, quae edita est Lipsiae a. MDCCCXLVI. Adnotanda etiam est Car. Badhami editio, quae tres Euripidis fabulas Iphigeniam Tauricam, Helenam, Ionem continet et prodiit Londini a. MDCCCLI. nec tacendus est Schoenius, cuius editio ita inscripta est: Ausgewählte Tragoedien des Euripides. Erklärt von F. G. Schöne. Erstes Bändchen: Bakchen. Iphigenia in Taurien. et prodiit Lipsiae a. MDCCCLI. His nuper accessit Ioannis Kvičalae libellus, qui inscriptus est: Beiträge zur Kritik und Exegese der Taurischen Iphigenia des Euripides. Von Iohann Kvičala. Vindobonae a. MDCCCLIX.

Scripsi Lipsia ed. II. mens. Nov. a. MDCCCLIX.

Reinholdus Klotz.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

Ὀρέστης κατὰ χρησμὸν ἐλθὼν εἰς Ταύρους τῆς Σκυθίας μετὰ Πυλάδου παρακινηθεὶς τὸ παρ' αὐτοῖς τιμώμενον τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ὑφελέσθαι προῃρεῖτο. προελθὼν δ' ἀπὸ τῆς νεὼς καὶ φανείς, ὑπὸ τῶν ἐντοπίων ἅμα τῷ φίλῳ συλληφθεὶς ἀνήχθη κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐθισμόν, ὅπως τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἱεροῦ σφάγιον γένωνται. τοὺς γὰρ καταπλεύσαντας ξένους ἀπέσφαττον. . . . . .

. . . . . .

ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ταύροις τῆς Σκυθίας· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἑλληνίδων γυναικῶν, θεραπαινίδων τῆς Ἰφιγενείας. προλογίζει δὲ ἡ Ἰφιγένεια.

V. 1 ἐλθὼν om. Cod. *C.*

V. 2. παρακινηθεὶς Cod. *B.* παραγενόμενος *C.* παραγενηθεὶς Kirchhoffius.

V. 5. ἐντοπίων Cod. *B.* ἐγχωρίων Cod. *C.*

V. 6. ἐθισμόν libri. θεσμὸν Nauckius de coniectura sua, quo opus non est.

V. 8. Recte Kirchhoffius iudicavit, qui hinc plura excidisse censuit, illa autem, quae deinceps sequuntur, non eiusdem, sed Aristophanei argumenti partem esse existimavit.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΠΥΛΑΔΗΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΒΟΥΚΟΛΟΣ.
ΘΟΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΑΘΗΝΑ.
ΑΠΟΛΛΩΝ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἰφιγένεια.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πῖσαν μολὼν
Θοαῖσιν ἵπποις Οἰνομάου γαμεῖ κόρην,

V. 1–4. adfert Scholiastes Aristophanis Acharn. 47. v. 1. habent Aristophanes Ran. 1232. Auct. vit. dec. orat. II. p. 5. ed. Tur. Tzetzes in Crameri Anecd. Ox. III. p. 360. *Πίσσαν* libri. Correxerunt Dindorfii.

V. 1 sqq. Quod Euripides saepius, maxime in prologis suis, homines quo genere orti essent longa serie enarrantes fecit, ob eam rem iam ab antiquae comoediae auctoribus parodiis derisus est, in quam sententiam Aristophanes Acharn. 47 sqq. Amphitheum ita loquentem fecit: *ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Δήμητρος ἦν Καὶ Τριπτολέμου· τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται· Γαμεῖ δὲ Κελεός Φαναρέτην τήθην ἐμήν, Ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ Ἀθάνατός εἰμι κιτέ.* ad quem locum Scholiastes huius ipsius loci tanquam ab Aristophane derisi mentionem facit. Conf. etiam Phoeniss. 7 sqq., non praetermissis tamen iis, quae ad eum locum auctore Scholiaste a nobis ad excusandum Euripidem adnotata sunt p. 15. et nuper ad Orest. 1. p. 27 sq. ed. Goth. Iphigenia autem iam e templo egreditur, inferias factura fratri, quem mortuum putat, quae sub dio agebantur, et eam prologi partem, quae argumentum praeparat agit usque ad v. 66.

V. 2. *Θοαῖσιν ἵπποις*] alatis equis, quos a Neptuno acceperat, v. Pindari Olymp. I. 86 sq. *τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς Ἔδωκεν δίφρον τε χρύσεον πτεροῖσίν τ' ἀκάμαντας ἵππους,* ad quem locum conferas quae attulerunt interpretes in ed. Goth. p. 17. Genere autem feminino dixit *Θοαῖσιν ἵπποις,* quod equas molliores et delicatiores esse putavit poëta. Conf. infra v. 185. *δινευούσαις ἵπποις πτανοῖς.*

Ibid. *Οἰνομάου γαμεῖ κόρην*] Hippodamiam. Rem ordine enarrant Scholiastes Euripidis ad Orest. 981. et Hyginus fab. 84.

ἐξ ἧς Ἀτρεὺς ἔβλαστεν· Ἀτρέως δὲ παῖς
Μενέλαος Ἀγαμέμνων τε· τοῦ δ' ἔφυν ἐγώ,
τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς,
ἣν ἀμφὶ δίναις, ἃς θάμ' Εὔριπος πυκναῖς
αὔραις ἑλίσσων κυανέαν ἅλα στρέφει,
ἔσφαξεν Ἑλένης οὕνεχ', ὡς δοκεῖ, πατὴρ

V. 3. Ἀτρέως δ' ἄπο Badhamus, quo usus non est.
V. 4. pro θυγατρὸς sine idonea causa Elmsleius ad Bacch. 181. παιδὸς scribi voluit.
V. 6. δίνας ed. Cantabrig.
V. 8. ἔσφαξ' libri. Correctum est in editione Brubachiana.
V. 9. κοίλαις Elmsleius, Cobetus.

V. 3. Ἀτρέως δὲ παῖς Μενέλαος Ἀγαμέμνων τε] Omnino supervacaneum est quod Badhamus contra libros Euripidis et auctoritatem Scholiastae Aristophanis scribi voluit: Ἀτρέως δ' ἄπο. Eodem fere modo quo hic loquitur Euripides in Heraclid. 211. in simili enarratione generis: Ἡρακλέης ἦν Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς, Κείνη τε Πέλοπος θυγατρός.

V. 4. τοῦ δ' ἔφυν ἐγώ] Fallitur in hoc loco Kvícala, quod volgatam olim scripturam τοῦδ' ἔφυν, quae, si fides est Kirchhoffio, ne in libris quidem esse videtur, veram esse existimavit. Nam quem attulit locum Euripidis ex Iphig. quae est Aulide 99 sqq. ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι, Φοίβη Κλυταιμνήστρα τ', ἐμὴ ξυνάορος, Ἑλένη τε· ταύτης οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι Μνηστῆρες ἦλθον κτέ., ibi primum non τῆσδε scriptum est, sed ταύτης, et, si alio in loco asyndeton sane concessum posuit, inde non sequitur etiam hoc loco posuisse Euripidem. In Orestis enim loco v. 11, quem deinde posuit Kvícala, tacuit post verba οὗτος φυτεύει Πέλοπα sequi haec ipsa verba: τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ. Et particulam δὲ extremo loco addidit etiam Aristophanes Acharn. 50. ἐκ τούτου δ' ἐγὼ Ἀθάνατός εἰμι, quem locum ad v. 1. attulimus.

V. 5. τῆς Τυνδαρείας θυγατρός] Clytaemnestrae.

V. 6. ἀμφὶ δίναις] Falso in exemplo Cantabrigiensi editum est ἀμφὶ δίνας. Similiter, ut hic, ἀμφὶ πύλησι dicitur in Homeri Il. XII. 175. ἀμφὶ κρουνοῖς apud Pindarum Olymp. XIII. 90. ἀμφὶ τύμβῳ τῷδε in Helena 1009. Vide Rost. gr. Gr. §. 106. 5. b. p. 526. ed. sept., qui rectissime praecepit poëtarum quidem, non tamen orationis solutae Atticae hunc fuisse usum. Euripum autem sic describit T. Livius XXVIII. 6, 10. Fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verso mari velut monti praecipiti devolutus torrens rapitur; ita nec nocte nec die quies navibus datur. Dissentit tamen a Livio Mela II. 7, 9. Euripon vocant (fretum), rapidum mare et alterno

Ἀρτέμιδι κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος.
ἐνταῦθα γὰρ δὴ χιλίων ναῶν στόλον
Ἑλληνικὸν συνήγαγ' Ἀγαμέμνων ἄναξ,
τὸν καλλίνικον στέφανον Ἰλίου θέλων
λαβεῖν Ἀχαιοὺς τούς θ' ὑβρισθέντας γάμους
Ἑλένης μετελθεῖν, Μενέλεῳ χάριν φέρων.

V. 11. *Ἑλληνικὴν* (corr. in *ὧν*) Cod. *B*. *ἑλληνικὴν* Cod. *C*. Hinc A. Nauckius esse scribendum *στολὴν Ἑλληνικὴν* suspicatus est. *Ἑλληνικὸν* antiqua correctio est, quam plerique editorum sequuti sunt.

V. 14. *ἑλένης* [Cod. *B*] *ἑλένῃ* Cod. *C*. Id quum olim *ἑλένηι* scriberetur, apparet quam facile ex *ἑλένης* nasci potuerit.

cursu septies die ac septies nocte fluctibus in vicem versis, adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur. cf. Plinium hist. nat. II. 97 (100), 219. Constantem Euripi motum esse ait etiam Cicero de nat. deor. III. 10, 24. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? Nec Plato Phaed. p. 90. C. aliud sibi volt nisi Euripum semper in motu esse nec unquam in eodem statu manere, quo de loco fallitur Schoemannus ad Ciceronis l. c. p. 202. ed. alt.

V. 8. *ὡς δοκεῖ*] Quod A. Matthiae contra I. Marklandum dixit *δοκεῖ* non esse vertendum ut sibi videbatur, sed nt nunc etiam volgo creditur, vehementer ille quidem falsus est. *ὡς δοκεῖ* aptius cum verbis *ἦν — ἔσφαξεν* coniungendum esse et ratio docet et is qui infra v. 769 sq. habetur locus aperte indicat: *Ἄρτεμις ἔσωσέ μ', ἦν ἔθυσ' ἐμὸς πατήρ, δοκῶν ἐς ἡμᾶς ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν.*

V. 9. *κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος*] Et ii, qui *κλεινῆς* pro *κλειναῖς* scribi voluerunt, et ii, qui *κοίλαις*, adsimulantes Iphig. Aul. 1600, *Αὐλίδος κοίλους μυχούς*, falluntur. Neque enim Aulis per sese clara fuit civitas et iure *κλειναὶ πτυχαὶ Αὐλίδος* dicuntur, quo principes Graeciae convenerant ubique eorum classis tam diu morata erat. *κλεινὸν* enim illud dicitur, quod ad imperium principis aut rerum gestarum gloriam spectat.

V. 13. *λαβεῖν Ἀχαιοὺς*] Admodum sollers est Lentingii coniectura, qua ille *Ἀχαιοῖς* pro *Ἀχαιοὺς* scribi voluit, comparans Supplic. 315. *ἐρεῖ δὲ δή τις ὡς ἀνανδρία φρενῶν Πόλει παρόν σοι στέφανον εὐκλείας λαβεῖν Δείσας ἀπέσχης.* et Homeri Il. XXII. 216 sq. *Νῦν δὴ νωΐ γ' ἔολπα — Οἴσεσθαι μέγα κῦδος Ἀχαιοῖσι κτέ.* Quanquam recepta hac Lentingii coniectura oratio multo concinnior est, tamen illa correctione quamvis lenissima abstinui, quoniam quae in libris scriptura est certe intelligi potest. Mox *τοὺς ὑβρισθέντας γάμους Ἑλένης μετελθεῖν* est matrimonium Helenae (et Menelai) violatum (a Paride) vindicare, id quod in gratiam potissimum Menelai fiebat.

δεινῆς τ' ἀπλοίας πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων, 15
εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε·
„ὦ τῆςδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας,
Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσῃς χθονός,
πρὶν ἂν κόρην σὴν Ἰφιγένειαν Ἄρτεμις
λαβῇ σφαγεῖσαν· ὅ, τι γὰρ ἐνιαυτὸς τέκοι 20

V. 15. varie temptatus est, et G. H. Schaeferus quidem alterum τ' omisit, Barnesius priore loco δ' posuit pro τ', Aug. Seidlerus utrobique δ' pro τ' restituit, G. Hermannus scripsit *δεινῆς ἀπνοίας πνευμάτων δὲ τυγχάνων*, quod ferri vix potest, testem quidem coniecturae suae Eustathium ad Il. p. 59. extr. appellans, qui testis nullus est. Kirchhoffius fortasse scribendum esse ait: *δεινὴ δ' ἀπλοι' ἦν. πνευμάτων δ' οὐ τυγχάνων*. Nauckius temptat: *δεθεὶς δ' ἀπλοίᾳ*. Vide adnot. exeget.

V. 15. *δεινῆς τ' ἀπλοίας — τυγχάνων*] Haec verba, si sana sunt, hanc habent sententiam: quum neque navigandi opportunitas esset neque ventos (secundos) nanciscereturAgamemno. Displicet tamen hoc quidem loco asyndeton, quod Barnesius quidem eo, quod *δεινῆς δ' ἀπλοίας* edidit, tollere studuit eaque fortasse vera scriptura est. Illud recte vidit, Kvičala *ἀπνοίας*, quod proposuit G. Hermannus, admitti nullo modo posse. Neque enim malacia et tranquillitate maris, sed adversis ventis classis Graecorum navigatione prohibita esse credebatur, coll. Iphig. Aul. 1323 sq. *μηδ' (ὤφελεν) ἀνταίαν Εὐρίπῳ Πνεῦσαι πομπὰν Ζεύς*. et Aeschyli Agem. 179 sqq. ed. Herm. *πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι Κακόσχολοι, νήστιδες, δύσορμοι, Βροτῶν ὄλαι Νεῶν τε καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς Παλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι Τρίβῳ κατέξαινον ἄνθος Ἀργους*. Adde Ovidii Metam. XII. 8 sqq. Nec dilata foret vindicta, nisi aequora saevi Invia fecissent venti Boeotaque tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.

V. 16 *εἰς ἔμπυρ' ἦλθε*] De ignispiciis, quae ab Amphiarao inventa esse scribit Plinius hist. nat. VII. 56 (57), 203., conferas Valckenarium ad Phoen. 1261. tum Sophoclis Antig. 987 sqq. et quae ad eum locum commentatus est E. Wunderus p. 106 sqq. ed. Goth. IV.

Ibid. *καὶ λέγει Κάλχας τάδε*] De Calchante eiusque vaticinatione conf. Iphig. Aul. 89 sqq. Eum Timanthes pictor in tabula, qua pinxit immolationem Iphigeniae, una cum Ulixe, Menelao, Agamemnone posuerant. Vide Ciceronis orat. 21, 74. et Lange Vermischte Schriften p. 163 — 127. Conf. quae diximusin prooemio p. 8 sq.

V. 18. *οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσῃς χθονός*] *ναῦς ἀφορμίζειν χθονός* est naves abducere a terra in altum, et activum quidem genus verbi hoc loco paene necessario requiritur. De coniunctivo aoristi prioris post *οὐ μή* particulas posito comparavit A. Matthiae Sophoclis Phil. 380. *οὐ μή*

κάλλιστον, εὖξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.
παῖδ' οὖν ἐν οἴκοις σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ
τίκτει, τὸ καλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων,
ἣν χρή σε θῦσαι." καί μ' Ὀδυσσέως τέχναις
μητρὸς παρείλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.
ἐλθοῦσα δ' Αὐλίδ' ἡ τάλαιν' ὑπὲρ πυρᾶς

V. 18. *ἀφορμήσῃ* apogr. Pariss. *ἀφορμίσῃ* Cod. *B.* Kirchhoffius aut *ἀφορμήσῃ* verum esse existimat aut scribendum esse ait *ἀφορμίσῃς* (*ἀφορμήσῃς*), id quod ego recepi.

V. 20. *λάβῃ* G. H. Schaeferus. *λάβοι* libri. Facilis propter itacismum commutatio fuit.

V. 24. *τέγναι* pro *τέγναις* ex editione Cantabr. recepit nuper Nauckius, id quod mihi a simplicitate orationis huius prologi videtur abhorrere.

ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσῃς ἔχειν. einsque Aiac. 560. *οὔτοι σ' Ἀχαιῶν οἶδα μή τις ὑβρίσῃ.* Vide Rost gr. Gr. §. 135. 7. a., ubi p. 762. adn. *) huius quoque loci ratio habita est.

V. 21. *φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ*] Diana, numen lunae, *θεὰ φωσφόρος κόρη* dicitur Nausicrati ap. Athen. VII. p. 325. F. et *ἄνασσα φαεσφόρος* Callimacho hymn. in Dian. 204., Ciceroni autem de nat. deor. II. 27, 68. Diana Lucifera, eademque *πυρφόρος* est Sophocli in Oed. reg. 201 sq. et, si utraque manu facem tenebat, erat *Ἄρτεμις ἀμφίπυρος*, ut apud Sophoclem in Trachin. 210. Vide E. Spanhemium ad Callim. hymn. in Dian. ii. vol. II. p. 168 sqq. ed. Ern. ubi etiam imago *Ἀρτέμιδος ἀμφικύρου* ex nummo Hadriano imperatore cuso exhibetur.

V. 23. *τίκτει*] De praesenti hoc historico conf. Med. 954 sq. *κόσμον, ὃν ποθ' Ἥλιος Πατρὸς πατὴρ δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.* cl. ibid. 1322. tum Bacch. 2. *Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη.* Vide adn. meam ad Helen. 568. p. 78 ed. Goth. alt. et Rost gr. Gr. §. 117. 4. adn. b. p. 597.

Ibid. *τὸ καλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων*] Haec verba per parenthesin ita dicuntur, ut extra ipsam Calchantis orationem posita sint, atque ex v. 16. ad ea complenda adsumendum sit *Κάλχας λέγει τάδε.* Ceterum a plerisque fabularum auctoribus alia causa laesae ab Agamemnone Dianae, quod eius cervam occidisset aut gloriatus esset se vincere feriendo numen ipsum, traditur. Euripidem tamen sequitur etiam M. Tullius, qui rem ipsam breviter sic rettulit de officiis III. 25, 95. quid? Agamemnon quom devovisset Dianae quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulcrius?

V. 25. *ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως*] simulatione nuptiarum cum Achille ineundarum. Vide Iphig. Aul. 100. *Γράψας ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν Πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ὡς γαμουμένην — Ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον.* et infra v. 209. et 838 sqq.

μεταρσία ληφθεῖσ' ἑκαινόμην ξίφει·
ἀλλ' ἐξέκλεψεν ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου
Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς, διὰ δὲ λαμπρὸν αἰθέρα
πέμψασά μ' εἰς τήνδ' ᾤκισεν Ταύρων χθόνα,
οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος
Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς
εἰς τοὔνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν.
ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με·
ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ

V. 27. post *μεταρσία* maior interpunctio est in Cod. *B.*
V. 29. *Ἀχαιοὺς* de coniectura sua Nauckius.
V. 31. *γύαις ἀνάσσει* suspicatur Nauckius.
V. 34. *ἱέρειαν* Cod. *B.*
V. 35. *τοῖσιδ'* (*τοῖσιν* a sec. m.) Cod. *B.* *τοῖσιν* [Cod. *C.*]

V. 27. *ἑκαινόμην ξίφει*] in eo erat, ut trucidarer. Vide infra 360. *οὔ μ' ὥστε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι Ἔσφαζον.* et conf. Rost gr. Gr. §. 113. 3. adn. 5. p. 576.

V. 28. *ἀλλ' ἐξέκλεψεν*] »Reiskius *ἐξέκλεψέ μ'*. Sed pronomen non necessarium, quom statim sequitur *μου* et brevi post *πέμψασά μ'*.« A. SEIDLERUS. Debebat hoc addere vir doctissimus, iam etiam verbo *ἑκαινόμην* ad quam personam res pertineret satis fuisse indicatum. Nam inde ut a filo reliqua oratio suspensa est.

V. 31. *οὗ γῆς ἀνάσσει*] G. Hermannus coniungenda esse *οὗ γῆς* non putat, sed *γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι*, quod esset *γῆς ἄναξ ἐστὶ βαρβάροις*, adsentientemque habet Schoenium. Sed tamen tantum abest ut haec ratio probari possit, ut eo modo illa, quae aptissime inter se coniungenda erant, dissolvantur et misere dilabantur. Et verba *οὗ γῆς* quidem recte inter se coniungi posse notum est — saepe enim *οὗ* cum genetivo coniungitur, qua de re vide G. H. Schaeferum App. Demosth. IV. p. 120. Rost. gr. Gr. p. 542 sq. —, *βαρβάροισι βάρβαρος* autem deinceps aptius componitur, ut et rex et ii, qui regnentur, pariter barbari esse videantur, quasi nostra lingua dicas: wo zu Lande Thoas ein Barbar über Barbaren seine Herrschaft übt. Accedit huc etiam illud, quod *ἀνάσσειν* cum genetivo quidem et pro renata etiam cum dativo construitur, nunquam tamen alias duos istos casus simul adsciscit.

V. 32. *Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς*] Permirum est statuere Euripidem Thoanta barbarum regem a Graeco verbo *θοάζειν* esse appellatum. Placuerunt tamen poëtis tragicis eiusmodi interpretationes nominum quamvis falsissimae, qua de re dixi ad Phoen. 27. p. 20. ed. Goth. et rursus de simili quidem causa ad eiusdem fabulae v. 639. p. 115.

V. 35 sqq. quae hic leguntur verba usque adv. 39. nescio an graviore corruptela laborent. Interea ego sic haec verba constitui, ut aliquam certe probabilem sententiam in se continere videantur. Illud enim iam recte G. Hermannus perspexerat *ὅθεν* spectare ad id verbum, quod ad Iphigeniam

Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον,
τὰ δ' ἄλλα σιγῶ τὴν θεὸν φοβουμένη·
θύειν γὰρ ὄντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει,
ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ,
κατάρχομαι μέν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει 40
ἄῤῥητ' ἔσωθεν τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.
ἃ καινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα,
λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τόδ' ἐστ' ἄκος.
ἔδοξ' ἐν ὕπνῳ τῆσδ' ἀπαλλαχθεῖσα γῆς

V. 38. θύ (sed υ mutatum in ει a pr. m.) Cod. *B.*, unde Kirchhoffius *θείου* scripsit. *θύω* [Cod. *C.*], id quod vulgo habetur in exemplis. *θύειν* scripsi de coniectura mea. In eandem coniecturam incidisse video *Kvícalam.*

ipsam pertineret, ut mihi voce *κατάρχομαι μέν* denique oratio quamvis *ἀνακολούθως* rursus suscipi visa sit.

V. 36. *ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον*] Solemne sacrum ait G. Hermannus respici, cuius nomen *Ταυροπόλια* fuisse ipse suspicatur ex huius fabulae v. 1428.

V. 37. *τὰ δ' ἄλλα σιγῶ τὴν θεὸν φοβουμένη*] Quod nuper Nauckius et Schoenius scripserunt: *τὰ δ' ἄλλα — σιγῶ, τὴν θεὸν φοβουμένη*, id nullo modo possum probare propterea, quia sic ea, quae aptissime coniungenda erant, discerpuntur, ut actio in hoc versu esse videatur atque declamatio, quae ab hoc loco plane abhorreat. Simplicissima enim oratio haec est: cuius diei festi solum nomen pulcrum est, reliqua vero (nempe eius diei) taceo deam reverens. Eodem plane modo hoc hemistichio etiam Aeschylus usus est in Agamemn. 36. *τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας Βέβηκεν*, ad quem locum vide quae adnotavit Schneidewinus huius quoque loci non immemor p. 8.

V. 38. sq. *θύειν γὰρ — ὃς ἂν κατέλθῃ*] Particula *γὰρ* orationem incohatam, sed postea omissam rursus suscipi Handio auctore recte videtur G. Hermannus pronuntiavisse, quibuscum ita consentio, ut quod illi ad verbum *θύω* — sic enim olim scriptum fuit — pertinere putaverunt, ego ad verbum *κατάρχομαι* pertinere censeam. Nam scripsi pro *θύω*, quod ne in libris quidem manu scriptis uno modo legitur, *θύειν*, ut haec sententia huius loci sit: Unde equidem ritu eo, quo gaudet dea Diana die illo festo, cuius praeter nomen nihil est pulcrum, reliqua vero taceo deam reverita: quom enim iam antea hic mos in civitate esset receptus sacrificandi, quicunque Graecus homo in hanc terram venisset, initium quidem ego immolandi facio etc. De ritu autem illo, quem vult tacere Iphigenia deam reverens, vide quae rettulit Herodotus IV. 103. illo loco, quem posui in prooemio p. 13.

V. 43. *λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τόδ' ἐστ' ἄκος*] De his, qui omnino hoc modo lugerent et solacium malorum su-

οἰκεῖν ἐν Ἄργει, παρθένοισι δ' ἐν μέσαις 45
εὕδειν, χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ,
φεύγειν δὲ κἄξω στᾶσα θριγκὸν εἰσιδεῖν
δόμων πίτνοντα, πᾶν δ' ἐρείψιμον στέγος
βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν.

V. 44. habet Scholiastes Aeschyli Pers. 179. — ἔδοξεν Cod. *C.* et Schol. Aesch.

V. 45. παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις de Ier. Marklandi coniectura Kirchhoffius et Nauckius.

V. 50. ἐλήφθη στύλος Cod. *B.* ἐλείφθη Cod. *C.* Kirchhoffius proposuit: μόνος δὲ λειφθεὶς στῦλος εἰς ἔδοξέ μοι Δόμων

orum quaererent, M. Tullius Disput. Tusc. III. 26, 63. haec habet: Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui delectat, ut illa apud Ennium nutrix: Cupido cepit miseram nunc me proloqui Caelo atque Terrae Medeaï miserias, quibus ille verbis expresserat Euripidis verba de Medea 56 sqq. ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος, Ὥστ' ἴμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ Λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας. Adde Androm. 91 sqq. ἡμεῖς δ' οἷσπερ ἐγκείμεσθ' ἀεὶ θρήνοισι καὶ γόοισι καὶ δακρύμασι, πρὸς αἰθέρ' ἐκτενοῦμεν κτέ. et conf. quae adnotata sunt et ad h. l. p. 32. ed. Goth. alt. et ad Med. l. c. p. 19. ed. Goth. alt. Maximo autem opere illi, qui visis somniorum vexati fuerant, quae somniis portenderentur mala, hoc modo avertere studuerunt, cuius rei testem fecerunt Sophoclem Electr. 424. τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ Δείκνυσι τοὔναρ, ἕκλυον ἐξηγουμένου, ad quem locum Scholiastes: τοῖς γὰρ παλαιοῖς ἔθος ἦν, inquit, ἀποτροπιαζομένους τῷ ἡλίῳ διηγεῖσθαι τὰ ὀνείρατα. Vide quae Bruncknius ad eum locum attulit huius ipsius loci Euripidei non immemor p. 524. ed. Both.

V. 45. παρθένοισι δ' ἐν μέσαις] Hanc librorum auctoritatem recte A. Seidlerus et G. Hermannus tutati sunt. Solebant enim regiae puellae coetu puellarum stipari, quae virgines non solum interdiu earum comites et ministrae essent, verum etiam una cum dormientibus essent, ut, si quid opus esset etiam noctu, praesto essent atque administrarent. Seidlerus adsimulavit Phoen. 1718., ubi nunc ἄθλιαι, non ἄθλιοι, tueor et rursus eiusdem fabulae v. 1740.

V. 46. χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ] Repetito litterae *σ* sibilo videtur et hic Graeca oratio luxuriari et in Sophoclis Antig. 163. τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ Πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν., quem locum expressit Plutarchus Fab. Max. c. 27., ubi de Scipione dicit: τὴν ἡγεμονίαν ὡς ἀληθῶς πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσαν ὤρθωσαν πάλιν. De sigmatismo autem Euripidis vide infra v. 750. et quae ad eum locum adnotata sunt.

V. 48. πᾶν δ' ἐρείψιμον στέγος κτέ.] Quod Reiskius atque Marklandus ἐρέψιμον scribi voluerunt, ut id ad tectum tantummodo pertineret, recte A. Seidlerus adlata He-

μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος, ὡς ἔδοξέ μοι.
δόμων πατρῴων, ἐκ δ' ἐπικράνων κόμας
ξανθὰς καθεῖναι, φθέγμα δ' ἀνθρώπου λαβεῖν,
κἀγὼ τέχνην τήνδ' ἣν ἔχω ξενοκτόνον
τιμῶσ' ὑδραίνειν αὐτὸν ὡς θανούμενον
κλαίουσα. τοὔναρ δ' ὧδε συμβάλλω τόδε·

πατρῴων ἐξ ἐπικράνων κτέ. accepto εἰς a R. Porsono, qui scribendum coniecerat: μόνος λελεῖφθαι στῦλος εἰς ἔδοξέ μοι.

V. 52. καθεῖναι Brodaeus. καθεῖμαι libri.

V. 54. ὑδραίνειν Musgravius. ὕδραιον (ὕδραινον sec. m.) Cod. *B*. ὕδραινον [Cod. *C*.]

sychii glossa: ἐρίψιμα (lege ἐρείψιμα)· πτώσιμα, docuit ἐρείψιμον, ut quod esset ab ἐρείκω ductum, multo huic loco convenientius esse.

V. 50. μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος] Quod nuper Kvíčala coniecit scribendum: μόνος λελεῖφθαι στῦλος, ὡς ἔδοξέ μοι κτέ. adsimulans Aeschyli Pers. 183 sqq. ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε — εἰς ὄψιν μολεῖν — — τοὐπιτῷ στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν, τεύχειν ἐν ἀλλήλαισι, propterea ferri non potest, ut omittamus asyndeton huic loco minus conveniens, quod non ἔδοξεν hoc loco dictum erat v. 44, sed ἔδοξα, ut tamen dissimilis sit Aeschyleus locus huic Euripideo. Non igitur ausus sum scripturam testatam libris mutare. Verbo autem finito haec altera somnii pars, id quod sua ratione voluit effici Kvíčala, magis effertur. Ceterum vide quae mox dicturus sum d v. 52.

V. 51. ἐκ δ' ἐπικράνων] ex capitulis vero columnae. Vide Eustathium ad Il. VII. p. 582, 44. (700, 64), ἐπίκρανον, ὅπερ ἐστὶ κεφαλὴ κίονος. et Pindarum apud Strabon. X. p. 743. A. ἂν δ' ἐπικράνοις σχέθον πέτραν ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες. Conf. Porsonum ad Hec. 782. p. 57. ed. Germ. tert. Neque enim quidquam in eo haerendum est, quod dicitur hoc loco ἐπικρᾱνων longa tertia ab extrema syllaba, quom positio eiusmodi nascatur saepe etiam in vocabulis non coniunctis.

V. 52. καθεῖναι] Ad hunc et sequentes infinitivos adsumendum erit ex oratione superiore ἔδοξέ μοι, quae vox, quoniam omnis narratio ad somnium pertinet, etiam si constructio orationis supra aliter instituta est, facile tamen suppleri et cogitatione adsumi potest. Est enim ea ipsa vox somniorum narrandorum propria, quode exposuit Scholiastes Aeschyli Pers. 179. De mutata autem constructione orationis conf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 549. adn. 2. p. 1059. ed. alt.

V. 53. τέχνην — τιμῶσ'] τιμᾶν τέχνην non solum est exercere artem, verum una etiam est honorem ei habere, ut Latine recte reddi possit colere, in honore habere. Conf. Troad. 1200. οὓς Φρύγες νόμους Τιμῶσιν.

V. 55. τοὔναρ δ' ὧδε συμβάλλω τόδε] συμβάλλειν hoc loco est interpretari somnium et quid eo signifi-

τέθνηκ' Ὀρέστης, οὗ κατηρξάμην ἐγώ.
στῦλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες·
θνήσκουσι δ' οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί.
οὐδ' αὖ συνάψαι τοὔνομ' εἰς φίλους ἔχω·
Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς, ὅτ' ὠλλύμην ἐγώ. 60
νῦν οὖν ἀδελφῷ βούλομαι δοῦναι χοὰς

V. 57. *παῖδές εἰσιν* Artemidorus II. 10. Stob. flor. LXXVII. 3. III. p. 88. Menandri mon. 713. Suidas I. 2. p. 693. *εἰσὶ παῖδες* libri Euripidis.

V. 58. *βάλωσ' ἐμαί* Scaliger. *βάλωσί με* libri. Ante *ὡς* pro *οὓς* Cod. *B*.

V. 59. *ἐς* Cod. *B*. Ceterum hunc et sequentem versum Nauckius pro suspectis habuit.

cetur coniicere. De activo verbi *συμβάλλειν* in eiusmodi locis dixit Dissenius ad Pindari Nem. XI. 33. vol. II. p. 519. ed. Goth. pr.

V. 58. *οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί*] Pertinent haec ad id Iphigeniae officium, quod supra v. 54. verbo *ὑδραίνειν* erat significatum. Musgravius adsimulavit Ovidii ex Ponto III. 2, 73. Sparsit aqua captos lustrali Graia sacerdos. Infra 428. *δρόσος αἱματηρὰ* dicitur aqua lustralis. conf. etiam huius fabulae v. 607.

V. 59. *οὐδ' αὖ συνάψαι τοὔνομ' κτέ.*] Recte G. Hermannus paullum tacuisse cogitabundam Iphigeniam adnotavit, prius quam haec verba pronuntiaret, id quod proderetur *οὐδ' αὖ* particulis. Aliter enim diceret *οὐ γάρ*. Vide quae ego de coniunctis particulis *οὐδ' αὖ* explicavi ad Devarium vol. II. p. 209 sq. Quod autem Musgravio prave argumentari erat visa Iphigenia, cui nuper accessit etiam Nauckius, ei iure iam Seidlerus haec rettulit: 'Nostrum locum quod attinet, Iphigenia sibimet ipsa obiicit: At fortasse hoc somnium spectat ad propinquos meos. Non est, inquit; de propinquis meis equidem somnium non possum explicare; nam qui solus ex propinquis meis filium habere posset, Strophius, is certe tum, quom ego perirem, nondum habebat. Ac vere sic argumentatur; nam Menelaus neque habebat tunc filium, neque, si habuisset, ab Iphigenia curabatur.' Haec ille. Ego autem hoc adiicio, eo ipso, quod de Strophii filio hoc loco denegetur, tamen iam aliquid de hoc ipso significari et quodam modo praeparari id, quod deinceps agetur v. 889 sq. Et haec ipsa videtur causa fuisse, quamobrem poëta Iphigeniam haec verba dicentem faceret.

V. 62. *παρὸν δ' ἀπόντι*] ego, quae (hic) adsum, ei, qui abest (hinc). Nihil opus est aut Badhami coniectura *ἀποῦσ' ἀπόντι*, aut Kvičalae *πορουῦσ' ἀπόντι*.

V. 64. *ἀλλ' ἐξ αἰτίας οὔπω τίνος πάρεισιν;*] Quod iure Marklando auctore receperat Seidlerus pronomen interrogativum *τίνος* pro *τινός*,

παρουσ' ἀπόντι, ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν,
σὺν προσπόλοισιν, ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ
Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ' ἐξ αἰτίας
οὔπω τίνος πάρεισιν; εἶμ' εἴσω δόμων
ἐν οἷσι ναίω τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.

V. 62. παρουσ' ἀπόντι Canterus. παροῦσα παντὶ libri. ἀποῦσ' ἀπόντι de Badhami coniectura Nauckius.

V 65. τινὸς libri, τίνος Marklandus. Dein εἶμ' εἴσω G. Hermannus. εἶσ μ' εἴσω (εισ ἔμ' εἴσω m. sec.) Cod. *B.* ἐς ἔμ' εἴσω [Cod. *C.*]

V. 67. φυλάσσου libri. φύλασσε de Elmsleii praecepto Nauckius. Vide adnot. exeget.

id quom improbasset A. Matthiae, recte G. Hermannus tutatus est. Imbecilla enim esset oratio dominae, si id quod sub oculos cadit, nondum adesse famulas, tam simplici oratione pronuntiaret. Illa debebat mirari potius quod esset quamobrem non adessent famulae, quae semper praesto esse debebant. Illud vero rectissime G. Hermannus una observavit, εἶμ' εἴσω κτέ. scribendum esse, ut causa constaret, quamobrem iam vacua personis scaena esset. Volt enim Iphigenia iam intus in domo videre, cur non procedant famulae. Aedes autem sacerdotum et aeditimorum erant ad templa, non in ipsis templis deorum.

V. 67. sqq. Iam sequitur altera pars prologi vel potius prolusio quaedam, quae, ut Iphigeniae oratio ipsum argumentum fabulae descripsit, sic actionem potius praeparet eo, quod primum Orestes et Pylades inter se colloquuntur, qui speculantur quemadmodum signum Dianae auferre e Taurica terra possint v. 67—122. Postquam hi a scaena recesserunt, chorus procedit in orchestram in ipsa Dianae Tauricae appellatione aperiens quibus personis constet ipse, deinceps, ubi in scaenam advenit Iphigenia, ille quamobrem vocatus sit requirit v. 123—141. Sacerdos denuntiat choro se fratri, quem mortuum in somnio sibi visa erat vidisse, inferias facturam esse, et lugubri carmine hoc ipsum iam agit, cui ita subservit chorus, ut ipse quoque cumulatas Pelopidarum miserias deploret v. 142—194. Hunc rursus Iphigenia ita excipit, ut miseram condicionem, qua victimas humanas suscipere coacta sit, queratur auctasque aerumnas sortis suae esse dicat eo, quod iam fratrem deplorare debeat v. 195—226.

V. 67. φυλάσσου μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν] Quod Elmsleius hic φύλασσε potius quam φυλάσσου scribi voluit adlatis duobus locis, uno Euripidis de Iphig. Aul. 145. λεῦσσε, φυλάσσων, μή τίς σε λάθῃ κτέ., altero Xenophontis e Graeca historia V. 4, 28. τοῦ δ' ὄρθρου ἀναστὰς ἐφύλαττε, μὴ λάθῃ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐξελθών., id quanquam nuper A. Nauckius recepit, tamen minime pos-

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὁρῶ, σκοποῦμαι δ' ὄμμα πανταχοῦ στρέφων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ' εἶναι θεᾶς,
ἵνθ' Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔμοιγ', Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.

V. 68. πανταχῇ ed. Cantabrig.

V. 69. de hoc et sequ. verss. conferri iubet Kirchhoffius I. Malalam V. p. 136.

V. 70. de Badhami sententia suppositicium esse Nauckius existimavit. Vide adnot. exeget.

sum comprobare propter ipsam sententiam. Illis enim locis rectissime genus verbi activum φυλάσσειν in eiusmodi causa ponitur, ubi res illa, de qua agitur, ad salutem eius personae, de qua usurpatur verbum, aut plane non pertinet aut certe non revocanda videtur. Quom autem hoc loco utrique personae, et Oresti et Pyladae, summum periculum nascatnr, si quis adsit eosque conspiciat Graecos homines, recte atque ordine Euripides eo verbi genere usus est, quo res ad ipsam personam, cui cavendum est, pertinere significaretur, dixitque φυλάσσου. Ut enim φύλασσειν est cavere, sic φυλάσσεσθαι est sibi cavere. Et Aeschyli quidem locum Choeph. 912. ed. Herm. ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας. ipse Elmsleius attulit, saepe vero etiam ab aliis scriptoribus φυλάσσεσθαι μή usurpatur, veluti a Xenophonte Exped. Cyri II. 2, 16. οὐ μέντοι οὐδ' ἀπέκλινε, φυλαττόμενος, μὴ δοκοίη φεύγειν. cl. ibid. 4, 16. καὶ κελεύουσι φυλάττεσθαι, μὴ ὑμῖν ἐπιθῶνται τῆς νυκτὸς οἱ βάρβαροι. et Discipl. Cyri II. 1, 16. III. 1, 30. Vide Rost gr. Gr. §. 122. 11. a. p. 663. ed. sept. Respondet vero etiam Pylades eodem fere modo: ὁρῶ, σκοποῦμαι δ' ὄμμα πανταχοῦ στρέφων, ut etiam a concinnitate orationis φυλάσσου potius quam φύλασσε commendetur.

V. 69 sqq. Propter legem στιχομυθίας, quam G. Hermannus ea descriptione versuum, quae vulgo in libris est, violatam putavit, alio tempore alium ordinem versuum esse voluit, ut longum esse videatur eius disputationes persequi. Contra nuper Nauckius de Badhami quidem sententia sic huic loco mederi studuit, ut versum 70. suppositicium esse pronuntiaret. Mihi neglecta στιχομυθίας ratio propterea videtur, quod Pylades non patitur Orestem orationem ad finem perducere. Nam qui deinceps sequitur versus: καὶ βωμός, Ἕλλην οὐ κατασταίζει φόνος; is aptissime cum superiore Orestis oratione cohaeret. Apparet igitur adsensionem Pyladae: ἔμοιγ', Ὀρέστα, σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών, subito fieri ac prius quam Orestis oratio absoluta fuerit, deinceps vero iustum cursum colloquii nasci et alternis versibus inter se colloqni amicos. De causis neglectae στιχομυθίας legis aliquoties dicendi opportunitas nobis facta est, velut ad Alcest. 818 sqq. p. 110. ed.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ βωμὸς Ἕλλην οὐ καταστάζει φόνος;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ' ἕχει θριγκώματα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τῶν κατθανόντων γ' ἀκροθίνια ξένων.

V. 73. θριγκώματα Ruhnkenius epist. crit. II. p. 208. θριχώματα Cod. *B.* τριχώματα Cod. *C.* Vide adnot. exeget.
V. 75. γ' Lud. Dindorfius, τ' libri.

Goth. alt. ad Heraclid. 677 sqq. p. 96. ed. Goth. alt. ad Helen. 704 sq. p. 94. ed. Goth. alt.

Nuper etiam Kvičala vulgatum versuum ordinem defendit recte illud admonens post v. 68. iam procedere propius ad templum Pyladem et Orestem et hinc novum colloquium et novam στιχομυθίας rationem nasci, quae deinceps recte ab utraque persona obtineretur.

V. 70. ἔνθ' Ἀργόθεν — ἐστειλάμην;] Recte A. Seidlerus hoc vidit, haec verba non quo advenimus sed quo tetendimus, quo appellere consilium fuit significare. Versum autem necessarium esse recte dixit Kvičala propterea, quod poëta spectatoribus indicari voluerit, non casu, sed de industria venisse Graecos, quorum etiam nomina, quoniam hae personae, id quod alias plerumque fieri solet, a choro denuntiari non poterant, hoc colloquio auditoribus aperuerit.

V. 71. σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών] Id est, tibi idem videri oportet, ut recte vertit G. Hermannus, non ut A. Matthiae voluit: tibi autem me adsentiri oportet.

V. 73. θριγκώματα] Ex hoc maxime loco, credo, apparet nihil nimium leve in re critica videri posse. Nam ex quo cognitum est in Cod *B.* legi θριχώματα, non τριχώματα, quod est in Cod. *C.*, nemo dubitabit quin θριγκώματα vera scriptura sit, quam multis inutilibus conatibus corruperunt critici; quanquam iam ex iis, quae v. 74. dicuntur: θριγκοῖς ὑπ' αὐτοῖς κτέ. apparet, vix aliud antea scriptum esse potuisse ab Euripide nisi θριγκώματα. Illud enim θριγκοῖς ὑπ' αὐτοῖς, dici non poterat nisi praecessit aliquid, quod ad θριγκοὺς pertineret; id ipsum autem est θριγκώματα.

V. 74. σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα] Recte Schoenius animadvertit Graecum morem spectare Euripidem, revera autem ipsos Tauros atrocius ornasse fanum, cl. Ammian. Marcell. II. 8, 34 (non 24). Dis enim hostiis litantes humanis et immolantes advenas Dianae, quae apud eos dicitur Oreiloche, caesorum capita fani parietibus praefigebant, velut fortium perpetua monumenta facinorum.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.
ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' αὖ τήνδ' ἐς ἄρχυν ἤγαγες
χρήσας, ἐπειδὴ πατρὸς αἷμ' ἐτισάμην,
μητέρα κατακτάς; διαδοχαῖς δ' Ἐρινύων
ἠλαυνόμεσθα φυγάδες, ἕξεδροι χθονός, 80
δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.
ἐλθὼν δὲ σ' ἠρώτησα πῶς τροχηλάτου
μανίας ἂν ἔλθοιμ' εἰς τέλος πόνων τ' ἐμῶν,
οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα.

V. 76. auctore Reiskio Kirchhoffius fortasse verbis Pyladae addendum censet.

K. 78. *ἐπεὶ γὰρ* Marklandus, quo recepto v. 82. *ἐλθὼν σ' ἐπηρώτησα* Kirchhoffius scribendum esse existimavit. Mox *αἷμ' αἰτησάμην* a pr. m. Cod. *B*.

V. 79. *ἐρινύων* Cod. *B*.

V. 82. Nauckius *ποινηλάτου* pro *τροχηλάτου* proposuit.

V. 76. *ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών*] Hac oratione Orestes legitima *στιχομυθίας* ratione observata iam diligenter cavere iubet, ne commune consilium, quod ceperant, eludatur; videturque oratio aliquamdiu intermissa esse, ut recte vidit Kvícala, priusquam Apollinem appellaret Orestes. Fortasse etiam aliquantisper se circumspiciens recesserat Pylades, quem denique v. 94 sqq. rursus appellat Orestes. Certe debebat Orestes alio statu esse, quom Apollinem appellaret, alio quom Pyladem.

V. 77. *Ὦ Φοῖβε ποῖ μ' αὖ — χρήσας*] Non enim Orestes solum caedem Aegisthi et Clytaemnestrae matris auctore Apolline perfecerat, verum etiam postea eiusdem dei oraculo permotus hoc ipsum iter ad fanum Dianae Tauricum susceperat.

V. 80. *ἕξεδροι χθονός*] *ἕξεδρος χθονὸς* est ita sede sua privatus, ut iam exsul sit.

V. 81. *καμπίμους*] „Hesychius: *κάμπειος δρόμος, οὐκ εὐθύς, οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ κάμπας ἔχων.*" CH. D. BECK.

V. 82. *τροχηλάτου μανίας*] Quod Nauckius coniecit *ποινηλάτου*, id ego minime accipio. *τροχήλατος μανία* dicitur hic, quod praecessit: *δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους*. Furore enim ita agitatur Orestes quasi rota, quae circumvolvitur ac semper in cursu est. Conf. Orest. 36. *τὸ μητρὸς αἷμα νιν τροχηλατεῖ Μανίαισιν*. et quae ad eum locum adnotavi p. 35., ubi etiam huius ipsius loci habita ratio est.

V. 84. *οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα*] Quod infra v. 1425 sq. verbis quidem similibus dicitur: *ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς πόνων τε σῶν, Οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα Οἴστροις Ἐρινύων.*, Marklando auctore multi fuerunt, qui hunc versum suppositum esse contenderent. Qui-

σὺ δ' εἶπας ἐλθεῖν Ταυρικῆς μ' ὅρους χθονός,
ἔνθ' Ἄρτεμίς σοι σύγγονος βωμοὺς ἔχει,
λαβεῖν τ' ἄγαλμα θεᾶς, ὅ φασιν ἐνθάδε
εἰς τούσδε ναοὺς οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο·
λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν ἢ τύχῃ τινί,
κίνδυνον ἐκπλήσαντ', Ἀθηναίων χθονὶ
δοῦναι· τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐρρήθη πέρα·
καὶ ταῦτα δράσαντ' ἀμπνοὰς ξξειν πόνων.
ἥκω δὲ πεισθεὶς σοῖς λόγοισιν ἐνθάδε
ἄγνωστον εἰς γῆν, ἄξενον. σὲ δ' ἱστορῶ

V. 84. huc e v. 1455. revocatum auctore Marklando multi critici existimaverunt. At vide adn. exeget.
V. 86. *σοι σύγγονος* Kirchhoffius. *σὺ σύγγονος* libri. *σὴ σύγγονος* ex antiqua correctione vulgo legebatur.
V. 87. *οὐνθάδε* de Marklandi sententia G. Hermannus.
V. 91. *πέρα* Brodaeus. *πέρας* libri.
V. 94. *ἄξενον* Aldus. *ἄξεινον* libri.

bus ego adsentiri nullo modo possum. Ac de repetitis similibus aut eisdem plane versibus aliquoties ad has Euripidis fabulas dicendi locus fuit, ut ad Phoen. 759. p. 131 sq. ed. Goth. ad Med. 40 sq. p. 17. et rursus ad eandem fabulam v. 468 p. 56. ed. Goth. alt. et ad Alcest. 312 sqq. p. 64 sqq. ed. Goth. sec. Hoc autem loco iam propterea hic versus inutilis non est, quod Graeciae a se peragratae mentionem Orestes facere debebat, ut profectionem in fines Taurorum ipsam quoque Apollinis oraculo susceptam opponere posset. Quamobrem quom verba nihil eiusmodi in se contineant, quod in una fabula pro re nata non bis dici potuerit, non dubito quin haec verba iniuria in interpolationis suspicionem adducta sint.

V. 85. *σὺ δ' εἶπας ἐλθεῖν*] "*Εἶπας*. Recte Barnesius explicat *ἐκέλευσας* comparans Hec. 554. et Iphig. Aul. 95." A. SEIDLER.

V. 87 sqq. *ὅ φασιν — οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο*] Hinc infra v. 949. *διοπετὲς ἄγαλμα* appellatur.

V. 91. *τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐρρήθη πέρα*] „*ἐρρήθη* explica mandatum est ut supra v. 85. *εἶπας* habuimus pro *ἐκέλευσας*. Praeter haec nihil mandatum est, et haec illa esse, quae si fecissem, habiturus essem laborum requiem." A. SEIDLER. Ceterum recte *τὸ δ' ἐνθένδ'* una cum G. Hermanno Elmsleius coniungendum esse vidit, comparans Sophoclis Oed. Col. 476. *Εἶεν· τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή;* et *τοὐνθένδε*, quod saepe pro adverbio est apud Euripidem, velut in Med. 1167. *τοὐνθένδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν*. et in Hippol. 1185. *τοὐνθένδε πᾶς ἀνὴρ ἠπείγετο*. et saepe alias. De *πέρα* adsimulavit Marklandus infra v. 539. et Hippol. 1033, tum Pausaniae IV. 3, 4. *πέρα δ' ἐδήλωσέν οὐδὲν ἔτι.*

V. 94. *ἄγνωστον εἰς γῆν, ἄξενον*] Gaisfordius *ἄγνω-*

Πυλάδη, σὺ γάρ μοι τοῦδε συλλήπτωρ πόνου, 95
τί δρῶμεν; ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς
ὑψηλά; πότερα δωμάτων προσαμβάσεις
ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν λάθοιμεν ἄν;
ἢ χαλκότευκτα κλῆθρα λύσαντες μοχλοῖς;
ὧν οὐδὲν ἴσμεν· ἢν δ' ἀνοίγοντες πύλας 100
ληφθῶμεν εἰςβάσεις τε μηχανώμενοι,
θανούμεθ'. ἀλλὰ πρὶν θανεῖν νεὼς ἔπι
φεύγωμεν, ἧπερ δεῦρ' ἐναυστολήσαμεν.

V. 98. *πῶς* (*ἄν* add. m. sec.) *οὖν* Cod. *B*. *πῶς ἄρ' οὖν* Cod. *C*. *λάθοιμεν* Reiskius et, ut videtur, Cod. *B*. *μάθοιμεν* Aldus et [Cod. C.]

V. 100. *ὧδ' οὐδὸν ἕσιμεν* Badhamus, quem Nauckius sequutus est, qui ipse tamen *θύραθεν ἕσιμεν* proposuit.

στος εἰς γῆν ἄξενον scribendum coniecerat, cui P. Elmsleius adsensus est. Mihi *ἄγνωστον* recte ad terram potius ipsam videtur referri: nam praeterquam quod terra erat incognita, in qua ipsi erat facile periclitari, erat etiam inhospitalis, quae quidem ipsa notio quoniam magis etiam efferenda ac premenda erat, Homerica illa *παρατάξει* in extremo enuntiationis loco adiuncta est.

V. 97. *προσαμβάσεις*] Recte haec vox in unum contracta est. *Προσαμβάσεις* respondent plane Latinorum ascensibus, qui sunt gradus aut scalae, quibus in superiorem locum ascenditur, vide Vitruv. II. 8, 1. V. 6, 2. Mihi autem haec prima interrogationis pars ad aedes eas pertinere videtur, in quibus homines habitabant, quae erant ad templum Dianae, undeque probabile est etiam fanum ipsum adiri potuisse, ut non sine idonea causa Iphigenia supra v. 65 sq. hoc quasi praeparans dixerit: *εἰμ' εἴσω δόμων ἐν οἷσι ναίω τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς*.

V. 99. *ἢ χαλκότευκτα κλῆθρα λύσαντες μοχλοῖς;*] Hoc mihi ad ipsius templi fores, pertinere videtur, quae erant ferratae et reclusis repagulis aperiendae erant, similiter ut in Aeschyli Choëph. 866. dicitur: *πύλας μοχλοῖς χαλᾶτε*.

V. 100. *ὧν οὐδὲν ἴσμεν*] Si haec verba, pro quibus etiam scribi possit *ὧν οὐδὲν ἔχομεν*, integra atque incorrupta sunt, mihi videntur eodem modo dici, quo supra *πῶς ἂν οὖν λάθοιμεν ἄν*, ut interrogationis signum post *μοχλοῖς* fecerim et sententia nascatur huiusmodi: Quod ideo fieri non potest, quoniam nihil earum rerum omnium novimus. Sed ingenue fateor de hac explicatione totius loci vehementer dubitari posse et locum graviorem in modum mihi videri adfectum. His scriptis eam rationem cognovi, qua Kvíčala huic loco mederi voluit, qui recepta Badhami coniectura *ὧδ' οὐδὸν ἕσιμεν*, totum locum sic restitui voluit: *πότερα δωμάτων προσαμβάσεις Ἐκβησόμεσθ' ὅπως ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν, εἰ χαλκότευκτα κλῆθρα λύσαντες μοχλοῖς, ὧδ' οὐ-*

ΠΥΛΑΔΗΣ.

φεύγειν μὲν οὐκ ἀνεκτὸν οὐδ' εἰώθαμεν·
τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐ κακιστέον.
ναοῦ δ' ἀπαλλαχθέντε κρύψωμεν δέμας
κατ' ἄντρ' ἃ πόντος νοτίδι διακλύζει μέλας,
νεὼς ἄπωθεν, μή τις εἰσιδὼν σκάφος
βασιλεῦσιν εἴπῃ κἄστα ληφθῶμεν βίᾳ.
ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,

V. 103. de hoc et seqq. verss. conferri Kirchhoffius iubet I. Malalam V. p. 136.

V. 105. θεοῦ δὲ libri. θεοῦ τε Kirchhoffius, qui deinceps οὐκ ἀτιστέον scribi posse existimat.

V. 106. ἀπαλλαχθέντε Canterus et, ut videtur, Cod. *C.* ἀπαλλαχθέντες Cod. *B.* δόμον (δέμας sec. m.) Cod. *B.* δέμας Cod. *C.*

δὸν ἔσιμεν et post ἐνανστολήσαμεν interrogationis signum fecit, Sed tamen pace viri praestantissimi profiteor mihi ne sic quidem omnem dubitationem exemptam videri, ut de hoc loco ampliandum esse videatur.

V. 104. οὐδ' εἰώθαμεν] Hac adiuncta voce Pylades hoc consequitur, ut, etiam si sese opponat voluntati Orestis, tamen eius ignaviam accusare non videatur, quom illum una secum negat hoc facere consuevisse, ut periculis obviam ire non audeant.

V. 105. τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐ κακιστέον] Kirchhoffius mihi non satis recte τὲ pro δὲ reposuisse videtur hoc loco. Lenis enim quaedam oppositionis ratio inter φεύγειν μὲν οὐκ ἀνεκτόν et τὸν θεοῦ χρησμὸν οὐ κακιστέον intercedit, et quae sequuntur verba ναοῦ δ' ἀπαλλαχθέντε κτέ. opponuntur non solum priori versui φεύγειν μὲν κτέ., verum una etiam alteri: τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐ κακιστέον. Quod autem in voce οὐ κακιστέον interpretes offensi sunt, iam A. Seidlerus opposuit οὐ κακιστέον esse fere: non contemnendum, non contumelia adficiendum est dei oraculum. Contumeliam enim fore, si oraculo diffidentes fugerent. Et recte ille quidem. Sine dubio enim malum oraculum esse indicat et vituperat is, qui id sequendum esse negat.

V. 108. νεὼς ἄπωθεν] In navis vicinia hanc ob causam versari noluisse iure ait Seidlerus, quod, si conspecta esset illa, probabile esset vicinos potissimum locos Thracas perquisituros fuisse ad hospites, qui advecti essent, inveniendos.

V. 109. βασιλεῦσιν] eis omnino, qui in imperio sunt.

V. 110. ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ] A. Seidlerus, cui adsensus est etiam G. Hermannus, ὄμμα lucem esse dixerat noctis, quam quom nox nullam haberet, esse nullam lucem, id est, tenebras. Quam explicationem quo nomine appellem nescio. ὄμμα in eius modi locis plane est Latinorum os et efficit nihil aliud nisi eius rei, cui quasi personae adiungitur, descriptionem, ut in hoc loco et in Aeschyli Pers. 426.

τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν
ἄγαλμα πάσας προσφέροντε μηχανάς.
ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν
δέμας καθεῖναι· τοὺς πόνους γὰρ ἀγαθοὶ
τολμῶσι, δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
οὕτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον,
ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἀροῦμεν πάλιν.

V. 111. τοι ξεστὸν Cod. *B.* Aldus. τὸ ξεστὸν Cod. *C.*
V. 112. προσφέροντα Cod. *B.* προσφέροντε Cod. *C.*
V. 113. σέ γ' εἴσω Cod. *B.* [*C.*] δὲ γείσα Blomfieldius. Mox ὅπῃ proponit Kirchhoffius, ὅποι χρεὼν Nauckius.
V. 114. 15. habet Stobaeus flor. XXIX. 6. t. II. p. 2. ἀγαθοὶ Porsonus. ἀγαθοὶ (*οἱ* add. m. sec.) Cod. *B.* ἀγαθοὶ Cod. *C.*
V. 116. οὕτοι libri. οὕτω de Badhami sententia Nauckius.
V. 117. ἀροῦμεν (ἄρωμεν corr. m. sec.) Cod. *B.* ἀροῦμεν Cod. *C.*
V. 118. χωρεῖν χρεὼν Scaliger. χωρεῖν νέκρων Cod. *B.* χώρει νεκρῶν Aldus et, ut videtur, Cod. *C.*

ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο fere ei respondeat, quod in Phoen. 546. dicitur νυκτὸς ἄφεγγες βλέφαρον. In eadem, qua ego me esse dixi sententia, video etiam Kvíčalam esse, qui uberius de hoc loco disputavit.

V. 111. τολμητέον τοι] Iniuria G. Hermannus de τοί particula hic dubitavit pro eaque substitui voluit σοί. At naturalem particulae τοί adseverationem, quae fere Latino sane responderet, et in apodosi saepe adhiberi et ad hunc ipsum locum aptissimam esse satis mihi demonstravisse videor ad Devarium vol. II. p. 736 sq.; ubi praeter hunc ipsum locum apposui Sophoclis locum de Philoct. 841 sqq. ed. Herm. et Euripidis de Hippol. 1038 sqq.

V. 113. ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν δέμας καθεῖναι] „Intellige sic: ὅποι δέμας καθεῖναι κενόν ἐστιν, id est, ὅπου κενόν ἐστιν, ὥστε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι. Porsonus ad Hec. 1070. non recte explicare videtur ἐκεῖσε ὅπου, Paulo post v. 119. supplendum quidem ἐκεῖσε, sed ὅποι vim suam retinet, in quem locum." A. SEIDLER. Rem ipsam recte Winckelmannus Oper. vol. I. p. 472 sq. explicavit, quod diceret suasisse Pyladem ut, per vacuum intervallum, quod inter denticulos et inter triglyphos esset, in fanum escendere conarentur. De triglyphis eorumque rationibus conf. Vitruv. IV. 2, 2 sqq. IV. 3, 1 sqq.

V. 116 sq. His versibus, quos iure Kirchhoffius et Nauckius restituerunt cui in libris dantur Oresti, ille iam adsentitur Pyladae orationi, non esse revertendum re infecta. Sententia autem ex duobus enuntiatis prorsus inter se contrariis composita ita est, ut haec eo magis adfirmetur, quo magis illa, quae proponuntur, inter se pugnare videantur. Sententia haec est: non profecto consentaneum est nos magno

ἀλλ' εὖ γὰρ εἶπας, πειστέον· χωρεῖν χρεὼν
ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας.
οὐ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' αἴτιον γενήσεται
πεσεῖν ἄχρηστον θέσφατον· τολμητέον·
μόχθος γὰρ οὐδεὶς τοῖς νέοις σκῆψιν φέρει.

ΧΟΡΟΣ.

εὐφαμεῖτ', ὦ

V. 121. *ἄχρηστον* libri. *ἄχρηστον* G. Hermannus, *ἄκραντον* Blomfieldius, quem nuper Nauckius sequntus est.

V. 123—41. in ed. Aldina et, ut videtur, in Cod. *C.* Iphigeniae adsignantur, choro restituit primus Tyrwhittus et hoc etiam Cod. *B.* videtur confirmare.

Hoc autem, quod iam sequitur, carmen melicum ex anapaestis dimetris constat non interpositis nisi duobus versibus trochaicis V. 190. et 212. et ex illo quidem genere liberiorum anapaestorum est, de quo quum apud ceteros tragicos tum apud Euripidem olim frequentissimo G. Hermannus diligenter exposuit in Element. doctr. metr. p. 371 sq., qui hoc genus anapae-

itinere huc navigando venisse, ubi vero perveneri-mus quo voluerimus, reditum parare. Non probo vero, quod Nauckius, nuper de Badhami coniectura edidit: *οὕτω — πάλιν;* Negatio enim rectissime se habet nec opus est interrogatione.

V. 119. *ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας*] Recte Seidlerus ad v. 113. vidit *ὅποι* vim suam hic obtinere, ut esset quo. Dicitur enim Graece etiam alias *κρύπτειν τι εἴς τινα τόπον*, ut in Cyclop. 616. ed. Herm. *ἤδη δαλὸς ἠνθρακωμένος κρύπτεται εἰς σποδιάν.* et in Suppl. 1206. *μάχαιραν ἐς γαίας μυχοὺς κρύψον.* Ratio autem constructionis eadem est quae in Sophoclis Antig. 228. *τάλας, τί χωρεῖς, οἱ μολὼν δώσεις δίκην.* Non enim cum verbo finito *λήσομεν*, sed cum participio *κρύψαντε* relativum *ὅποι* compositum est, plane ut *οἱ* in Sophoclis loco non ad *δώσεις δίκην*, sed ad *μολὼν* spectat. Sententia haec est: ire oportet illuc, quo si corpus condiderimus, latebimus.

V. 120. *οὐ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' αἴτιον — θέσφατον*] Propter Seidlerum et qui hunc nuper sequntus est Schoenium commemoro construenda esse verba sic: *οὐ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γε θέσφατον αἴτιον γενήσεται πεσεῖν ἄχρηστον*, ut sententia horum verborum haec sit: Non enim dei oraculum dignum erit, ut inutile iaceat, id est, ut quasi inutile abiiciatur neque eo nos utamur. Neque enim ullam video causam quamobrem *θέσφατον ἄχρηστον* non possit dici oraculum id, quod tamquam inutile negligatur, ut *ἄχρηστον* G. Hermanni, *ἄκραντον* Blomfieldii quasi inutilia commenta omittenda esse existimem.

V. 123. Chorum Graecarum mulierum captivarum fuisse ex eo genere, quae in templis administrarent, inde apparet, quod et ipsae se servas appellant v. 131., sicut Iphigenia rursus ab illis domina appella-

πόντου δισσὰς συγχωρούσας
πέτρας Εὐξείνου ναίοντες. 125
ὦ παῖ τὰς Λατοῦς,
Δίκτυννν οὐρεία,
πρὸς σὰν αὐλάν, εὐστύλων

storum et carere ait necessitate caesurae et multos continuos habere paroemiacos eosque plerumque totos ex longis syllabis factos, in iisque dixit ita spondeum regnare, ut iure anapaesti spondiaci appellari possent, quanquam eidem etiam proceleusmaticos reciperent. Sic autem totum hoc carmen in libris manu scriptis habitum est, ut qui in strophas et antistrophas conetur redigere, qua in re perficienda et A. Seidlerus et G. Hermann Acharn. 233. εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε, fortior enim adhortatio est in repetitione. Nec dissimile est illud in Ione 98. στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ' ἀγαθὸν Φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσιν Μαντεύεσθαι. Γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν. Vide E. Spanhemium ad Callim. hymn. in Apoll. 17. p. 90. ed. Ern. Ciceronem de divin. I. 45, 102. et quae ad eum locum adnotaverunt interpretes.

tur v. 175. cl. 1046., et Iphigenia eas famulas sibi a rege datas dicit v. 63. cl. v. 142. Has captivas plerasque virgines fuisse et per se probabile est — nam vetulas non fere destinarent huic ministerio — et ex v. 130. apparet, quem minime mutandum esse existimo. Etenim si in hoc coetu quaedam etiam iuvenes viduae fuerunt, id offensioni esse non poterit, quoniam qui eiusmodi captivas faciunt, non tam vitae condicionem quam aetatem mulierum spectant, ut, si infra v. 1042. dicatur de his mulieribus: καὶ τέκνων ὅτῳ κυρεῖ, id nullo modo necessitatem loci mutandi habere videatur, in quam sententiam vide quae ad eum ipsum locum disputata sint.

V. 124. ὦ πόντου δισσὰς συγχωρούσας πέτρας Εὐξ. ναίοντες] Mela II. 7, 19. Contra Thracium Bosporum duae parvae (insulae) parvoque distantes spatio et aliquando creditae dictaeque concurrere (συγχωρεῖν, ut ait Euripides) et Cyaneae vocantur et Symplegades. Vide quae ad Med. 2. adnotata sunt p. 13. ed. Goth. alt. Hic autem, quod per illa loca aditus est ad Chersonesum Tauricam, haec ipsa regio Taurorum hac appellatione adficitur, eodem modo, quo infra v. 232. dicitur: εἰς γῆν κυανέαν Συμπληγάδα, ipsique Tauri quasi illam habitantes sic appellantur: ὦ πόντου δισσὰς συγχωρούσας πέτρας Εὐξείνου ναίοντες. Conf. etiam infra v. 383. Κύανεαι κυάνεαι σύνοδοι θαλάσσας κτέ.

Ibid. εὔφαμεῖτ'] Chorus mulierum Graecarum, quae iam ad Dianae fanum evocatae a sacerdote congregantur, eos, qui haec loca colunt, iam hac voce adloquitur: εὐφαμεῖτε, favete linguis, quae usitata vox eorum fuit, qui rebus divinis, quae publice fierent, silentium imperare vellent, velut in Il. IX. 171. sq. Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε, Ὄφρα Διὶ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ', αἴ κ' ἐλεήσῃ. cl. Aeschyli Pers. 384. Ipsam formulam habes apud Aristophanem Acharn. 233. εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε, fortior enim adhortatio est in repetitione. Nec dissimile est illud in Ione 98. στόμα τ' εὔφημον φρουρεῖτ' ἀγαθὸν Φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσιν Μαντεύεσθαι. Γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν. Vide E. Spanhemium ad Callim. hymn. in Apoll. 17. p. 90. ed. Ern. Ciceronem de divin. I. 45, 102. et quae ad eum locum adnotaverunt interpretes.

ναῶν χρυσήρεις θριγκούς,
πόδα παρθένιον ὅσιον ὁσίας
κληδούχου δούλα πέμπω,
Ἑλλάδος εὐίππου πύργους

mannus multum studii operaeque posuerunt, frustra operam insumere videatur.

V. 127. δίκτυν' Cod. *C.*

V. 129. θριγγοὺς a sec. m. Cod. *B.*

V. 132. τῆς (del. man. sec.) εὐίππου Cod. *B.* τᾶς εὐιππου apogr. Pariss. et Cod. *C.* sec. Victor. τῆς εὐίππου Cod. *C.* sec. A. Matthiae.

V. 127. *Δίκτυνν' οὐρεία*] Dictynna cognomen Dianae ortum est a dea Dictynna olim in Creta culta et, quod ipsa quoque venationibus praesset, cum Dianae numine deinceps consociata, conf. Diodorum Siculum V. 75. *Βριτόμαρτιν δὲ τὴν προσαγορευομένην Δίκτυνναν μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Καινοῖ τῆς Κρήτης ἐκ Διὸς καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου τοῦ γενηθέντος ἐκ Δήμητρος· ταύτην δ' εὑρέτιν γενομένην δικτύων τῶν εἰς κυνηγίαν προσαγορευθῆναι Δίκτυνναν καὶ τὰς μὲν διατριβὰς ποιήσασθαι μετὰ Ἀρτέμιδος, ἀφ' ἧς αἰτίας ἐνίους δοκεῖν τὴν αὐτὴν εἶναι Δικτυννάν τε καὶ Ἄρτεμιν, θυσίαις δὲ καὶ ναῶν κατασκευαῖς τετιμῆσθαι παρὰ τοῖς Κρησὶ τὴν θεὸν ταύτην.* Hinc *Ἄρτεμις Δίκτυννα* saepe etiam alias commemoratur, veluti apud Pausaniam III. 24, 8. aut illa etiam *Ἄρτεμις Δικτυννατα* dicitur, velut apud eundem X. 36, 5. Vide E. Spanhemium ad Callim. hymn. in Dian. 205. p. 318 sq. ed. Ern., ubi etiam hoc ex nummo demonstratur, *Δίκτυνναν*, non *Δίκτυναν*, quemadmodum hoc loco in Cod. *C.* scriptum est, olim hoc nomen scriptum fuisse.

V. 128 sq. *εὐστύλων ναῶν χρυσήρεις θριγκοὺς*] De hoc ipso templo haec habet Ovidius, qui istam regionem oculis suis usurpavit, ex Ponto III. 2, 49. Templa manent hodie vastis innixa columnis perque quater denos itur ad illa gradus.

V. 130. *πόδα παρθένιον ὅσιον ὁσίας*] De verbis *πόδα παρθένιον* vide quae modo dicta sunt ad v. 123. De verbis autem *ὅσιον ὁσίας*, quorum alterum ad *πόδα* choragi, alterum ad *κληδοῦχον*, id est, Iphigeniam pertinet, adsimulavit Kvičala Hec. 203 sqq. *οὐκέτι δὴ Γήρᾳ δειλαία δειλαίῳ ξυνδουλεύσω.* et v. 205 sq. *μόσχον δειλαία δειλαίαν Εἰλόψει.*

V. 131. *κληδούχου δούλα*] Qui clavem alicuius rei habet, is ei est praepositus et custos datus. Hinc *κληδοῦχοι* saepe ii sacerdotes vocantur, qui singuli singulis fanis praepositi erant, conf. E. Spanhemium ad Callim. hymn. in Cerer. 45. p. 782. ed. Ern. In hoc genere infra v. 1122 sq. Iphigenia a Thoante *πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ Ἑλληνὶς* appellatur et v. 1434. a Minerva iubetur eadem *τῆσδε κληδουχεῖν θεᾶς.*

V. 132. *Ἑλλάδος εὐίππου πύργους*] Non una regio

καὶ τείχη χόρτων τ' εὐδένδρων
ἐξαλλάξασ' Εὐρώπαν,
πατρῴων οἴκων ἕδρας. 135
ἔμολον· τί νέον; τίνα φροντίδ' ἔχεις;
τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες ἄγαγες,
ὦ παῖ τοῦ τᾶς Τροίας πύργους
ἑλθόντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ
χιλιοναύτᾳ μυριοτευχεῖ 140
*Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν;

V. 134. *Εὐρώταν* Barnesius. Vide adn. exeget.
V. 137. *ἄγαγες ἄγαγες* [Cod. *C.*] *ἄγεις ἄγεις* (*ἄγαγες ἄγαγες* sec. m.) Cod. *B.*
V. 140. *μυριοτευχοῦς* Seidlerus. *μυριοτευχεῖ* Barnesius. *μυριοτεύχους* libri.
V. 141. *τῶν ἀτρειδᾶν* (articulo a manu sec. addito) Cod. *B.* *ἀτρειδᾶν* om. articulo Cod. *C.*
V. 142. *ἰὼ* G. Hermannus. *ὦ* libri.

Graeciae, veluti Argolis, id quod quibusdam visum est, hoc loco intelligi videtur, sed quom plures regiones Graeciae ab Homero iam ipso *ἱππόβοτοι* dictae essent, potuit sane Graecia omnino hac appellatione honestari, quam in sententiam etiam mox v. 134. *Εὐρώπαν* legitur in libris, non *Εὐρώταν*, quod fuerunt qui restitui vellent, ita ut etiam hic maior rei ambitus quaesitus esse videatur.

V. 133 sq. *χόρτων τ' εὐδένδρων ἐξαλλάξασ' Εὐρώπαν*] Europae hic Scythia opponitur, quae, quom illa fecundissima sit arboribus, his plane carere dicitur, in quam rem conferri possunt Herodotus IV. 61. *τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης.* et Ovidius trist. III. 12, 16. Nam procul a Geticis finibus arbor abest. Conferas etiam infra v. 211.

V. 136 sqq. haec dicit choragus, postquam in conspectum Iphigenia venit.

V. 137. *ἄγαγες*] est arcessivisti, non adduxisti. Non enim una venerunt chorus et Iphigenia.

V. 139 sq. *κλεινᾷ σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ κτέ.*] His verbis ipsum *στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν* intelligi, ut Aeschylus in Agam. 45. dixit, apparet, quemadmodum *ἀσπίς* dicitur pro *ἀσπιδοφόροις*, qua de re vide quae dixi ad Phoen. 78. p. 30 sq. ed. Goth. et alia id genus multa. Conf. Rost. gr. Gr. §. 96. 2. a. γ. p. 399. ed. sept. Non satis recte autem Bothius de adiectivo *κλεινᾷ* dubitavit, *κείνᾳ* eius loco proponens; illa enim ipsa profectio clara summo iure hic dicitur, velut in Sophoclis El. 694 sq. *ὄνομα δ' Ὀρέστης, τοῦ τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε.* Vide quae supra ad v. 9. adnotavi. Quod autem Schoenius de verbis *κώπᾳ χιλιοναύτᾳ* dubitavit propterea, quod in eiusmodi locis potius *χιλιόναυς* quam *χιλιοναύτης* diceretur, opponere iure possumus Aeschyli locum modo adlatum, ubi

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἰὼ δμωαί,
δυσθρηνήτοις ὡς θρήνοις
ἔγκειμαι, τᾶς οὐκ εὐμούσου
μολπᾶς βυὰν ἀλύροις ἐλέγοις, 145
ἔ ἔ, ἐν κηδείοις οἴκτοις,
αἵ μοι συμβαίνουσ' ἄται
σύγγονον ἀμὸν κατακλαιομένᾳ
ζωᾶς, οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων
νυκτός, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα. 150
ὀλόμαν ὀλόμαν·

V. 145. *βοᾶν* vulgo. *βοὰν* Cod. *B*.
V. 146. *ἔ ἔ, ἐν κηδείοις* libri. *αἰαῖ κηδείοις* Nauckius. Dein *οἴκτοις* G. Hermannus. *οἴκτοισιν* libri.
V. 149. *εἰδόμαν* Cod. *B*.
V. 151. *ὀλόμαν ὀλόμαν* Heathius et Marklandus. *ὠλόμαν ὠλόμαν* libri. Vide adnot. exeget.

στόλος Ἀργείων χιλιοναύτης dicitur, quemadmodum in eiusdem Pers. 84. *πολύχειρ καὶ πολυναύτης*, de genere vero, quod *χιλιοναύτης* cum feminino componitur, defendet nos Lobeckius in paralip. p. 268., de numero millenario navium conferas quae nuper adnotavimus ad Orest. 352. p. 72. ed. Goth. Nec minus recte *μυριοτευχὴς* dicitur illa expeditio, quae tantum numerum armatorum habebat, quemadmodum in Phoen. 444 sq. Polynices dicitur *μυρίαν ἔχων λόγχην*. et quae sunt similia multa.

V. 141. non male Schoenius ita complevit, ut *σπέρμ'* ante *Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν* inferri vellet, appellans Sophoclis Antig. 981., ubi *σπέρμα Ἐρεχθειδᾶν* similiter dicitur.

V. 143. *δυσθρηνήτοις ὡς θρήνοις ἔγκειμαι*] Androm. 91. *οἵσπερ ἐγκείμεσθ' ἀεὶ Θρήνοισι καὶ γόοισι καὶ δακρύμασι*. De *δυσθρηνήτοις θρήνοις* vide ad v. 193.

V. 144 sq. *τᾶς οὐκ εὐμούσου — ἐλέγοις*] Verba aperte corrupta, quorum sententia quodammodo constaret, si scriberes: *τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς λίαν* (pro *βοάν*) *ἀλύροις ἐλέγοις*. Nam simili verborum abundantia saepe etiam alias Euripides loquutus est, tum, quom ipse sensus eorum, qui loquuntur, rerum copia quasi obrutus esse videretur. *ἄλυροι ἔλεγοι* sunt cantus lugubres, qui nimis male concinunt cum lyrae sonitu; hi dicuntur esse carminis, quod Musis minime placeat aut conveniat.

V. 146 sq. *ἐν κηδείοις οἴκτοις, αἵ μοι κτέ.*] in domesticis luctibus pro iis, quae in me concurrunt noxis. Pronomen enim relativum hoc loco causam rei praesentis in se continet, vide Rost. gr. Gr. §. 123. g. p. 678 sqq. ed. sept. Kühner. gr. Gr. ampl. §. 771. 8. §. 800. 2. eodem fere modo, quo infra dicitur v. 149. *οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων νυκτός*.

V. 151. *ὀλόμαν ἀλόμαν*]

οὐκ εἰσ' οἶκοι πατρῷοι·
οἶμοι φροῦδος γέννα.
φεῦ φεῦ τῶν Ἄργει μόχθων.
ἰὼ ἰὼ δαίμων, ὃς τὸν
μοῦνόν με κασίγνητον συλᾷς
Ἅιδᾳ πέμψας, ᾧ τάσδε χοὰς
μέλλω κρατῆρά τε τὸν φθιμένων
ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις,
πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων
Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβὰς
ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν,

V. 153. οἶμοι μοι G. Hermannus.
V. 155. ἰὼ ἰὼ δαίμων Heathius. ἰὼ δαῖμον Codd. *B*[*C*].
V. 156. μοῦνον Heathius. μόνον libri.
V. 157. ἀΐδᾳ libri. ᾧ Cod. *B*.
V. 159. „Scribendum omnino γαίας ἐννοτίους et v. sequ. πηγὰς οὐρείων τ' ἐκ μόσχων." KIRCHHOFFIUS. Non adsentior. Vide adn. exeget.
V. 161. οἰγηρὰς a pr. m. Cod. *B*.

Sic recte pro eo, quod bis in libris scriptum est ὠλόμαν, nunc restitutum est. De omisso hoc augmento in melicis tragoediarum carminibus vix est quod dicam. Res enim nota est, quanquam in his librarii nimium saepe peccant, velut v. 149. εἰδόμαν pro ἰδόμαν in Cod. *B*. falso scriptum est. De repetitione vocis ὀλόμαν, quae summam vim hic habet, conf. versum tragici incerti apud Aristophanem Pac. 1013. ὀλόμαν ὀλόμαν ἀποχωρηθείς, de quo nuper dixit A. Nauckius in Tragic. Graecor. fragm. adespot. 4. p. 652.

V. 158. κρατῆρά τε τὸν φθιμένων] crateram dicit eam, quae debetur mortuis, quemadmodum in Sophoclis Antig. 583. φοινία θεῶν τῶν νερτέρων κόνις pulvis dicitur is, qui debetur dis inferis.

V. 159. ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις] Quoniam Iphigenia non potuit τύμβου 'πὶ νώτοις, ut Euripides dixit in Helen. 984. cl. ibid. 842., id est in ipso tumulo fratris inferias facere mortuoque iusta solvere, γαίας ἐν νώτοις id facere instituit, ut in terrae quasi communem omnium mortuorum tumulum inferias infunderet. Conf. infra v. 166 sqq.

V. 160. πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων Βάκχου τε κτέ.] Animadvertant tirones hic quoque silvam rerum, quibus haec sacrificia constarent, per repetitam particulam τὲ effundi, qua de re conferant illi quae scripsi ad Androm. 97. p. 33. ed. Goth. alt. ad Orest 704 sq. p. 110. et rursus ad v. 807. p. 129. Vide infra v. 646 sqq. De inferiis autem ipsis, quae potissimum lacte, vino, melle constare solebant, vide quae nuper adnotavi ad Orest. 114 sq. p. 45. ed. Goth. Huc adde Aeschyli Pers. 612 sqq. ed. Herm. παισὶν πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς Φέρουσ', ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια, Βοός τ' ἀφ' ἁγνῆς λευκὸν εὔποτον γάλα Τῆς τ' ἀν-

ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται.
ἀλλ' ἔνδος μοι πάγχρυσον
τεῦχος καὶ λοιβὰν Ἅιδα.
ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον
θάλος, ὡς φιθιμένῳ τάδε σοι πέραπω·
δέξαι δ' · οὐ γὰρ πρὸς τύμβον σοι
ξανθὰν χαίταν, οὐ δάκρυ' οἴσω.
τηλόσε γὰρ δὴ σᾶς ἀπενάσθην
πατρίδος καὶ ἐμᾶς, ἔνθα δοκήμασι
κεῖμαι σφαχθεῖσ' ἀ τλάμων.

V. 163. *κεῖται* Seidlerus. *κεῖτ'* libri.
V. 165. *ἄϊδα* libri.
V. 166. *Ἀγαμεμνόνιον* Marklandus. *ἀγαμεμνόνειον* libri.
V. 168. *πρὸς τύμβον* Heathius et Marklandus. *πάρος τύμβου* libri.
V. 171. *καὶ ἐμᾶς* Porsonus. *κἀμᾶς* libri. Dein *δοκήμασι* Porsonus. *δόκιμα* libri.
V. 172. *σφαχθεῖσα* (*σφαγχθεῖσα B*) *τλάμων* libri. Correxit Marklandus.

θεμουργοῦ στάγμα παμφαὲς μέλι Λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα, Ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο Ποτνᾶς, παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε, quem ipsum locum G. Hermannus in censura editionis Seidlerianae in Ephemerid. litt. Lips. a. MDCCCXIII. p. 2142. recte dixit Euripidis animo obversatum esse, quom haec conscriberet, indeque eum colorem suum duxisse, ut etiam intelligentia loci Euripidei collato Aeschyli loco maximo opere adiuvari nobis videatur.

V. 163. *ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται*] Quod more ac religione hominum receptum erat et usitatum in funeribus suorum, id eodem modo fere effert Iphigenia hoc loco, quo Atossa apud Aeschylum in Pers. 612. *φέρουσ' ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια*. et Creon apud Sophoclem in Antig. 192 sq. dicit: *καὶ τὰ πάντ' ἐφάγνισαι, Ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς*. Hoc idem Latini nuo verbo iusta facere dixerunt, qua de re vide ea quae grammatici commentati sunt ad Sallustii lug. 1.

V. 164. *ἀλλ' ἔνδος μοι πάγχρυσον τεῦχος*] Quo praestantius ac pretiosius vas erat, quo inferiae adferrentur, eo magis mortuus, cui iusta solverentur, honestari putabatur. Conf. Sophoclis Antig. 417. *ἔκ τ' εὐκροτήτου χαλκέης ἄρδην πρόχου Χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει*.

V. 169. *ξανθὰν χαίταν*] De capillis in funere cognatorum luctus caussa resectis conf. Alcest. 101 sq. *χαίτα τ' οὔτις ἐπὶ προθύροις Τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων Πένθει πίτνει*. Eorum partes, comae maxime, in sepulcris mortuorum consecrabantur, qua de re conf. Aeschylum Choëph. 166. *ὁρῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ*. et Orest. 96. *κόμης ἐπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς*. cf. ibid. 113.

V. 171. *ἔνθα δοκήμασι κεῖμαι κτέ.*] Porsonus mihi

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιψάλμους ᾠδὰς ὕμνον τ'
Ἀσιήταν σοι βάρβαρον ἰαχάν
δεσποίνᾳ γ' ἐξαυδάσω,
τὰν ἐν θρήνοισιν μοῦσαν
νέκυσι μελομέναν, τὰν ἐν μολπαῖς
Ἅιδας ὑμνεῖ δίχα παιάνων.

V. 173. *ἀντιψάλμους· ἀντιστρόφους. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις* Hesychius l. p. 406.

V. 174. *ἰαχὰν* libri. *ἀχὰν* Nauckius.

V. 175. *δεσποίνα τ' ἐξαυδάσω* (sed litteris *α τ'* deletis a sec. m.) Cod. *B. δεσποίνᾳ γ' ἐξαυδάσω* Cod. *C.* sec. Victor. et apogr. Pariss.

V. 176. *θρήνοισι* (*θρήνοις* man. sec.) Cod. *B. θρήνοισι* Cod. *C.*

V. 177. *νέκυσι μελομέναν* Musgravius et Marklandus. *νέκυσιν μελέων* Schoene. *νέκυσι μελέων* Kvičala. *νέκυσι μέλεον* libri.

δοκήμασι rectissime restituisse videtur, adferens Troad. 413. *ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφὰ οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρη.* et Erechth. fragm. apud Stobaeum floril. LXXVI. 12. [n. 361. p. 371. ed. Nauck.] *τὰ φύντα γὰρ Κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.* Nam hominum opinione mactata a patre videbatur Iphigenia. V. adn. adv. 8. Quod vero G. Hermannus, coniecturam suam *δοκήματα* eo stabiliri putavit, quod in Herc. fur. 109 sqq. diceretur: *ἀμφὶ βάκτροις Ἕρεισμα θέμενος ἑστάλην ἰηλέμων Γόων ἀοιδός, ὥς τε πολιὸς ὄρνις Ἕπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτερωπὸν Ἐννύχων ὀνείρων.* et in Helena v. 35. *καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν, κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχω*, vir summus ipse iam sensit haec esse eiusmodi, ut etiam alio modo explicari possent. Accedit etiam hoc, quod in his locis nomini adjectivum adiunctum est.

V. 174. „Neque oblitus esse putandus est Euripides Graecas esse has mulieres; neque voluisse eas existimari per diuturniorem in Asia commorationem adsuetas iam barbaris modis, quae Seidleri coniectura est: sed ut Taurorum sacra obeuntes etiam lingua et cantu Taurorum uti finguntur. Id tragicus de more, quoniam non licebat alia quam Graeca lingua uti, verbis significavit, ut in Oreste v. 1396. et Phoen. 1311., quorum mentionem fecit Seidlerus. Quin apud Aeschylum Persarum chorus v. 637. ipse suas voces *βάρβαρα παναίολα δύσθροα βάγματα* appellat.“ G. HERMANNUS.

V. 177. *νέκυσι μελομέναν*] Conf. Phoen. 1307. *βοᾷ βαρβάρῳ Ἰαχὰν στενακτὰν Μελομέναν νεκροῖς δάκρυσι θρηνήσω.* et infra v. 629 sq.

V. 179 sqq. Non satis mentem poëtae mihi percepisse videntur, qui haec choro continuaverunt, G. Hermannus et P. Elmsleius, quique eorum rationem sequuti sunt. Quos contra recte nuper *Kvičala* eam distribuendorum versuum rationem defendit, quae

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἴμοι, τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων
ἔρρει φῶς σκήπτρων, οἴμοι, 180
πατρῴων οἴκων.
τίνος ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει
βασιλέων ἀρχά;
μόχθος δ' ἐκ μόχθων ἔσσει

V. 178. πεάνων Cod. *B.*

V. 179 — 194. libri Iphigeniae tribuunt. Choro continuaverunt G. Hermannus et P. Elmsleius. Vide adnot. exeg.

V. 179. οἶμοι a pr. m. Cod. *B.*, propter itacismum, credo. Vide ad v. 20.

V. 180. φῶς Heathius et Marklandus et, ut videtur, Cod. *B.* φόως Aldus et [Cod. *C.*].

V. 182. τίνος ἐκ Badhamus. τίν' ἐκ libri.

V. 184. ἄτσσει libri.

in libris est. Nam quod dixissent interpretes, quod chorus promisisset se lugubre carmen occinere velle Iphigeniae, id non perfici, si illi versus omnes Iphigeniae darentur, iure opposuit ille id ipsum non sine exemplo esse, et quod chorus barbaricis potius modis quam Graecis istud voluisset facere, videri a choro istud, quod promisisset, perfici vix potuisse. Similiter in Aeschyli Pers. 914 sqq. non perfici a choro id, quod se facturum esse dixisset, idemque fieri in Sophoclis Trachin. 210 sqq., in Phoenissis autem v. 1301 sqq. postquam chorus dixisset: *βοᾷ βαρβάρῳ Ἰαχὰν στεναχτὰν Μελομέναν νεκροῖς δάκρυσι θρηνήσω*, fortasse propter eam ipsam causam, quod voce barbara se id facere velle dixisset chorus, illud ipsum, quod promisisset eo, quod Creon intervenisset, sublatum esse. Recte etiam Kvíčala id iudicavit, quod dixit ea ipsa verba, quae iam sequerentur, potius Iphigeniae personae quam chori convenire atque hoc argumentum mea quidem sententia etiammagis premere ille debebat. Praeterquam enim quod haec verba *ἔρρει φῶς σκήπτρων, οἴμοι, πατρῴων οἴκων* vix possunt ab alia persona nisi ab Iphigenia dici, etiam illa, quae deinceps sequuntur, eiusmodi sunt, ut chori personae minus convenire videantur quam Iphigeniae. In quo genere ipse iam Kvíčala vidit verba: *σπεύδει δ' ἀσπεύδαστ' Ἐπὶ σοὶ δαίμων*, tum demum recte intelligi posse, si ab Iphigenia Orestem appellante pronuntiarentur. Hac inita subductaque ratione Iphigeniae personae iam reddenda esse existimavi omnia illa, quae ei tribuuntur in libris.

V. 182 sqq. Iphigenia postquam vociferata est paternum iam regnum sublatum videri, quaerit de origine malorum, quae generi Pelopidarum acciderunt, et longam malorum seriem significat potius quam declarat usque ad tristissimam

δινευούσαις ἵπποις πταναῖς·
ἀλλάξας δ' ἐξ ἕδρας
ἱερὸν * * ὄμμ' αὐγᾶς
ἅλιος. ἄλλαις δ' ἄλλα προςέβα
χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα,
φόνος ἐπὶ φόνῳ ἄχεά τ' ἄχεσιν·

V. 185. ἵπποις Nauckius. ἵπποισιν libri. πταναῖς G. Hermannus. πτανοῖς libri.
V. 186. ἐξέδρασ' Aldus. ἐξ ἕδρας A. Seidlerus itaque in Cod. *B.* scriptum esse videtur. De Cod. *C.* nihil constat.
V. 188. ἄλλαις Seidlerus. ἄλλοις libri.

sortem, qua iam Orestes sublatus sit. Sed singula verba difficile est in carmine temporis iniuria multis modis in maiorem modum adfecto praestare.

V. 185. *δινευούσαις ἵπποις πταναῖς*] Recte G. Hermannus intelligi equos Pelopis dicit, sed non eos, quibus cum Oenomao certarit, verum potius illos, quibus Myrtilum in mare praecipitaverit, qua de re ipse confert Orest. 988 sqq. *ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων Τεθριπποβάμονι στόλῳ Πέλοψ ὅτε Πελάγεσι διεδίφρευσε, Μυρτίλου φόνον Δικὼν ἐς οἶδμα πόντου Λευκοκύμοσιν Πρὸς Γεραιστίαις Ποντίων σάλων Ἠιόσιν ἁρματεύσας.*

V. 187. sic expleri G. Hermannus voluit: *ἱερὸν μετέβαλεν ὄμμ' αὐγᾶς Ἅλιος.* Intelligitur autem rixa Atreum inter et Thyestem orta de agno aurata pelle nato et a Thyeste fratri subtracto, unde inimicitiae et nefastae illae Thyesteae epulae evenerunt, quibus commotus Sol retro cursum flexit, qua de re conferas infra v. 801. et Orest. 1001 sq. *ὅθεν ἔρις τό τε πτερωτὸν Ἁλίου μετέβαλεν ἅρμα, Τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον Οὐρανοῦ προςαρμόσασα Μονόπωλον ἐς Ἀῶ.* De agno autem a Thyeste fratri subtracto conferas Orest. 812 sq. et quae nuper ad eum locum adnotavimus p. 123 sq. ed. Goth., tum eiusdem fabulae v. 997 sqq. et infra v. 797 sq.

V. 188 sq. *ἄλλαις δ' ἄλλα προςέβα χρυσέας ἀρνὸς κτέ.*] Ut haec verba nunc scripta sunt, hanc habent sententiam: alia post aliam accessit ab aureo agno ad domum (Atridarum) aerumna, ut *ἄλλαις ἄλλα* ea vi potissimum ferantur, quam adfert praepositio *πρὸς* ad verbum *βαίνειν*, dativus autem *μελάθροις* pertineat ad eam ipsam vim, quae est in verbo *βαίνειν*, a quo etiam genetivus *χρυσέας ἀρνὸς* ita suspensus est, quod illae aerumnae quasi de loco ab aureo agno erant profectae. Vide Rost. gr. Gr. p. 545. ed. sept.

V. 191. *τῶν πρόσθεν δμαθέντων*] Tantali nepotibus iam pridem morte domitis opponitur, quem nunc Iphigenia, occubuisse existimat, Orestes, vide infra v. 222. *τὸν δ' Ἄργει δμαθέντα κλαίω Σύγγονον*, ita ut etiam omnis orationis color ei, quae subest verbis, sententiae respondeat.

V. 193. *σπεύδει δ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων*] Haec ad Orestem referenda esse ap-

ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων
Ταντα λιδᾶν ἐκβαίνει ποινά γ'
εἰς οἴκους· σπεύδει δ' ἀσπούδαστ'
ἐπὶ σοὶ δαίμων.
ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων
δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας

V. 190. τ' addidit Barnesius in libris omissum.
V. 192. ποίταμ' Hartungius et Badhamus.
V. 193. ἐς Aldus. εἰς Cod. *C.* et, ut videtur, etiam Cod. *B.*
V. 195. ἐξορχᾶς Cod. *B.*

paret, quem iam inde a v. 166. appellaverat mortuum et ad quem etiam in fine carminis redit Iphigeniae oratio v. 222 sqq. σπεύδει δ' ἀσπούδαστα autem ea orationis forma dicitur, quae Graecae tragoediae est usitatissima, ut verbo aliud ab eadem radice ductum ita adiungatur, ut ea vis quae in uno verbo est per alterum verbum significetur non recte nunc sese habere et perperam id fieri, quod fiat. Id saepe factum est in verbis per ᾱ privativum aliorsum depressis, ut hic et in Bacchis 906. in formula ἀσπούδαστα σπεύδειν festinare ibi, ubi festinatione nihil opus est et in malam partem vergat, saepe etiam hoc factum est praeposita syllaba δυς, quae quod sit aut fiat in malam partem atque infeliciter atque infauste esse aut fieri indicat, veluti paullo ante v. 143. dicitur δυσθρηνήτοις ὡς θρήνοις Ἔγκειμαι. et mox v. 195. ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων Δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας καὶ νυκτὸς ἐκείνας. et deinceps v. 208. νύμφαν, οἴμοι, δύζυνυμφον κτέ. Omninoque hoc lugubre carmen, in quo Iphigenia luctu atque querelis summisque animi doloribus paene solvitur, crebris adlitterationibus coloratum est, quod ipsum a bonis poëtis nunquam sine idonea causa factum esse animadvertant tirones.

V. 196. δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας καὶ νυκτὸς κείνας] Dicit Iphigenia ab initio inde ab zona matris primum soluta et inde a nocte illa, qua primum cum marito concubuit Clytaemnestra, sibi miseram sortem evenisse. De zona soluta, qua nuptiae indicantur, ὅτι ὁ νύμφιος ἔλυσε τὴν ζώνην τῆς νύμφης collato Plutarcho Lycurg. 15. recte dixit Schoenius. Huic sententiae respondent tum illa, quae iam sequuntur: ἐξ ἀρχᾶς λοχίαν στεῤῥὰν παιδείαν — θεαί, quae verba sic distinguenda esse, ut ab antecedentibus retrahantur, iam docemur epanaphora, qua de re vide quae nuper dixi in Emendationibus Catullianis (Lips. MDCCCLIX. editis) p. IIII., eaque hanc habent sententiam: ab initio duram et iam ipso partu (mihi) impositam — neque enim ullam causam video quamobrem pro λοχείαν, quod metrum non fert, potius λόχιαι, ut id ad Μοῖραι pertineat, quam λοχίαν scribendum esse videatur — disciplinam Parcae intendunt deae.

καὶ νυκτὸς κείνας· ἐξ ἀρχᾶς
λοχίαν στερρὰν παιδείαν
Μοῖραι συντείνουσιν θεαί,
ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων
ἂν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις
Λήδας ἃ τλάμων κούρα
σφάγιον πατρῴᾳ λώβᾳ
καὶ θῦμ' οὐκ εὐγάθητον
ἔτεκεν, ἔτρεφεν, εὐκταίαν δ'
ἱππείοις ἐν δίφροισιν

V. 198. λοχίαν Elmsleius. λοχείαν libri. λόχιαι G. Hermannus.
V. 201. θάλλος Cod. C.
V. 205. εὐκταίαν δ' Kirchhoffius. εὐκταίαν libri.
V. 206. ἱππείοις Marklandus. ἱππείοισιν libri.
V. 207. ἐπέβασαν libri. ἐπιβᾶσαν Canterus, quem sequuti sunt Schoenius et Nauckius.

V. 200. ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων] Haec ad Clytaemnestram a me referri ex interpunctione apparet, et iam Musgravius recte intellexit hanc sententiam h. l. esse aptissimam. Ledae enim et Tyndarei filiam probabile est multis Graecis fuisse expetitam ut pulcram et genere antiquo prognatam, id quod satis ipse Euripides indicat Orest. 20 sq. ὁ δὲ (γαμεῖ) Κλυταιμνήστρας λέχος Ἔπίσημον εἰς Ἕλληνας, Ἀγαμέμνων ἄναξ. Non enim ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας Κλυταιμνήστρας λέχος dici posset, nisi a multis esset expetitum, ut mihi hac quidem de re dubitari plane non posse videatur.

V. 204. θῦμ' οὐκ εὐγάθητον] sacrificium non laetificum aut dicam sacrificium non laetissimum. Hunc enim colorem Graeca oratio habet, conf. supra v. 144. τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς.

V. 205. εὐκταίαν] votivam, quod pater Dianae quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno devoverat. Vide supra v. 20 sqq. et quae adnotata sunt ad v. 23.

V. 207. ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν κτέ.] ad arenosa littora Aulidis advexere sponsam male desponsatam etr. De genetivo conf. Rost. gr. Gr. p. 530 sq. ed. sept. Active hoc verbum cum genetivo construitur ab Homero Od. VII. 223. ὥς κ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐμῆς ἐπιβήσετε πάτρης, Καίπερ πολλὰ παθόντα. De tertia persona numeri pluralis conf. supra v. 25.

V. 209. τῷ τᾶς Νηρέως κούρας] Haec dicit propter simulationem matrimonii cum Achille filio Thetidos filiae Nerei ineundi. Vide quae diximus ad v. 25.

V. 212. ἄγαμος ἄτεκνος ἄπολις ἄφιλος] Luxuriatur oratio, quasi nostra lingua alio quodam modo dicas: Ehelos,

ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν
νύμφαν, οἴμοι, δύσνυμφον
τῷ τᾶς Νηρέως κούρας, αἰαῖ.
νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξείνα
δυσχόρτους οἴκους ναίω
ἄγαμος ἄτεκνος ἄπολις ἄφιλος,
οὐ τὰν Ἄργει μέλπουσ' Ἥραν
οὐδ' ἰστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις
κερκίδι Παλλάδος Ἀθήνας εἰκὼ
καὶ Τιτάνων ποικίλλουσ', ἀλλ'

V. 208. *νύμφαν* Scaliger. *νυμφειόν γ'* Musgravius. *νύμφαιον* libri.
V. 209. *αἲ αἲ* Cod. *B.*
V. 214. *ἰστοῖσιν καλλιφθόγγῳ* Badhamus.
V. 216. *καὶ* Tyrwhittus addidit, omittunt libri. Dein *ποικίλλουσα* libri.

kinderlos, heimathslos freundelos. Vide Orest. 310. *ἀνάδελφος ἀπάτωρ ἄφιλος* et quae ad eum locum adnotavi p. 66. ed. Goth.

V. 213. *οὐ τὰν Ἄργει μέλπουσ' Ἥραν*] De Iunone praecipue Argis culta conf. Iphig. Aul. v. 738. et quae ad eum locum adnotaverunt interpretes.

V. 214. *ἰστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις*] Quoniam opus suum cuique, qui industrius est, minime displicet, etiam iuga aut dicam arbores textoriae sonum non ingratum in texendo reddere videntur puellis studiose texentibus. Hoc idem expressit Vergilius Georg. II. 293 sq. alio quodam modo: Interea longum cantu solata laborem Arguto coniux percurrit pectine telas. Nec tamen opus mihi esse videtur propter illud arguto pectine auctore Badhamo hic scribere *καλλιφθόγγῳ κερκίδι*.

V. 215. *Παλλάδος Ἀθήνας εἰκὼ καὶ Τιτάνων ποικίλλουσ'*] Apparet peplum in honorem Minervae a puellis texendum significari, quod in Panathenaicis Palladi offerri solebat, in eoque peplo etiam alias dicuntur deorum certamina maxime cum gigantibus, in quibus Minerva auxilium non minimum praestiterit, textili opere expressa fuisse. Vide Hec. 466. *ἢ Παλλάδος ἐν πόλει Τᾶς καλλιδίφρου Ἀθαναίας ἐν χρυσέῳ πέπλῳ Ζεύξομαι ἅρματι πώλους, Ἐν δαιδαλέοισι ποι|κίλλουσ' ἀνθοχρόοις πήναις, Ἢ Τιτάνων γενεάν, Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ Κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας.* et Vergilii Cir. 28 sqq. Ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae, Magna Giganteis ornantur pepla tropaeis, horrida sanguineo pinguntur proelia cocco etc. Plura relegere cupienti adeundus est A. Boeckhius De Graecae tragoediae princip. etc. p. 193 sqq.

αἱμόῤῥαντον δυςφόρμιγγα
ξείνων αἱμάσσουσ' ἅταν βωμούς,
οἰκτράν τ' ἀϊαζόντων αὐδάν,
οἰκτρόν τ' ἐκβαλλόντων δάκρυον.
καὶ νῦν κείνων μέν μοι λάθα,
τὸν δ' Ἄργει δμαθέντα κλαίω
σύγγονον, ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον
ἔτι βρέφος, ἔτι νέον, ἔτι θάλος
ἐν χερσὶν μητρὸς πρὸς στέρνοις τ'
Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν.

V. 217. αἱμόῤῥαντον Canterus. αἱμαῤῥάντων libri.
V. 218. βωμούς delet A. Matthiae.
V. 219 sq. αὐδάν, οἰκτρόν τ' Tyrwhittus. οὐδ' ἀνοικτρόν τ' libri.
V. 225. στέρνοις G. Hermannus. στέρνοισι libri.
V. 228. σημαίνων Cod. C.

V. 217 sq. αἱμόῤῥαντον δυςφόρμιγγα ξείνων αἱμάσσουσ' ἅταν βωμούς] De hoc loco propter duplicem accusativum, qui tamen rectissime primaria illa lege, quam exposuit Rost. gr. Gr. §. 104. 4. c. p. 502. ed. sept., explicari potest, olim vehementer dubitatum est. Rectius rem ipsam enudavit Seidlerus. Accusativus enim duplex propterea recte dicitur, quod τῷ αἱμάσσειν βωμούς, id est, aris sanguine irrogandis, δυςφόρμιγξ ξείνων ἄτα, id est, absona hospitum pernicies (nova), efficitur. Recte auctore Scholiaste Euripidis, qui Orest. 961 sq. τιθεῖσα λευκὸν ὄννυχα διὰ παρηΐδων [Τὰν] αἱματηρὰν ἄταν, sic explicavit: ἀντὶ τοῦ καταξέουσα ἑαυτῆς τὰς παρειὰς τοῖς ὄνυξιν, ὅπερ ἐστὶ δι' αἵματος βλάβη, hunc locum sic solvendum esse dixit: αἱμάσσουσα βωμούς, ὅπερ ἐστὶ δυςφόρμιγξ ξείνων ἄτα. Alias similitudines adfert Seidlerus, quem videat qui plura desiderat.

V. 222. δμαθέντα] Vide ad v. 191.

V. 224 sq. ἔτι θάλος ἐν χερσὶν μητρὸς πρὸς στέρνοις τ'] Recte Schoenius haec verba aptius inter se coniungenda esse dixit, ut ad illa priora iam novum quiddam accederet. Propterea autem tanto opere effert Iphigenia hoc, infantem se fratrem reliquisse, quo difficilius esse int leatur ab ipsa nunc fratrem iam adultum agnosci. Conf. etiam infra v. 369. et 819 sq.

V. 227 sqq. iam ipsa nascitur actio. Denuntiat enim Iphigeniae pastor duos Graecos esse captos, quos iam Iphigeniae ad sacrificium instituendum traditum iri dicit. Hos iam animo quidem commoto et visis nocturnis agitato exspectat sacerdos. — Pastor, cuius adventum iam usitato more chorus annuntiat, ipsa oratione sua agrestem illum morem prae se fert, quo eiusmodi homines fere a tragicis inducuntur, atque accuratissime singula quaeque, quemadmodum gesta sint, etiam-

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδ' ἀκτὰς ἐκλιπὼν Ἁλασσίους
βουφορβὸς ἥκει, σημανῶν τί σοι νέον.

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Ἀγαμέμνονος παῖ καὶ Κλυταιμνήστρας τέκνον,
ἄκουε καινῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων. 230

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δ' ἔστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

ἥκουσιν εἰς γῆν κυανέαν Συμπληγάδα

V. 229. τε καὶ Reiskius. Kirchhoffius I. Malalam V. p. 137. conferri iubet.

V. 232. κυανέαν συμπληγάδα Codd. [B]C. κυανεᾶν συμπληγάδων Musurus. παρὰ τὴν Κυανέαν Malalas V. p. 137. quem sequentia usque ad v. 246. excerpsisse refert Kirchhoffius.

si haec ad rem ipsam minus pertinere videantur, exponit.

V. 229. Ἀγαμέμνονος παῖ καὶ — τέκνον] Habent hoc Graeci, ut, si notionem repetunt, duo nomina ponere soleant, quae quidem eandem rem denotent, sed utrumque tamen alio quodam modo, ut hoc loco Iphigenia Ἀγαμέμνονος παῖς καὶ Κλυταιμνήστρας τέκνον appellatur, quod, si recte vim ac potestatem utrinsque nominis percepi, non credo Euripidem secus dicturum fuisse, Ἀγαμέμνονος τέκνον καὶ Κλυταιμνήστρας παῖς. Similiter loquutus ipse est in Iphigenia Aul. 895. ὦ τέκνον Νηρῇδος, ὦ παῖ Πηλέως, κλύεις τάδε; et in Hippol. 10 sq. ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος Ἱππόλυτος κτέ. Id fit etiam alio quodam modo in eius modi locis, qualis est Ion. 16. τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ' ἀπήνεγκεν βρέφος, quo loco per nomen βρέφος qua pueri aetate hoc factum sit indicatur. Conf. Phoen. 22. et quae auctore potissimum Porsono ad eum locum adnotavi p. 19. ed. Goth. Similis orationis copia est mox v. 234. θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον Ἀρτέμιδι, ita tamen ut utrique voci sua vis constet, si quis vere rem iudicat.

V. 231. τί δ' ἔστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου;] De verbo substantivo cum participio pro verbo finito posito, quod maiorem habet vim quam simplex verbum, conf. Rost. gr. Gr. §. 116. 12. p. 594. ἐκπλήσσω autem iunctum genetivo Thomas Mag. p. 286. ed. Bern. interpretatur rectissime ἐξιστῶ καὶ ἐκβάλλω, sed ita, ut λόγος non solum sermonem, verum etiam cogitationem ac ratiocinationem praesentem significet, conf. Orest. 549. τὸ γῆρας — τὸν σόν, ὅ μ' ἐκπλήττει λόγον. et Xenophontis Ephes. V. p. 84. ἀκούσασα ἡ Ἀνθία ἐξεπλάγη τοῦ λόγου. Vide quae infra dicentur ad v. 758.

V. 232. εἰς γῆν κυανέαν Συμπληγάδα] Vide ad v. 124.

πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι,
θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον
Ἀρτέμιδι. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα
οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ποδαποί; τίνος γῆς ὄνομ' ἔχουσιν οἱ ξένοι;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Ἕλληνες, ἓν τοῦτ' οἶδα κοὐ περαιτέρω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδ' ὄνομ' ἀκούσας οἶσθα τῶν ξένων φράσαι;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Πυλάδης ἐκλήζεθ' ἅτερος πρὸς θἀτέρου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τοῦ ξυζύγου δὲ τοῦ ξένου τί τοὔνομ' ἦν;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

οὐδεὶς τόδ'· οἶδεν· οὐ γὰρ εἰςηκούσαμεν.

V. 237. ὄνομ' ἔχουσιν libri. νόμον ἔχουσιν de coniectura sua Nauckius scripsit.

V. 243. ποῦ Elmsleius et Badhamus. Deinde κἀντυχόντες Reiskius et Cobetus coniectura admodum speciosa, sed non necessaria. Vide infra adn. exeget.

V. 244. ἄκραις ἐπὶ Plutarchus de exil. p. 602. ἀκταῖσιν ἐπὶ libri. Mox εὐξείνου πόντου Plutarchus l. c.

V. 245. κοινωνίαν Cod. *B*.

V. 236. οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη] Summum tempus est te praeparare. Vide quae de vera ratione huius formulae copiosius exposui ad Orest. 936. p. 136 sq. ed. Goth.

V. 237. τίνος γῆς ὄνομ' ἔχουσιν οἱ ξένοι] Quod Nauckius pro ὄνομ' edidit νόμον, recte Kvíčala rettulit consilio fecisse videri Euripidem, ut eodem nomine bis in simili causa uteretur, requisivisse primum τὸ ὄνομα τῆς γῆς, deinde τὸ ὄνομα τῶν ξένων, possumus addere requisivisse etiam τρύνομα τοῦ ξυζύγου τοῦ ξένου tertio loco, et interrogationibus responsiones esse exaequatas v. 238. Ἕλληνες. v. 240. Πυλάδης.

V. 243. καὶ τυχόντες εἴλετε] Quod Reiskius coniecit κἀντυχόντες εἵλετε coll. Helen. v. 1219. ναῦται σφ' ἀνεῖλον ἐντυχόντες, ὡς λέγει, probavit nuper Cobetus aliique. Sed τυχόντες, si αὐτῶν intelligeres, quum recte intelligi posset, nolui tamen mutare.

V. 244. ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν] Sic nunc fere omnes scribunt auctore Plutarcho. Defendit nuper Kvíčala librorum Euripidis scripturam, quam

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῶς δ' εἶδετ' αὐτοὺς καὶ τυχόντες εἴλετε;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ τίς θαλάσσης βουκόλοις κοινωνία; 245

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

βοῦς ἤλθομεν νίψοντες ἁναλίᾳ δρόσῳ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐκεῖσε δὴ 'πάνελθε, πῶς νιν εἵλετε
τρόπῳ θ' ὁποίῳ· τοῦτο γὰρ μαθεῖν θέλω.
χρόνιοι γὰρ ἦκουσ', οὐδέπω βωμὸς θεᾶς
Ἑλληνικαῖσιν ἐξεφοινίχθη ῥοαῖς. 250

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

ἐπεὶ τὸν εἰςρέοντα διὰ Συμπληγάδων

V. 247. πού Badhamus. νυν Cod. *B*.

V. 248. θέλει Cod. *B*. θέλει [Cod. *C*.].

V. 249. ἦκουσ' in ed. Brubachiana correctum est. ἤκουσιν libri. Mox οὐδ', ἐπεὶ Erfurdtius et Seidlerus, quos nuper Nauckius sequutus est. Vide infra adn. exeg.

V. 250. pro ῥοαῖς Nauckius φοναῖς fortasse scribendum putat, quod non accipio.

sic interpungi voluit: ἀκταῖσιν ἔπι, ῥηγμῖσιν κτέ. id, quod mihi vehementer displicet. Illud mihi videtur certe ἀκταῖς, ἐπὶ ῥηγμῖσιν κτέ. scribendum fuisse. Nam ἐπὶ propter sequens ῥ extremam syllabam productam habet, qua de re diximus ad Alcest. 542. p. 87. ed. Goth. alt. et ad Helen. 492. p. 71. ed. Goth. alt. ἀκταῖς autem sine praepositione etiam alias de loco dicitur, ut in Orest. 55.

V. 249 sq. χρόνιοι γὰρ ἦκουσ', οὐδέ πω βωμὸς θεᾶς κτέ.] Recte sensit G. Hermannus hanc librorum scripturam obtineri posse, sed quo modo vir summus rem expedire studuit, parum videtur processisse. Euripides dicit hoc: Post longum enim temporis spatium venerunt quos dicis neque interea usque adhuc ara deae Graecorum hominum sanguine tincta est. Haec sententia etsi ad Hermannianam rationem accedit, non tamen vereor ne Kvlcalae ridicula videatur, ut fere Hermanni explicatio visa est. Poterat enim etiam alio modo fieri, ut Graecorum sanguine tinguerentur arae, si alio quodam modo Tauri victimas Graecas nacti essent.

βοῦς ὑλοφορβοὺς πόντον εἰςεβάλλομεν,
ἦν τις διαῤῥὼξ κυμάτων πολλῷ σάλῳ
κοιλωπὸς ἀγμός, πορφυρευτικαὶ στέγαι.
ἐνταῦθα δισσοὺς εἶδέ τις νεανίας
βουφορβὸς ἡμῶν, κἀπεχώρησεν πάλιν
ἄκροισι δακτύλοισι πορθμεύων ἴχνος.
ἔλεξε δ' · "οὐχ ὁρᾶτε; δαίμονές τινες
θάσσουσιν οἵδε." θεοσεβὴς δ' ἡμῶν τις ὢν

V. 252. ὑλοφορβοὺς Cod. [B]C. ὑλοφορβοὶ Musurus. Vide infra adn. exeget.
V. 254. ἀγμοὶ Cod. C. ἀρμὸς Cod. B.

V. 252. βοῦς ὑλοφορβοὺς] Conf. Varro de re rust. II. 5, 11. Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, ubi virgulta et frons multa. Vide Homeri Il. V. 162. πόρτιος ἠὲ βοός, ξύλοχον κάτα βοσκομενάων. et Hesiodi ἔργ. κ. ἡμ. 591. βοὸς ὑλοφάγου κρέας, ad quem locum plura habet Graevius in Lect. Hesiod. p. 579. ed. Lopsn.

V. 253 sq. ἦν τις διαῤῥὼξ — ἀγμός — ἐνταῦθα] Recte Schoenius propter simplicem et ab hominibus cultioribus alieniorem loquendi rationem adsimulavit Hippol. 1198., ubi nuntius eodem modo loquitur: ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰςεβάλλομεν, Ἀκτή τίς ἐστι — — ἔνθεν τις ἠχὼ — βρόμον μεθῆκε.

V. 254. πορφυρευτικαὶ στέγαι] id est, loca, quae purpurae piscatoribus tecta et refugia praebebant, quom piscatui operam dabant et tempus observabant, usque dum extraherent sportulas e mari, qua de re conferri potest Pollux Onom. I. 48. De numero plurativo conf. Rost. gr. Gr. §. 96. 3. b. p. 402.

V. 257. ἄκροισι δακτύλοισι] ἀκροποδητί, id est, summis pedum digitis, ut in Bacch. 708. Fecit autem hoc non celeritatis causa, ut visum est Schoenio, sed propter reverentiam eorum, quos viderat, iuvenum.

V. 258 sq. δαίμονές τινες θάσσουσιν οἵδε] Si quem supra hominis naturam praestantem Graeci videre sibi videbantur, θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν esse existimabant, ut dicit Lucianus vit. Demonact. §. 63. Hinc etiam Euripides quamvis agrestem hominem Tauricum ita loquentem fecit, quasi Graeco more modoque sentire consueverit. In his enim rebus quid veri simile esse videretur tragici poëtae minus curare solebant.

V. 260. ἀνέσχε χεῖρε] Sic Marklandus scribi voluit memor Vergiliani illius duplices tendens ad sidera palmas. Et sane in precibus etiam Homerus ceterique scriptores Graeci fere numero duali utuntur. Hunc igitur, quom facilis commutatio esset, recipiendum esse duxi.

V. 261. ὦ ποντίας παῖ Λευκοθέας κτέ.] Leucothea, quae Latinis Matuta esse visa est, fuerat Athamantis Thebarum regis uxor, Ino nomine, sed quod maritum insa-

ἀνέσχε χεῖρε καὶ προσεύξατ' εἰσιδών· 260
"*ὦ ποντίας παῖ Λευκοθέας, νεῶν φύλαξ,*
δέσποτα Παλαῖμον, ἵλεως ἡμῖν γενοῦ,
εἴτ' οὖν ἐπ' ἀκταῖς θάσσεται Διοσκόρω,
ἢ Νηρέως ἀγάλματ', ὃς τὸν εὐγενῆ
ἔτικτε πεντήκοντα Νηρήδων χορόν." 265
ἄλλος δέ τις μάταιος, ἀνομίᾳ θρασύς,
ἐγέλασεν εὐχαῖς, ναυτίλους δ' ἐφθαρμένους

V. 256. *κἀνεχώρησεν* Blomfieldus.
V. 260. *χεῖρε* Marklandus. *χεῖρα* libri.
V. 266. *ἀλογίᾳ* pro *ἀνομίᾳ* dubitans proponit Nauckius.

num et se persequentem fugiens cum Melicerte filio in mare sese praecipitavisse putabatur, inter deos marinos recepta esse credebatur, et quemadmodum Ino Leucothea mutato nomine dicebatur postea, sic Melicertes Palaemon dictus est, quem Latini Portunum esse putabant. Vide Hygini fab. 2. cl. fab. 224. Ovid. Metam. IV. 528 sqq. Serv. ad Verg. Aen. V. 241.

V. 263. *εἴτ' οὖν — ἢ*] De his particulis aliquoties inter se respondentibus conf. quae dixi ad Devarium vol. II. p. 537 sqq.

Ibid. *Διοσκόρω*] De Castore et Polluce vide Orest. 1636. et quae nuper ad eum locum adnotavimus p. 201 sq. ed. Goth.

V. 264. *ἢ Νηρέως ἀγάλμαθ'*] *Νηρέως ἀγάλματα* dicuntur illa numina marina, quibus ille maximo opere gloriabatur et delectabatur, deliciae eius, quasi nostra lingua dicas Schoosskinder, id est, principes deorum marinorum. Sic *τέκνον δόμων ἄγαλμα* dicitur in Aeschyli Agam. 185. et *Διόνυσος* vocatur *Καδμείας νύμφας ἄγαλμα* in Sophoclis Antig. 1071., ab Euripide autem dicitur in Suppl. 371. *ματέρος ἄγαλμα*.

V. 264 sq. *ὃς τὸν εὐγενῆ ἔτικτε — Νηρήδων χορόν*] Nereus ex Doride, Oceani filia, quinquaginta filias susceperat pulcherrimas, quarum nomina varie traduntur. Vide Homeri Il. XVIII. 39—51. Hesiod. theog. 243 sqq. Apollod. I. 3, 6. Scholiast. ad Apollon. Rhod. III. 242. Verg. Georg. IV. 336 sqq. Hygin. fab. 28. Si hoc loco *ἔτικτε* de patre dicitur, id minime pertinet, ut Schoenio visum est, ad agrestis hominis morem, qui de genere non meminerit, sed etiam alias de patre dicitur, ut in Orest. 249 sq. *ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον Γένος θυγατέρων δυσκλεές τ' ἂν' Ἑλλάδα*. et in Bacch. 467. *Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς γένος τίκτει θεούς*.

V. 265. *ἄλλος δέ τις μάταιος*] Recte *θεοσεβεῖ* v. 259. iam opponitur *μάταιος* inanis et vacuus a timore deorum et eo ipso, quod legibus, quibus pii cives se obligatos putabant, solutus erat, etiam audacior.

V. 267. *ἐγέλασεν εὐχαῖς*] *γελᾶν τινὶ* est fere risum opponere alicui rei, quod dicitur paulo plenius in Sopho-

θάσσειν φάραγγ' ἔφασκε τοῦ νόμου φόβῳ,
κλύοντας ὡς θύοιμεν ἐνθάδε ξένους.
ἔδοξε δ' ἡμῶν εὖ λέγειν τοῖς πλείοσι,
θηρᾶν τε τῇ θεῷ σφάγια τἀπιχώρια.
κἀν τῷδε πέτραν ἄτερος λιπὼν ξένοιν
ἔστη κάρα τε διετίναξ' ἄνω κάτω
κἀπεστέναξεν ὠλένας τρέμων ἄκρας,
μανίαις ἀλαίνων, καὶ βοᾷ κυναγὸς ὥς·
„Πυλάδη, δέδορκας τήνδε; τήνδε δ' οὐχ ὁρᾷς
Ἅιδου δράκαιναν, ὥς με βούλεται κτανεῖν

V. 272. πέτραν Cod. C. πέτροις Cod. B. Dein ξένοιν Brodaeus. ξένην libri propter itacismum. Vide ad v. 20. 179.

V. 275. καὶ βοᾷ· κυνώπιδα dubitans Nauckius proponit. καὶ βοᾷ, κυναγὸν ὥς scripsit G. Hermannus. V. adn. exeget.

V. 279. ἡ δ' ἐκ τρίτων αὖ proponit Kirchhoffius. Verba ἐκ χειτώνων sane corrupta videntur.

V. 280. Plutarchus adv. Colot. p. 1123.

V. 282. Longinus de subl. p. 264. Speng. κτενεῖ [Cod. B.] κτείνει Cod. C. κτανεῖ libri Longini.

V. 283 sq. ἐπλάζετο φθογγαῖς τε μόσχων καὶ κυνῶν ὑλά-

clis Ai. 957 sq. γελᾷ δὲ σοῖσι μαινομένοις ἄχεσιν πολὺν γέλωτα. id quod nostra lingua dicas: ein Hohnlächter entgegenstellen. Vide Rost. gr. Gr. §. 106. 2. suppl. c. p. 521., ubi tamen huius ipsius verbi γελᾶν mentionem desideravi.

V. 268. θάσσειν φάραγγ'] De accusativo φάραγγα θάσσειν suspenso vide Rost. gr. Gr. §. 104. 3. b. suppl. l. p. 494.

V. 269. κλύοντας ὡς θύοιμεν] Conf. supra v. 38.

V. 271. θηρᾶν] „Intellige ἔδοξεν ex versu antecedente, in quo significat visus est, hic visum est.“ A. SEIDLERUS.

V. 275. καὶ βοᾷ κυναγὸς ὥς] Parum intellexit G. Hermannus locum, quasi venatoris vox loco altae et magnae vocis omnino poneretur. Neque enim est: tam alta voce clamat qua venator aolet, sed potius sic dicitur: in modum venatoris vociferatur, ut quemadmodum ille canibus clamando imperat quid faciant, sic Orestes Pyladae clamaverit. Recte Schoenius adsimulavit Xenophontis de venat. VI. 17 sq.

V. 276. Πυλάδη, δέδορκας τήνδε;] Orestes tres Furias se videre putavit et unam quidem hac voce denotat, alteram autem iis, quae iam sequuntur, verbis: τήνδε δ' οὐχ ὁρᾷς Ἅιδου δράκαιναν κτέ., quae ipsum conetur interficere diris anguibus ad laedendum instructa, quibus in verbis ἐχίδναις ἐστομωμένη sic dicitur, ut quoniam ore et lingua venenata perniciem adferunt viperae hominibus, sic illa quasi oribus viperarum instructa ad laedendum esse videatur. Eaque est vulgaris imago Furiae in monumentis,

δειναῖς ἐχίδναις εἰς ἔμ' ἐστομωμένη;
ἡ δ' ἐκ χιτώνων πῦρ πνέουσα καὶ φόνον
πτεροῖς ἐρέσσει, ματέρ' ἀγκάλαις ἐμὴν
ἔχουσα, πέτρινον ὄχθον, ὡς ἐπεμβάλῃ.
οἴμοι κτενεῖ με· ποῖ φύγω;" παρῆν δ' ὁρᾶν
οὐ ταὐτὰ μορφῆς σχήματ', ἀλλ' ἠλλάσσετο
φθογγάς τε μόσχων καὶ κυνῶν ὑλάγματα,
ἃ "φασκ' Ἐρινῦς ἰέναι μιμήματα.
ἡμεῖς δὲ συσταλέντες, ὡς θανούμενοι,
σιγῇ καθήμεθ'· ὁ δὲ χερὶ σπάσας ξίφος,

γματι dubitanter proponit Nauckius.

V. 284. post hunc versum Kirchhoffio nonnulla deesse videntur.

V. 285. ἃ "φασκ' Badhamus, quem sequutus est Nauckius. ἃς φᾶσ' Cod. *B*. ἃς φάσ' Cod. *C*. ἃ φασ' e corr. apogr. Paris. alterum. ἐρινῦς Cod. *B*. Mox μυκήματα Nauckius de coniectura sua.

μβ

V. 286. θανούμενοι Cod. *B*. θανούμενοι Cod. C.

V. 287. χερὶ σπάσας Piersonus Verisim. p. 17. et Mark-

quae nobis antiquitus manserunte saepe adumbrata. Tertia ignem halantem fecit et caedem minitantem, quod imaginem matris brachiis tenebat eamque in Orestem coniicere conabatur.

V. 280. πτεροῖς ἐρέσσει] Quamquam aperte ἀπτέρους Furias appellat Aeschylus Eumen. 51., tamen alas eis et hoc loco Euripides tribuit et in Orest. 275., qua de re conferri poterit I. H. Vossius: Mythol. Briefe II. 2. Dicitur autem πτεροῖς ἐρέσσειν πέτρινον ὄχθον alis quasi remigare ad rupem saxeam, in qua consederat Orestes. Sic enim haec verba construenda esse puto. De collocatione verborum laudavit iam Schoenius Med. 473 sq., ad quem locum vide quae adnotavi p. 57. ed. Goth. alt. Alii πέτρινον ὄχθον ad μητέρα rettulerunt, ut eam quasi saxeam molem in Orestem coniicere conari diceretur Furia.

V. 282. παρῆν δ' ὁρᾶν οὐ ταὐτὰ μορφῆς σχήματα κτέ.] Ut haec verba hunc scripta sunt, et ego censeo recte sic scripta esse, hanc mihi habere videntur sententiam: Non aderant ad videndum Oresti eaedem semper formae species, sed commutabat ille has, quod voces vitulorum et canum latratus memoravit, quorum voces adsimulatas dixit Furias mittere, ita, ut eo, quod tribuit Furiis etiam mugitus boum et latratus canum, speciem quoque earum commutatam esse significaret.

V. 286. ἡμεῖς δὲ συσταλέντες, ὡς θανούμενοι] nos vero contracti aut contractis membris, quasi morituri, si quid conare-

μόσχους ὀρούσας εἰς μέσας λέων ὅπως,
παίει σιδήρῳ λαγόνας εἰς πλευρὰς ἰείς,
δοκῶν Ἐρινῦς θεὰς ἀμύνεσθαι τάδε,
ὡς αἱματηρὸν πέλαγος ἐξανθεῖν ἁλός.
κἀν τῷδε πᾶς τις, ὡς ὁρᾷ βουφόρβια
πίπτοντα καὶ πορθούμεν', ἐξωπλίζετο,
κόχλους τε φυσῶν συλλέγων τ' ἐγχωρίους·
πρὸς εὐτραφεῖς γὰρ καὶ νεανίας ξένους

landus. Conf. v. 313. *φάσγανον σπάσας χερί.* Etiam in Androm. 167., quem locum indicavit A. Matthiae, *περισπείρουσαν* habet Cod. *B.*, ubi ceteri libri recte *χερὶ σπείρουσαν* tuentur, vide adn. crit. p. 40. ed. Pflugk. sec.

V. 289. *ἐκ πλευρᾶς συνθεὶς* Badhamus.

V. 290. *Ἐριννῦς* Cod. *B.*

V. 291. *ὥςθ'* Marklandus. *ὡς* libri. Dein *πέλαγος* libri, nisi quod Cod. *B.* *πέλανον* a sec. m. habet.

V. 294. *συλλέγοντ'* Cod. *B.* a pr. m.

V. 297. *μικρῷ* Aldus. *μακρῷ* Cod. *B.* et sec. apogr. Paris.

mur, tacite considebamus. Non opus est coniectura in Cod. *C.* apposita *θαμβούμενοι.*

V. 289. *παίει σιδήρῳ λαγόνας εἰς πλευρὰς ἰείς*] caedit ferro ilia in latera immittens gladium.

V. 290. *δοκῶν Ἐρινῦς θεὰς ἀμύνεσθαι τάδε*] Hoc loco *ἀμύνεσθαί τινά τι* sic dicitur, ut dicitur *ἐργάζεσθαί τινά τι*, id est: existimans se quae faceret ita facere ut arceret Furias. Id rectissime sensit G. Hermannus eo, quod dixit A. Matthiae, qui *τάδε* per *ὧδε* vel *οὕτως* explicavisset, sententiam recte explicavisse, non rationem locutionis.

V. 291. *ὡς αἱματηρὸν πέλαγος ἐξανθεῖν ἁλός*] Facilis admodum est Marklandi coniectura, qui collato v. 907. *ὥςθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί*, scribi hic quoque voluit *ὥςθ' αἱματηρὸν κτέ.* Sed quom tamen *ὡς* cum infinitivo in consecutione rerum dicatur a Graecis etiam alias, qua de re vide me ad Devarium vol. II. p. 764 sq. et de tragicis quidem Graecis G. Hermannum ad Sophoclis Antig. 292. p. 68. Rost. gr. Gr. §. 122. 9., ubi tamen exempla *ὡς* particulae cum infinitivo sic positae desidero, non credo quidquam esse mutandum. De voce *πέλαγος ἁλὸς* adsimulavit Schoenius Homeri Odyss. V. 334. *ἁλὸς ἐν πελάγεσσι.* et Sophoclis Antig. 966. *παρὰ πελαγέων διδύμας ἁλός.*

V. 294. *κόχλους τε φυσῶν*] „Κόχλους· τὸ πέρας λέγει, ὃ κρούοντες οἱ βουκόλοι καὶ οἱ λοιποὶ τοὺς ἐγχωρίους συλλέγουσιν, ὅταν τινὲς αὐτοῖς ἐμπέσωσι πολέμιοι. τούτοις δὲ τὸ κέρας κόχλου ἦν ὄστρακον.“ SCHOLIASTES. Vide Hesych. s. v. *κύχλος* et Nonn. XVII. 93.

V. 297. *πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν*] Conf. Androm. 1098. *ἀρχαί τ' ἐπληροῦντ' εἰς τε βουλευτήρια ἰδίᾳ θ' ὅσοι κτέ.*

V. 298. *μανίας πίτνλον*

305 φαύλους μάχεσθαι βουκόλους ἡγούμενα.
πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ.
πίπτει δὲ μανίας πίτυλον ὁ ξένος μεθείς,
στάζων ἀφρῷ γένειον· ὡς δ' ἐσείδομεν
προῦργου πεσόντα, πᾶς ἀνὴρ ἔσχεν πόνον 300
310 βάλλων, ἀράσσων· ἄτερος δὲ τοῖν ξένοιν
ἀφρόν τ' ἀπέψα σώματός τ' ἐτημέλει
πέπλων τε προὐκάλυπτεν εὐπήνους ὑφάς,

Cod. *C.* οὐ μακρῷ **Nauckius** proposuit dubitans.

V. 302 sq. habet **Lucianus** in amor. §. 47.

V. 302. ἀπέψα libri Euripidis et Luciani, idque retinuit **Kirchhoffius** appellans **Hesychium** I. p. 447: ἀπέψα· ἀπέμασσεν. ἀπέψη **Elmsleius**. Rectius rem iudicavit V. Chr. Fr. **Rost.** gr. Gr. §. 77. adn. 1. a. p. 225. et rursus §. 84. p. 315.

V. 303. πέπλου **Lucianus** l. v. εὐπήνους ὑφὰς libri Euripidis. Partim εὐπήκτους ὑφὰς partim εὐπήκτοις ὑφαῖς libri Luciani. Hinc εὐπήκτοις ὑφαῖς edidit **Musurus**. εὐπτύκτους ὑφὰς proposuit **G. Hermannus**.

ὁ ξένος μεθείς] Vide Herc. fur. 816. ἆρ' εἰς τὸν αὐτὸν πίτυλον ἥκομεν φόβου. et quae ad eam locum adnotavit **Pflugkius** p. 90. ed. Goth.

V. 300. ἐσείδομεν προῦργου πεσόντα] προῦργου est per se nihil aliud nisi hoc: id quod rem iuvat aut quo res iuvatur. Hoc loco ad eos pertinet, de quibus dicitur ἐσείδομεν. Itaque est quo res nostra iuvaretur. Neque enim per se est commode, opportune, quamquam his verbis interdum reddi potest.

V. 301. βάλλων, ἀράσσων] Participiis his ἀσυνδέτως coniunctis unam rem vehementius atque fortius agi ac perfici significari apparet. Videtur autem admodum usitata fuisse haec formula, Hec. 1172 sq. ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ Θὴρ ὥς διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας, Ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης, Βάλλων, ἀράσσων. et Androm. 1154 sq. τίς οὐ σίδηρον προσφέρει, τίς οὐ πέτρον Βάλλων, ἀράσσων;

V. 302. ἀφρόν δ' ἀπέψα σώματός τ' ἐτημέλει κτέ.] Summum omnia haec simul persequendi et amici iuvandi studium satis indicatur repetita τὲ particula, vide quae diximus supra ad v. 160. p. 42.

V. 303. πέπλων τε προὐκάλυπτεν εὐπήνους ὑφάς] De re conf. **Homeri** Il. V. 315. πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ πτύγμ' ἐκάλυψεν. Quod autem εὐπήκτους pro εὐπήνους ὑφάς apud **Lucianum** am. §. 47. legitur aut etiam εὐπήκτοις ὑφαῖς, **G. Hermannus** scribi voluit εὐπτύκτους ὑφὰς memor sine dubio loci Homerici, quo tamen minime utor. Nam qui προκαλύπτει ὑφὰς arcendorum volnerum causa, is sine dubio ita protegit amictus, ut etiam complicata veste defendere corpus eius, quem a se iuvari volt, conetur, itaque eius modi notione hic opus non erat, dicit autem Euripides hic εὐπήνους ὑφάς, ut infra v. 799. et 1436. simili modo loquitur, ut appareat iuvenes istos generoso

καραδοκῶν μὲν τἀπιόντα τραύματα,
φίλον δὲ θεραπείαισιν ἄνδρ' εὐεργετῶν.
ἔμφρων δ' ἀνάξας ὁ ξένος πεσήματος
ἔγνω κλύδωνα πολεμίων προσκείμενον
καὶ τὴν παροῦσαν συμφορὰν αὑτοῖν πέλας,
ὤμωξέ θ' · ἡμεῖς δ' οὐκ ἀνίεμεν πέτροις
βάλλοντες, ἄλλος ἄλλοθεν προσκείμενοι.
οὗ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν·
"Πυλάδη, θανούμεθ', ἀλλ' ὅπως θανούμεθα
κάλλιστ' · ἔπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί."
ὡς δ' εἴδομεν δίπαλτα πολεμίων ξίφη,
φυγῇ λεπαίας ἐξεπίμπλαμεν νάπας.
ἀλλ' εἰ φύγοι τις, ἄτεροι προσκείμενοι
ἔβαλλον αὐτούς· εἰ δὲ τούσδ' ὡσαίατο,

V. 306. ἀνάξας libri. Id olim scriptum fuit in cod. archetypo ἀνάιξας, ut id esset ἀνάΐξας legendum. Non minus enim in mediis vocabulis olim ι, quod subscribi poterat, adscribebatur quam in extremis.

V. 307. ἔγνω Scaliger. ἔγνωκε libri.

V. 308. Fr. H. Bothe iniuria in interpolationis suspicionem vocavit.

V. 309. πέτροις Victorius recte recepisse videtur e Cod. C., in quo est πετρους sec. Victorium et apogr. Paris. πέτρους Cod. B.

genere ortos etiam vestibus regiis ornatos fuisse.

V. 306. ἀνάξας ὁ ξένος πεσήματος] e lapsu surgens.

V. 311. οὗ δή] ibi tum. Vide Sophoclis Oed. Reg. 1239. οὗ δὴ πρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐξείδομεν, Πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην. et conf. quae dixi ad Devarium vol. II. p. 406.

V. 312. ἀλλ' ὅπως θανούμεθα κάλλιστ'] De fortiore adhortatione hac conf. Rost. gr. Gr. §. 122. 12. aa. p. 665.

V. 318. τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις] Nūn plane Latinorum modo respondet, ut in Hec. 1144. ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν. De neutro autem numeri singularis τὸ ὑπεῖκον pro ὑπείκοντες conf. Rost. gr. Gr. §. 97. 2. a. p. 403. Id autem ut omne nomen collectivum pluralem verbi numerum habet, v. Rost. gr. Gr. §. 100. 4. b. p. 471 sq. cl. p. 475. Totum locum recte sic reddidit Piersonus Veris. p. 18 sq.: Fugientes montanas implevimus silvas. Sed, si quis fugeret, alii irruentes iaciebant ipsos: si vero hos pellerent, rursus, qui nunc fu-

αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις.
ἀλλ' ἦν ἄπιστον· μυρίων γὰρ ἐκ χερῶν
οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ' εὐτύχει βαλών. 320
μόλις δέ νιν τόλμῃ μὲν οὐ χειρούμεθα,
κύκλῳ δὲ περιβαλόντες ἐξεκλέψαμεν
πέτροισι χειρῶν φάσγαν', εἰς δὲ γῆν γόνυ
καμάτῳ καθεῖσαν. πρὸς δ' ἄνακτα τῆσδε γῆς
κομίζομέν νιν. ὁ δ' ἐσιδὼν ὅσον τάχος 325
ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι.
εὔχου δὲ τοιάδ' ὦ νεᾶνί σοι ξένων
σφάγια παρεῖναι· κἂν ἀναλίσκῃς ξένους
τοιούσδε, τὸν σὸν Ἕλλας ἀποτίσει φόνον
δίκας τίνουσα τῆς ἐν Αὐλίδι σφαγῆς. 330

V. 318. *αυτις* Cod. *C.* *οὔ τις* Cod. *B.* *ἤρασσον* Codd. [*B*] *C.* *ἤρασσεν* Musgrus. Dein *πέτραν* dicitur esse in Cod. *C.*, sed *πέτροις* habent apogr. Pariss.

V. 320. *ηὐστύχει* Badhamus. Dein *βαλὼν* Cod. *C.* *λαβων* Cod. *B.*

V. 322. *περιβαλόντες* Reiskius. *περιβάλλοντες* libri.

V. 324. *καθεῖσα* Cod. *B.* a pr. m.

V. 326. *τε χέρνιβας* Codd. *BC.* *ὡς χέρνιβας* Musgrus. *ἐς χ.* Valckenarius, *ἐπὶ χ.* Hartungius. Deinde *σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι* Musgravius. *σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι* Musgrus.

V. 330. iniuria suspectus Nauckio visus est. Vide adn. exeget.

giebant, illos saxis petebant.

V. 320. *οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ' εὐτύχει βαλών*] „Innuit pastor non sine numine divino evenisse, ut nemo victimas deae addictas lapide attingeret, sed integrae illibataeque aris reservarentur. Statius Theb. VII. 696. ne quid mortalia bello Laedere tela queant.“ MUSGRAVIUS.

V. 326. *ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι*] Non male Musgravius adsimulavit Lycophr. 196. *σφαγείων ἡδὲ χερνίβων πέλας.* ad quem locum vide quae adnotavit Bachmannus.

V. 330. Sine idonea causa Nauckius hunc versum in interpolationis suspicionem videtur vocasse. Simplicem enim hominem qualis hic pastor est, aequum est omnia aperte et abundanti verborum copia pronuntiare. Tantum autem abest ut repetitum verbum *τίνουσα* post *ἀποτίσει* quidquam offensionis habeat, ut non sine quadam vi id ipsum verbum repetitum esse videatur. Vide Androm. 1172 sq. *αὐτός τε κακοῖς πήμασι κύρσας Εἰς ἓν μοίρας συνέκυρσας.* et quae ad eum locum adnotavimus p. 138 sq. ed. Goth. alt.

ΧΟΡΟΣ.

340 θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανέντ', ὅστις ποτὲ
Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἠλίτεν ἄξενον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶεν. σὺ μὲν κόμιζε τοὺς ξένους μολών·
τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.
ὦ καρδία τάλαινα, πρὶν μὲν εἰς ξένους 335
345 γαληνὸς ἦσθα καὶ φιλοικτίρμων ἀεί,
εἰς θυμόφυλον ἀναμετρουμένη δάκρυ,
Ἕλληνας ἄνδρας ἡνίκ' εἰς χέρας λάβοις.
νῦν δ' ἐξ ὀνείρων οἷσιν ἠγριώμεθα,

V. 334. φροντιοῦμεν οἷα χρὴ Badhamus.

V. 337. εἰς τὸ ὁμόφυλον Cod. *B.* itemque Cod. *C.* sec. Victorium et apogr. Pariss.

V. 340. δοκοῦσ' Cod. *B.* δοκοῦσαν Cod. *C.* Iniuria suppositicium versum esse Nauckius pronuntiavit.

V. 342 ἠσθόμην G. Hermannus et L. Dindorfius. ἠχθόμην libri.

V. 344. αὐτοὶ κακῶς πράξαντες libri, eaque rectissime scriptura se habet; vide adn. exeg. αὐτοὶ καλῶς πράξαντες de Seid-

V. 331. θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανέντ'] De constructione conf. Rost. gr. Gr. §. 104. 4., an., qui adn. 15. rectissime adsimulavit Platonis Crit. p. 48. A. οὐ φροντιστέον, ὅ τι ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς.

V. 332. Ἕλληνος ἐκ γῆς] V. de Ἕλλην pro forma feminina posito conf. quae habet Pflugkius ad Heracl. 131. huius quoque loci haud immemor p. 42. ed. Goth. alt. et G. Hermannus ad h. l. p. 40 sq.

V. 334. τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα] „Ordo est τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς φροντιούμεθ' οἷα ἔσται." A. MATTHIAE.

V. 337. εἰς θυμόφυλον] τὸ ὁμόφυλον eodem modo dicitur, quo supra v. 318. τὸ νῦν ὑπεῖκον, ad quem locum vide quae adnotavimus.

V. 340 sq. οἷσιν ἠγριώμεθα, δοκοῦσ' Ὀρέστην κτέ.] De numero singulari δοκοῦσα illato per synesin post ἠγριώμεθα, conf. Herc. fur. 858. Ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ' ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι. et 1206 sq. ἱκετεύομεν ἀμφὶ σὰν γενειάδα — προσπίτνων πολιόν τε δάκρυον ἐκβαλών. infra v. 563 sq. εἰς γὰρ δή τιν' ἤκομεν λόγον, Ὑμῖν τ' ὄνησιν — σπεύδουσ' ἅμα Κἀμοί. Vide quae Pflugkius adnotavit ad Helen. 800., ubi huius quoque loci ratio habita est p. 106. Causam autem idoneam quamobrem hunc versum Nauckius pro suppositicio habuerit nullam adsequi possum.

V. 342. καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθές] Et hoc verum erat, aut dicam: Et hoc consentaneum erat, quasi nostra lingua dicas: Und das musste so kommen, aut: Und das konnte nicht anders kommen. Mox ἠσθόμην recte repositum est cl. Hippol. 1403. τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ',

δοκοῦσ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν,
δύςνουν με λήψεσθ', οἵτινές ποθ' ἥκετε.
καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθές, ἡσθόμην, φίλαι·
οἱ δυςτυχεῖς γὰρ τοῖσιν εὐτυχεστέροις
αὐτοὶ κακῶς πράξαντες οὐ φρονοῦσιν εὖ.
ἀλλ' οὔτε πνεῦμα Διόθεν ἦλθε πώποτε,
οὐ πορθμίς, ἥτις διὰ πέτρας Συμπληγάδας
Ἑλένην ἀπήγαγ' ἐνθάδ' ἥ μ' ἀπώλεσε,
Μενέλεών θ', ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην,
τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ,
οὗ μ' ὥς τε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι

leri coniectura G. Hermannus, A. Nauckius. Kirchhoffius suspicatur *αὐτοῖς κακῶς πράξασιν*.

V. 345. *ἀλλ' εἴθε* scribi vult Kirchhoffius et versu sequenti *ἦ πορθμίς*.

V. 347. *κατήγαγ'* Badhamus.

V. 348. *μενέλαόν τε* libri. *μενέλεών τε* Barnesius.

V. 350. *οὗ μ'* Piersonus Verisim. p. 10. et Marklandus. *οἵ μ'* Cod. *C.* E cod. *B.* nihil adnotatum est ad *οὗ μ'*, sed dubitatur tamen num *οὗ μ'* in eo codice legatur.

ἥσθημαι, μία.

V. 344. *αὐτοὶ κακῶς πράξαντες*] Haec rectissime iam Schoenius explicavit. Haec enim horum verborum sententia est: Miseri enim felicioribus, ex quo ipsi adversa fortuna usi sunt, non bene cupiunt. Comparavit Schoenius Herc. fur. 1291 sq. *κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Διὶ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενὼς δύστηνος ὤν.* conf. infra v. 1087 sqq. et quae Pflugkius et ego adnotavimus ad Helen. 418 sq. p. 64. ed. Goth. alt.

V. 345 sq. *ἀλλ' οὔτε πνεῦμα — οὐ πορθμίς*] De particulis *οὔτε — οὔ* vide infra v. 364 sq. et conf. me ad Devarium vol. II. p. 710 sq. et ad Orest. 41. p. 35. ed. Goth. Rost. gr. Gr. §. 134. A. 5. adn. 1. c. p. 731.

Ibid. *Διόθεν*] Iuppiter enim arbiter tempestatis est, ut adeo ipsam auram denotet, velut in Catulli carm. IV. 20. sive utrumque Iuppiter Simul secundus incidisset in pedem.

V. 348. *ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην*] De indicativo post *ἵνα* in re non facta vide quae attuli ad Devarium vol. II. p. 630 sq. et ad Phoen. 208 sq. p. 52. ed. Goth. Rost. gr. Gr. §. 122. 10. c. p. 656. et p. 660.

V. 349. *τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν κτέ.*] Acerbe loquitur Iphigenia animo adversis rebus exacerbato, ut hunc locum, ubi Graeci caedantur, ei opponat, ubi ipsa caesa sit. De genetivo *τῆς ἐκεῖ*, de quo fuerunt qui iniuria dubitarent, conf. Thucydidem II. 85. *οὐκ ἀντιτιθέντες τὴν Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν τῆς σφετέρας δι' ὀλίγου μελέτης.*

V. 350. *οὗ μ' ὥς τε μό-*

ἔσφαζον, ἱερεὺς δ' ἦν ὁ γεννήσας πατήρ.
οἴμοι· κακῶν γὰρ τῶν τότ' οὐκ ἀμνημονῶ,
ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα
γονάτων τε τοῦ τεκόντος ἐξαρτωμένη,
λέγουσα τοιάδ'· „ὦ πάτερ, νυμφεύομαι
νυμφεύματ' αἰσχρὰ πρὸς σέθεν· μήτηρ δ' ἐμὴ
σέθεν κατακτείνοντος Ἀργεῖαί τέ νιν

V. 353. τῶν τότ' Musurus. τῶν τοῦδ' Codd. *BC*.
V. 356. ἐμὲ Reiskius, Nauckius.
V. 357. Ἀργεῖαί τέ νιν libri. Ἀργεῖαί τε νῦν Tyrwhittus, Nauckius. Ἀργεῖαί τέ με proponit Kirchhoffius.
V. 359. ὀλλύμεθα Codd. *BC*. ὀλλύμεσθα Cod. *B*. ab alt. m.
V. 361. προεῖπας G. Hermannus. προσεῖπας libri. De Badhami coniectura προτείνας Kirchhoffius et Nauckius scripse-

σχον — ἱερεὺς δ' ἦν] Probabilius est ὥς τε Euripidem discriminata voce voluisse recitari hoc loco quam ὥστε coniuncte. Rectissime enim hoc loco τέ — δέ inter se respondent, de quibus particulis vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 741 sq. Rost. gr. Gr. §. 134. A. 5. adn. 1. a. p. 730. De ὥς τε autem dixi in comment. de emendationibus quae per coniecturam fiunt I. p. 19.

V. 351. ἱερεὺς δ' ἦν ὁ γεννήσας πατήρ] qui genuit pater acerbius hoc loco dicitur quam si ὁ πατὴρ diceretur sine participio. Infra v. 484. σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ; sine acerbitate ita dicitur, ut patri ei, qui genuerit, etiam nomen dare convenisse significetur.

V. 353. ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα κτέ.] ὅσας χεῖρας dicitur pro ὁσάκις χεῖρας κτέ. Praeivit in his Homerus Odyss. II. 151. ἔνθ' ἐπιδινηθέντε τιναξάσθην πτερὰ πολλά. Persimile est illud Callimachi, de quo olim vehementer dubitaverunt interpretes, hymn. in Dian. 26 sqq. ὡς ἡ παῖς εἰποῦσα γενειάδος ἤθελε πατρὸς Ἅψασθαι, πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας, Μέχρις ἵνα ψαύσειε. Vide Stanlei. ad Aesch. Agam. 732. Abresch. ad Aristaenet. p. 166. Toup. ad Longin. III. p. 164. De formula χεῖρας ἐξακοντίζειν γενείου A. Matthiae recte comparavit τοξεύειν τινός Homer. Il. IV. 100. XXIII. 853 sq. ἴέναι τινός Sophoclis Ai. 154. ὀρούειν τινός Pindari Pyth. X. 95. Apposite addidit his Kvícala Bacch. 654 sq. αἳ (βάκχαι) τῆσδε γῆς οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν. Conf. Rost. gr. Gr. p. 530 sq. ed. sept. Vehementiorem autem impetum maiusque studium indicat ἐξακοντίζειν quam ὀρέγειν aut quid eius modi.

V. 355. νυμφεύομαι νυμφεύματ' αἰσχρὰ] Quoniam Iphigeniae oratio adsurgit, non dicit simpliciter αἰσχρῶς νυμφεύομαι, sed ut modum quo factum hoc sit magis efferat νυμφεύομαι νυμφεύματ' αἰσχρὰ recepta illa lege, qua nomina ab eisdem radicibus ducta amplificandi causa ad sua verba adiunguntur, sicuti paullo post

ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν, αὐλεῖται δὲ πᾶν
μέλαθρον· ἡμεῖς δ' ὀλλύμεσθα πρὸς σέθεν.
Ἅιδης Ἀχιλλεὺς ἦν ἄρ', οὐχ ὁ Πηλέως,
ὃν μοι προεῖπας πόσιν· ἐν ἁρμάτων ὄχοις
εἰς αἱματηρὸν γάμον ἐπόρθμευσας δόλῳ."
ἐγὼ δὲ λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων
ἔχουσ', ἀδελφόν τ' οὐκ ἀνειλόμην χεροῖν,

runt. ἐν ἁρμάτων ὄχοις Codd. *BC.* ἐν ἁρμάτων δ' ὄχοις Musurus. ἐν ἁρμάτων μ' ὄχοις Nauckius.

V. 364. ἀδελφόν τ' οὐκ ἀνειλόμην G. Hermannus auctore Tyrwhitto. ἀδελφὸν τοῦτον εἱλόμην libri.

V. 365. κασιγνήτῃ Cod. *B.* κασιγνήτῃ sec. Victor. et apogr. Pariss. κασιγνήτῳ sec. Furiam Cod. *C.*

eadem adlitterationis lege dicitur v. 358. ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν. Quo accedit etiam hoc, quod ῡ et φ̄ litterae mollissimae esse videbantur, quarum sonitu maximo opere animi audientium moverentur. Conf. Sophoclis Antig. 780 sqq. et quae de simili loco commentatus sum ad Helen. 1434. p. 172 sq.

V. 356. μήτηρ δ' ἐμὴ κτέ.] Clytaemnestra mater in hac quidem fabula Aulidem venisse una cum filia, quae dicebatur Achilli desponsa, esse non dicitur, sed Argis mansisse, quod contra in fabula Iphigeniae, quae est Aulide, una venisse fingebatur.

V. 357. Ἀργεῖαί τέ νιν ὑμνοῦσιν] νίν, id est, τὰ νυμφεύματα, quemadmodum recte iam Brodaeus.

V. 358. αὐλεῖται δὲ πᾶν μέλαθρον] Conf. Heracl. 402. θυηπολεῖται δ' ἄστυ. et quae commentatus est P. Elmsleius ad Sophoclis Oed. reg. 1094.

V. 361. ὃν μοι προεῖπας πόσιν]. Sic iure G. Hermannus restituit pro vulgato προεῖπας, quod idoneam rationem non habet. Est fere Latinum: quem mihi denuntiavisti maritum. Nam προεῖπεῖν in eiusmodi denuntiationibus verbum usu receptum est. Hiatus autem offensioni esse non potest, conf. Sophoclis Oed. reg. 351. ὥπερ προεῖπας ἐμμένειν. Vide quae nuper adnotavi ad Orest. 729. p. 112 sq. ed. Goth. Deinde asyndeton, quod est in verbis: ἐν ἁρμάτων ὄχοις κτέ., propterea minorem offensionem aut dicam iustam excusationem habet, quod eis ipsis verbis, quoniam curru solebat peti sponsa, Iphigenia rationem illam indicat qua se fefellerit pater et Aulidem adduxerit fraudulenter.

V. 363. λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων ἔχουσ'] Vix est quod dicam more fuisse velatas sponsas, conf. Luciani symp. §. 8. αἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλινῆρα ἐκεῖνον ἐπέλαβον — καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη ὑπὸ τῶν γυναικῶν περιεχομένη. Hinc ἀνακαλυπτήρια, de quibus Pollux Onom. III. 36.

V. 364. ἀδελφόν τ' οὐκ ἀνειλόμην χεροῖν]. Ut infantem, vide supra v. 224

ὃς νῦν ὄλωλεν, οὐ κασιγνήτῃ στόμα
συνῆψ' ὑπ' αἰδοῦς, ὡς ἰοῦσ' εἰς Πηλέως
μέλαθρα· πολλὰ δ' ἀπεθέμην ἀσπάσματα
εἰσαῦθις, ὡς ἥξουσ' ἐς Ἄργος αὖ πάλιν.
ὦ τλῆμον, εἰ τέθνηκας, ἐξ οἵων καλῶν
ἐρρεῖς, Ὀρέστα, καὶ πατρὸς ζηλωμάτων.
τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα,
ἥτις βροτῶν μὲν ἦν τις ἅψηται φόνου,
ἢ καὶ λοχείας ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,
βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη,
αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.

V. 368. *εἰσαῦτις* libri. Versus Nauckio suspectus videtur.
V. 369. *καλῶν* Reiskius, Marklandus, Musgravius. *κακῶν* libri.
V. 370. Post hunc versum nonnulla excidisse putant Ed. Cantabrig. et Nauckius.
V. 373. suppositicium habuerunt Badhamus et Nauckius.
V. 375. *αὐτὴ* Portus. *αὖτη* libri.

sq., ad quem locum vide quae adnotata sunt p. 24.

V. 365. *οὐ κασιγνήτῃ στόμα συνῆψ' ὑπ' αἰδοῦς*] Sororem Electram dicit, quam Iphigenia quippe nuptura Achilli prae pudore contra intueri et osculari ausa non sit, in illud tempus has delicias differens, si quando Argos rursus veniret.

V. 369. *ἐξ οἵων καλῶν ἐρρεῖς, Ὀρέστα κτέ.*] in his ipsis verbis apparet Iphigeniam putasse patrem adhuc Argis vivere eiusque imperium florere.

V. 372. *τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα κτέ.*] Etiamsi hac oratione Iphigenia illam, quam usque adhuc habuit, orationem satis praecidit, tamen non credo hinc quidquam excidisse, in qua opinione quidam grammatici fuerunt. Recte Seidlerus haec adscripsit: 'Addit hanc disputationem Iphigenia, quod iam abitura est, ut ad hospitum immolationem necessaria praeparet. Ceterum ab hoc versu usque ad finem orationis sententiae sic videntur cohaerere: Non laudo Dianam, quae quum arceat a templis caede aliaque ratione pollutos, ipsa hostiis humanis delectetur. At fortasse et hanc deam et ceteros deos, qui Tantali quondam epulis delectati esse dicuntur, immerito talis crudelitatis accusamus. Homines potius culpam suam transferre videntur in deos, qui a scelere immunes sunt.'

V. 373. *ἢ καὶ λοχείας ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν*]. Non satis considerate isti fecisse videntur, qui hunc versum nuper damnaverunt. Nam minora haec esse, quae iam adiunguntur, ipse scriptor eo indicavit, quod particulis *ἢ καὶ* usus est in altero membro, quibus particulis istud ipsum indicatur. Neque abhorret ab hoc loco haec minorum rerum commemoratio pro-

οὐκ ἴσθ' ὅπως ἔτεκεν ἄρ' ἡ Διὸς δάμαρ
Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν. ἐγὼ μὲν οὖν
τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα
ἄπιστα κρίνω, παιδὸς ἡσθῆναι βορᾷ,
τοὺς δ' ἐνθάδ', αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους,
εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ·
οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά.

κυάνεαι κυάνεαι σύνοδοι θαλάσσας,

V. 376. ἔτεκεν ἄρ' Klotzius. ἔτεκεν ἄν libri. ἔτικτεν Porsonus, quem Nauckius sequutus est. ποτ' ἔτεκεν G. Hermannus

V. 381. εἰς τὴν θεὸν amicus Marklandi. Dein τὸ φαῦλον Codd. *BC.* τὸν φαῦλον vitiose Aldus.

V. 383—440. Iam sequitur carmen melicum ex binis strophis totidemque antistrophis constans, quibus deinceps systemata anapaestica bina succedunt v. 441—451. Et prior quidem stropha

pterea, quod eo magis mirandum est graviora deos committere, si iam haec minora vitent. Puerperas autem ob recentem partum immundas habitas esse recte iam adnotavit Brodaeus.

V. 377. τοσαύτην ἀμαθίαν] Pareret enim hanc ipsam insaniam, quia peperit Dianam.

V. 378. τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα] De dativo θεοῖς conf. Rost. gr. Gr. §. 105. 4. c. suppl. 3. p. 515 sq. Res ipsa satis nota est. Hyginus fab. LXXXIII. Pelops Tantali et Diones Atlantis filiae filius quom esset in epulis deorum a Tantalo caesus, brachium eius Ceres consumpsit. Qui a deorum numine vitam recepit; cui quom cetera membra, ut fuerunt, coissent, humero non perpetuo, eburneum eius loco Ceres aptavit. Conf. Scholiast. Pindari Ol. I. 114 Mythograph. Graec. p. 380. ed. Westerm.

V. 381. εἰς τὸν θεόν] Hoc, quo dei notio magis universa requiritur, est etiam aptius quam illud, quod Marklandi amicus coniecit τὴν θεόν. Similiter Q. Catulus apud Ciceronem de nat. deor. I. 28, 79. Constiteram exorientem Auroram forte salutans, Quum subito a laeva Roscius exoritur. Pace mihi liceat, caelestes, dicere vestra Mortalist visust pulcrior esse deo.

V. 383. sqq. iam chorus orditur carmen stasimon primum, ita ut scire se cupere dicat qui sint illi duo Graeci et unde venerint et quid sequuti hoc iter susceperint. Ipse quoque chorus Iphigeniae bene cupit optatque ut vindictam de Helena sumere possit, ipseque vehementer in votis habet, ut sibi libertatem et reditum in patriam navigium adveniens pariat.

V. 383. κυάνεαι κυάνεαι

ἵν' οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν
ἄξενον ἐπ' οἶδμα διεπέρασε· ·
Ἀσιήτιδα γαῖαν
Εὐρώπας διαμείψας.
τίνες ποτ' ἄρα τὸν εὔυδρον δονακόχλοα
λιπόντες Εὐρώταν
ἢ ῥεύματα σεμνὰ Λίρκας

numero maxime ex glyconeis et iambicis versibus mixto constat, quales saepe Euripides in melicis carminibus posuit in hunc modum:



V. 384. ἵν' G. Hermannus. ἣν libri. Propter itacismum

κτέ]. Vide quae diximus supra ad v. 124. p. 38.

V. 384. ἵν' οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν κτέ.] Io, Iunonis sacerdos, quom adamata a Iove et, ne Iuno eam cognosceret, ab illo in vaccam esset mutata, Iuno re cognita Argum ei custodem addidit. Sed ne hoc quidem Iovis iussu a Mercurio interfecto libera fuit Io. Ἥρα δὲ τῇ βοΐ, inquit Apollodorus Biblioth. II. 1, 3., οἶστρον ἐμβάλλει. ἡ δὲ πρῶτον ἦκεν εἰς τὸν ἀπ' ἐκείνης Ἴονιον κόλπον κληθέντα, ἔπειτα διὰ τῆς Ἰλλυρίδος πορευθεῖσα καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβαλοῦσα διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον. ἐκπλεύσασα δὲ εἰς Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν, πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα καὶ πολλὴν διανήξαμένη θάλασσαν Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας τελευταῖον ἦκεν εἰς Αἴγυπτον, ὅπου τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα γεννᾷ παρὰ τῷ Νείλῳ ποταμῷ Ἔπαφον παῖδα. Huius igitur rei memoriam recolit hic poeta, quum dicit ἵν' οἶστρος ὁ ποτώμενος κτέ. Et quamquam oestri mentione satis Io indicatur, tamen credo eius nomen latere in corruptela post διεπέρασεν, ut fere διεπέρασεν Ἰοῦς auctore Erfurdtio et Hermanno scribendum esse existimem. De Io praeter Apollodorum l. c. conf. Ovidium Metam. I. 568 sqq. Palaephatum incredib. XLIII. p. 305 sq. ed. Westerm. cl. ibid.

ἔβασαν ἔβασαν ἄμικτον αἶαν, ἔνθα κούρᾳ
δίᾳ τέγγει
βωμοὺς καὶ περικίονας
ναοὺς αἷμα βρότειον;

ἀντιστροφὴ ἀ.

ἢ ῥοθίοις εἰλατίναις δικρότοισι κώπαις
ἔπλευσαν ἐπὶ πόντια κύματα,

commutatio hic quoque facta esse videtur. Vide adn. ad v. 20. 179. 272. Dein *πετόμενος* Cod. *B*.

V. 385. *εὔξεινον* Cod. *B*. *εὔξενον* Cod. *C*. *διεπέρασέν ποτε* Cod. *C*. et Aldus. *διεπέρασεν* om. *ποτέ*, Cod. *B*. Kirchhoffio *διεπέρασεν Ἰὼ* aut *διεπέρασ' Ἰώ* Euripides scripsisse videtur. De Erfurdtii coniectura *Ἰοῦς* scripsit G. Hermannus, *πόντου* de sua coniectura Schoenius. *διεπέρασε πόρτιν* Th. Bergkius. Equidem in re prorsus incerta auctore etiam Nauckio lacunae signum feci.

V. 388. *εὔνδρον δονακόχλοα* Codd. *BC*. *εὔνδρον καὶ δονακόχλοα* Musurus.

V. 391. sq. *κούρᾳ δίᾳ τέγγει*, ut Elmsleius scribendum praecepit, Cod. *B*. habere videtur. *κούρα διατέγγει* Aldus. E Cod. *C*. nihil enotatum est. *κούρα Δία* scripsit G. Dindorfius in praef. poët. scen. Graec. p. XX.

V. 394. *ναοὺς* Elmsleius. *ναοῦ* Cod. *B*. *ναῶν* [Cod. *C*.] et Aldus.

V. 395. *ἢ* scripsit Barnesius et hoc videtur habere Cod. *B*. Olim *ἤ* legebatur. *εἰλατίναις* Seidlerus. *εἰλατίνοις* libri. Kirchhoffius scribendum proponit: *ἢ ῥοθίοις εἰλατίνοις δικρότοιο κώπας*.

V. 396. *πόρευσαν* G. Dindorfius.

Append. p. 373 sq. ed. Westerm. Servium ad Georg. III. 152. et ad Aen. VII. 790.

V. 386 sq. *Ἀσιήτιδα γαῖαν Εὐρώπας διαμείψας*.] Genetivus fere usitatus est in hac formula *ἀμείβειν, ἀλλάττειν τί τινος*, quorum verborum mentionem desidero apud Rost. gr. Gr. p. 550. conf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 364. b. p. 678 sq. ed. sec.

V. 388 sq. *δονακόχλοα — Εὐρώταν*] De Eurota arundinibus abundanti conf. Theogn. 767. Welck. *Σπάρτην Εὐρώτα δονακοτρόφου ἀγλαὸν ἄστυ*. et quae Pflugkius contulit ad Helen. 208. sq. p. 43 sq. ed. Goth. alt. Eurotae appellatione itemque Dircae aquis certa Graeciae loca designari vix est quod dicam.

V. 391. *ἄμικτον αἶαν*] immanem terram, quacum nihil commercii habere queas, nisi pessum ire velis. Conf. Sophoclis Trachin. 1095. ed. Herm. Cycl. 428.

V. 396. *ἔπλευσαν — νάϊον ὄχημα*] Non quidem ita dicitur, ut *ὄχημα, νάϊον* plane vectionem denotet, in qua opinione G. Hermannus fuit, sed *ὄχημα* proprie est *τὸ ὀχούμενον*, id quod vehitur, hinc *ὄχημα ναός*, ut est apud Sophoclem in Trachin. 565., est fere navigium, id est, navis quae agitur et movetur, et ut Latinorum hoc ipsum verbum aut etiam vox curri-

ναΐον ὄχημα λινοπόροισιν αὔραις,
φιλόπλουτον ἄμιλλαν
αὔξοντες μελάθροισιν;
φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ πήμασι βροτῶν
ἄπληστος ἀνθρώποις,

V. 397. λινοπόροις αὔραις libri. λινοπόροισί τ' αὔραις ex Cantabrigiense. λινοπόροισιν αὔραις Erfurdtius.
V. 400. ἐγένετ' Aldus. γένετ' Codd. *BC*.
V. 403. τε om. Cod. *B*.

V. 404. κοιναὶ δόξαι Cod. *B*. κοῖναι δόξαι Cod. *C*. κεινὰ δόξα Elmsleius. Commutatio propter scripturam κεινᾶι δόξαι facilis fuit.

V. 407—440. sequitur iam stropha altera cum antistropha sua versibus glyconeis iisque numeris, qui cum illo consociari solent a tragicis, composita, quam, qui diligenter de hoc genere disputavit G. Hermannus in Element. doctr. metr. lib. III. c. 2. p. 551 sq., in hunc fere modum constituit:

– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –,

cui respondet in antistropha v. 424. – ⏑ –, – ⏑ – ⏑ ⏑ –
–, – ⏑ ⏑ – ⏑ – –
–, – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

culi vi ac potestate ita accedit ad nomen vecturae, ut fere ipsam navigandi actionem denotare videatur, ut hoc loco, in quo ὄχημα πλεῖν fere ita dicitur, ut στόλον πλεῖν in Sophoclis Philoct. 1019. De Accusativo vide Rost. gr. Gr. §. 104. 3. adn. 4. p. 494.

V. 397. λινοπόροισιν αὔραις] Non opus est τὲ particula in his verbis propterea, quoniam dativus ῥοθίοις εἰλατίναις δικρότοισι κώπαις aliter dicitur atque dativus λινοπόροις αὔραις ac saepe, ut in lingua Latina, sic etiam in Graeca eidem casus bis aut etiam saepius in uno enuntiato sua quisque vi ac potestate ponuntur. λινοπόροι αὔραι autem sunt illae aurae, quae vela promovent et sic agunt etiam navem, ut in Phoen. 1715. ναυσίπομπος αὔρα est et in Iphig. Aul. 170. habemus πλάτας ναυσιπόρους. et in Troad. 870. ναυπόρῳ ἄγειν πλάτῃ, quos locos recte iam Seidlerus adsimulavit.

V. 398. φιλόπλουτον ἄμιλλαν αὔξοντες μελάθροισι], id est, certamen quaerendarum divitiarum in commodum rerum domesticarum suarum maiore studio suscipientes. Solebant enim Graeci mercatores quaestus causa saepe istas regiones petere.

V. 402. ὄλβου βάρος οἳ φέρονται] Non satis caute isti egerunt, qui verterunt: qui divitiarum onus reportant. Reportare enim aliquanto plus est quam φέρεσθαι,

ὄλβου βάρος οἳ φέρονται
πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλεις τε βαρβάρους περῶντες
κεινᾷ δόξᾳ.
γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλ- 405
420 *βου, τοῖς δ' εἰς μέσον ἥκει.*
στροφὴ β'.
πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας,

⏑ ⏑ ⏓ ⏑ – ⏒
⏒ – ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ –
– ⏓ ⏒ ⏒ ⏑ –
–, ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ –
– ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ –
–, ⏓ – ⏓ ⏑ ⏑ – –
–, ⏓ – ⏓ ⏑ ⏑ –
⏓ – ⏓ ⏑ ⏑ –
–, ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ –
⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – –
⏒, ⏓ ⏒ ⏓ ⏑ ⏑ – –
⏑, ⏓ – ⏓ ⏑ ⏑ – –
–, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏒

V. 407. *πῶς πέτρας συνδρομάδας* scripsit de Badham sententia Nauckius, ut versus strophae et antistrophae prorsus

sibi ferre; id enim a condendis divitiis aliquantum abest et inchoatum studium reportandi, non perfectam rem denotat, ut in his quidem locis Latinorum voci quaerere, sibi quaerere fere respondeat.

V. 404. *κεινᾷ δόξᾳ*] falsa et inani opinione.

V. 405 sq. *γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου κτέ.*] Ut haec verba nunc scripta sunt — credo autem recte sic scripta esse —, non possunt aliam nisi hanc sententiam habere: Opinio aliis quidem excidit divitiis, aliis vero ad id, quod propositum erat, pervenit. Et *οἷς μὲν — τοῖς δὲ* recte sic dici potuisse appareret, conf. Demosthenes in Spud. §. 11. p. 1031, 15. *ἀλλ' ἃ μὲν ἔχει προλαβών, τῶν δὲ τὰ μέρη κομίζεται, τὰ δ' οὕτω φανερῶς οὐκ ἀποδίδωσι.* Vide Rost. gr. Gr. §. 98. 8. 4) suppl. p. 446. *γνώμην* autem *ἄκαιρον ὄλβου* nullam aliam esse posse nisi quae careat, quas quaesivit, divitiis ex ipsa voce *ἄκαιρος* apparet. Sic *ἐς ἄκαιρα πονεῖν* est operam perdere Theognidi 899. *εἰς μέσον ἥκει*, id est, in medium venit is, qui quod voluit nactus est. De sententia ipsa conf. Sophoclis Antig. 594 sq. *ἀ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς πολλοῖς μὲν ὄναισις ἀνδρῶν, Πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων.*, nisi quod ordo enuntiatorum pro re nata inversus est.

V. 407. *πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας*] Vide ad v. 124.

πῶς Φινείδας ἀΰπνους
ἀκτὰς ἐπέρασαν
παρ' ἅλιον αἰγιαλὸν ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοιθίῳ δραμόντες,
ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
Νηρηίδων χοροὶ

inter se exaequarentur, Sed vide G. Hermannum in Elem. doctr. metr. lib. III. c. 2. p. 554 sq.

V. 410. *παρ' ἅλιον* Seidlerus. *παράλιόν* libri.
V. 413. *νηρηίδων* Cod. *B.* *τῶν νηρηΐδων* Cod. *C.*
V. 414. *ἐγκυκλίοις* libri. *ἐγκύκλιοι* Heathius et Marklandus.

V. 408. *πῶς Φινεΐδας ἀΰπνους ἀκτὰς κτέ.*] Designat Euripides littora, quae sunt in vicinia Bospori et Symplegadum circum Salmydessum, olim Phinei regis sedem, vide Sophoclis Antig. 926 sqq. *Παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς Ἀκταὶ Βοσπόριαι ἵδ' ὁ Θρηκῶν ἄξενος Σαλμυδησσός, ἵν' ἀγχίπολις Ἄρης δισσοῖσι Φινεΐδαις Εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος κτέ.* Apollonium Rhodium II. 178 sqq. Apollodorum Bibliothec. I. 9, 21. Vergilium Aen. III. 210 sqq. Hyginum fab. XIX. Quod autem illa littora nunquam tranquilla et quieta sunt, *ἄϋπνα* dicuntur.

V. 410. *ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ*] in Amphitrites aestu, non ita quidem ut Amphitrite pro mari sit, sed aestus, qui est Amphitrites, uxoris Neptuni, eo ipso, quod eius deae est, est maris. Vide Horatii carm. II. 20, 14. III. 4, 30.

V. 412. *ὅπου πεντήκοντα κορᾶν κτέ.*] Conf. Iphig. Aul. 1056. *εἱλισσόμεναι κύκλια πεντήκοντα κόραι Νηρῆος γάμους ἐχόρευσαν.* Ceterum conf. supra v. 264.

V. 417. *εὐναίων πηδαλίων*] Recte Schoenius videtur gubernacula ea intelligere, quorum iugum in puppi cubat.

V. 420. *τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν*] quod in locis ad Pontum Euxinum inter ostia Istri et Borysthenis sitis silvae maximae fuerunt et insulae magis bestiis, maxime avibus, cultae quam hominibus, eam ipsam regionem, quam mox duobus aliis nominibus accuratius designat, primum dicit terram avium frequentia insignem. Deinde istam regionem iam ita describit, ut primum dicat *Λευκὰν ἀκτάν*. Hac appellatione, quam Euripides habet etiam in Androm. 1261. sqq. *τὸν φίλτατον σοὶ παῖδ' ἐμοί τ' Ἀχιλλέα Ὄψει δόμους ναίοντα νησιωτικοὺς Λευκὴν κατ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνου πόρου.*, videtur dicere Leucen insulam, quam alii ita designarunt, ut dicerent esse Borysthenis ostio obiectam, ut Mela II. 7, 2. et Plinius hist. nat. IV. 13 (27). §. 93., alii autem scripserunt sitam esse non longe ab ostio Tyrae, ut Strabo VII. 3. 16. p. 306. (p. 420, 10 sq.), cl. Plin. l. c., alii denique ad ostia Istri minus accurate fuisse adfirmarunt, ut Pausanias III. 19, 11., diligentem vero suorum temporum demonstrationem situs insulae rettulit Plinius hist. nat. IV. 13 (27). §. 93. Ea insula Leuce, eadem Achillea aut etiam sacra Achillis,

μέλπουσιν ἐγκύκλιοι,
πλησιστίοισι πνοαῖς, 415
συριζόντων, κατὰ πρύμναν
εὐναίων πηδαλίων
αὔραισιν νοτίαις
ἢ πνεύμασι Ζεφύρου,
τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν, 420

V. 415. πλησιστίοισι Cod. *B.* καὶ πλησιστίοισι Cod. *C.* et Aldus.
V. 418. αὔραισιν νοτίαις scripsi cum Nauckio de coniectura Kirchhoffii. αὔραις νοτίαις Cod. *B.* αὔραις ἐν νοτίαις Cod. *C.* et Aldus.
V. 419. πνεύμασι Codd. [*B*] *C.* πνοιαῖσι Musurus.
V. 420. πολιόρνιθον Cod. *B.*

quod in ea is situs esset, cognominata est, id quod referunt Pausanias et Mela et Plinius ll. cc. Eam insulam, quam alii a candidis bestiis, quae ibi viverent, alii a candido littore dictam esse dixerunt, hic et in Androm. l. c. Λευκὴν ἀκτὴν dixit Euripides. Quod autem poëta noster hoc loco iam addit: Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, id, si verum quaerimus, proprie non pertinet ad illam insulam, quam modo Leucen aut Achilleam dictam esse vidimus, sed ad paeninsulam, quae CXXV. M. pass. a Leuce insula distabat, Ἀχίλλειος δρόμος dicta, quod ibi ludicro certamine Achilles victoriam celebrasset, et quom ab armis quies esset, se ac suos cursu exercitavisset, vide Strabonem VII. 3, 19 p. 306. (p. 422, 20 sq. ed. Mein.). Melam II. 1, 5. Plinium hist. nat. IV. 12 (26). §. 83. Ammian. Marcell. XXII. 8, 41. Hanc paeninsulam multi interpretes putaverunt Euripidem cum insula Leuce, quam ipsam quoque Achilleam aut Achillis sacram dictam vidimus, confudisse, ut re vera posteriores Graeci scriptores, qui fabulas potius quam terrarum descriptiones sequuti sunt, confuderunt, quapropter Euripidi convicium fecit Valesius ad Ammianum l. c. t. II. p, 469. ed. Wagn. Sed mihi Euripides ipse videtur has insulas pro diversis habuisse et his tribus enuntiatis: τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν, Λευκὰν ἀκτάν, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους iter Graecorum, qui littus in navigando sequebantur, universum in istis regionibus designare, non unum locum describere voluisse, ita ut quemadmodum in versibus superioribus primum Symplegadas, deinde Salmydessum eiusque regni littora memorasset, sic hic primum istam regionem silvarum aviumque plenissimam, quae esset in ostiis Istri, diceret, deinde Leucen insulam Achilli sacram, denique Achilleon dromon aut, ut ipse scripsit, Ἀχιλλέως δρόμους poneret, ut Graecorum iter maritimum primum per Symplegadas, tum secundum littora, in quibus Phinei regnum erat, tum secundum insulas in ostiis Istri sitas, tum secundum ostia Tyrae ac Borysthenis, deinde secundum paeninsulam illam, quae iam propior erat a terra Taurica, describeret. Hoc si statuimus, Euripides non putandus est confudisse quae non erant confun-

Λευκὰν ἀκτάν, Ἀχιλῆος
δρόμους καλλισταδίους,
ἄξεινον κατὰ πόντον;

ἀντιστροφὴ β'.

εἴθ' εὐχαῖσιν δεσποσύνοις
Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς
ἐλθοῦσα τύχοι τὰν
Τρῳάδα λιποῦσα πόλιν, ἵν' ἀμφὶ χαίτᾳ
δρόσον αἱματηρὰν
εἰλιχθεῖσα λαιμοτόμῳ
δεσποίνας χερὶ θάνῃ
ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.

V. 421. Ἀχιλῆος Aldus. ἀχιλλῆος Cod. *B.* ἀχιλλέως *C.* sec. Furiam. ἀχιλλῆος sec. Victor. et apogr. Pariss.
V. 423. ἄξεινον Cod. *B.* εὔξεινον [Cod. *C.*] Aldus.
V. 424. δεσποσύνοις Marklandus. δεσποσύνας libri.
V. 427. ἀμφὶ χαίτα Cod. *B.* ἀμφὶ χαίταν [Cod. *C.*] et Aldus.
V. 429. εἰλιχθεῖσα Cod. *B.* ἑλιχθεῖσα [Cod. *C.*] Aldus. Nauckius ascripsit: Requiritur conspersa. Vide adnot. exeget.
V. 430. θάνῃ libri. θάνοι Seidlerus. Vide adnot. exeget.
V. 432. ἦδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν libri. ἦδιστ' ἄν δ' ἀγγ. G. Hermannus.
V. 433. δεξαίμεσθ' Musurus. δεξαίμεθ' Codd. [*B*] *C.*

denda, sed diligentissime omnia persequutus esse, ut aequum erat eruditum Graecum facere.

V. 424 sqq. *εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνοις κτέ.*] Conf. quae supra dixit Iphigenia v. 345 sqq.

V. 427 sqq. *ἀμφὶ χαίτᾳ δρόσον αἱματηρὰν εἰλιχθεῖσα*]. De *εἰλιχθεῖσα* participii vi ac potestate dubitaverunt interpretes, Kvičala nuper ita defendit vocem, ut diceret, quoniam si quis conspergeretur aqua ista lustrali, quasi in orbem circumflueretur illa aqua, propterea hac voce usum esse Euripidem, in qua opinione ante Kvičalam iam fuit Schoenius, qui comparavit v. 607. *ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.*

V. 429. *λαιμοτόμῳ — χερὶ*] non quod ipsa caedat Iphigenia, sed quod qui eius manu aqua lustrali conspersus est, morti addictus est, quemadmodum illa aqua ipsa modo *δρόσος αἱματηρὰ* dicta erat, quod caedem certo adlatura esset.

V. 430. *θάνῃ*] Falso Seidlerus *θάνοι* scribendum esse putavit, quem sequuti sunt plerique grammatici. Recte vidit Kvičala coniunctivum *θάνῃ* sic suum locum habere, si dicamus dici hoc ex mente chori, qui cupit ut hac ratione Helena moriatur poenam dominae solvens. Comparavit ipse Orest. 982 sqq. *μόλοιμι — — πέτραν — — ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ κτέ.* et

ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν
δεξαίμεσθ', Ἑλλάδος ἐκ γᾶς
πλωτήρων εἴ τις ἔβα,
δουλείας ἐμέθεν 435
δειλαίας παυσίπονος·
καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην
δόμοις πόλει τε πατρῴᾳ,
τερπνῶν ὕμνων ἀπόλαυ-
σιν κοινὰν χάριν ὄλβῳ. 440

ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς δίδυμοι

V. 437. καὶ om. Cod. *B*. Hinc Kirchhoffius, simul etiam metro prospiciens, proposuit hoc: *εἰ γὰρ ὀνείροισι συνείην*. G. Hermannus scripsit *καὶ γὰρ ὀνείροις ἐπιβαίην*, quem Schoenius sequutus est.

V. 438. *δόμοις* Codd. [*B*] *C*. *οἴκοις* Musurus.

V. 439. *ὕπνων* G. Hermannus, quem Kirchhoffius et Schoenius sequuti sunt. *ὕμνων* libri. Dein *ἀπόλαυσιν* Cod. *B*. *ἀπολαύειν* |Cod. *C*.] et Aldus.

V. 440. *ὄλβα* Cod. *B*.

V. 441—451. Iphigeniae tribuuntur in libris, choro continuavit Seidlerus.

V. 441. *δίδυμοι* Marklandus. *διδύμοις* libri.

Platonis apol. Socr. p. 28. D. H. Steph. *αὐτίκα — τεθναίην δίκην ἐπιθεὶς τῷ ἀδικοῦντι, ἵνα μὴ ἐνθάδε μένῳ καταγέλαστος.*

V. 432. *ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν*] Hoc loco adversativam particulam requisiverunt multi. Abesse non aegre dolebit is, qui superlativum *ἥδιστα* voce effert, quo modo certa oppositionis ratio nascetur. Ceterum *τήνδ'* in sequentibus respici in verbis *εἴ τις ἔβα* apparet.

V. 437. *καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην*] Versus nec metro nec sententiae satisfacere videtur. Kvičala nuper scribi vult, de metro, ut videtur, non sollicitus: *ει γὰρ ὄνειροι συμβαῖεν*, hac quidem sententia: Utinam omnia evenirent, ut in patria mea cantu me oblectarem! De formula *συμβαίνει ὄνειρος* comparavit Aeschyli Pers. 803. *συμβαίνει γὰρ (τῶν θεοφάτων) οὐ τὰ μέν, τὰ δ' οὔ.* cl. Sophoclis Trachin. 1174. ed. Herm. Xenophontis Exped. Cyri III. 1, 10. *ἐκ τῶν συμβάντων μετὰ τὸ ὄναρ.* Sed incerta haec omnia.

V. 439. *τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύειν κτέ.*] De constructione conf. Rost. gr. Gr. p. 533. ed. sept.

V. 441. sqq. iam quae chorum ducit mulier anapaestis suis spectatoribus adventum invenum Graecorum morti destinatorum denuntiat.

συνερεισθέντες χωροῦσι, νέον
πρόσφαγμα θεᾶς· σιγᾶτε, φίλαι.
τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ
ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει· 445
οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλαχεν
βουφορβὸς ἀνήρ.
ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως
πόλις ἥδε τελεῖ, δέξαι θυσίας,
ἃς ὁ παρ' ἡμῖν νόμος οὐχ ὁσίας 450
Ἕλλησι διδοὺς ἀναφαίνει.

V. 443. *θεᾶ* Toupius append. ad. Theocr. p. 30. Vide infra adn. exeget.

V. 445. *ναοῖσι* libri. *ἐν ναοῖσι* Musurus.

V. 446. *ἔλαχεν* Cod. *C.* *ἔλαχε* Cod. *B.* *λάχε* Aldus, sine auctoritate.

V. 448. *ἀρεσκόντους* Cod. *B.* a pr. m.

V. 451. pro *διδοὺς* Kirchhoffius *δοθεὶς* proponit. At vide adnot. exeget.

V. 442 sq. *νέον πρόσφαγμα*] Etsi deinceps numero plurali dicitur *τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια κτέ.*, tamen rectissime hic singulari numero utitur, quia quamquam plures victimae sunt, tamen unum sacrificium est, quo ambo caeduntur.

V. 445. *τάδε βαίνει*] De pronomine demonstrativo aptius cum verbo suo coniungendo vide quae nuper dixi ad Orest. 34. p. 34 sq. ed. Goth.

V. 448. sq. *εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως κτέ.*] Inre Euripides mulierem Graecam ita dicentem facit, ut subdubitet num grata haec sacrificia Dianae, quam usitata deorum appellatione *ὦ πότνια* designat, futura sint, unaque significet impia haec Graecis videri.

V. 451. *διδοὺς ἀναφαίνει*] Non simpliciter est praebet, ut visum erat Seidlero, sed est, ad verbum si reddimus: accipe victimas, quas non pias Graecis huius terrae mos se offerre ostendit, aut dicam magis Latine: quas huius terrae mos, ut res ipsa docet, non pias Graecis offert.

V. 452 sqq. iam Graeci adducuntur sacrificio destinati, quorum conspectu animus Iphigeniae misericordia ita commovetur, ut unde venerint quaerat. Hinc, quamquam primum hoc detrectat Orestes, colloquium inter Iphigeniam et Orestem nascitur, ita tamen ut Orestes nihil aliud de se confiteatur nisi se esse Argivum, de iis autem rebus, quae post bellum Troianum a Graecis gestae sint, Iphigeniae interroganti aperte singillatim respondeat. Ita denique etiam hoc rescivit Iphigenia, Orestem fratrem adhuc vivere. His rebus commota Iphigenia consilium capit Pyladem quidem Dianae immolandi, verum Argivum (Orestem), cuius nomen nescit, in patriam mittendi cum epistola ad Orestem fratrem perferenda. Orestes deprecatur hoc suadetque ut Py-

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶεν.
τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ
φροντιστέον μοι. μέθετε τῶν ξένων χέρας,
ὡς ὄντες ἱεροὶ μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.
νεῶ δ' ἔσω στείχοντες εὐτρεπίζετε
ἃ χρὴ 'πὶ τοῖς παροῦσι καὶ νομίζεται.
φεῦ·
τίς ἆρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτε
πατήρ τ' ἀδελφή τ', εἰ γεγῶσα τυγχάνει,
οἷων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν
ἀνάδελφος ἔσται τὰς τύχας τίς οἶδ' ὅτῳ

V. 452. ἔχῃ Codd. *BC.* ἔχοι Aldus.
V. 455. ναοῦ Valckenarius ad Phoen. 454. ναοὺς libri.
V. 458. τυγχάνει Codd. *BC.* τυγχάνοι Aldus.
V. 459. στερεῖσα Scaliger. στερηθεῖσα libri.
V. 460. οἶδ' ὅτῳ Cod. *C.* οἶδ' ὅτι Cod. *B.*

ladem potius quam se mittat. Iphigenia autem domum intrat ut epistolam petat.

V. 453. *μέθετε τῶν ξένων χέρας*] Hoc dicit Iphigenia templi ministris, qui adduxerant Orestem et Pyladem.

V. 457. *τίς ἆρα μήτηρ κτέ.*] De *ἆρα* postposito, quod ad singulare enuntiati verbum pertinet, ut id efferat, quasi Latine hoc loco dicas: quae mater igitur etc. dixi uberius ad Devarium vol. II. p. 183 sqq., ubi huius quoque loci ratio habita est p. 183 sqq. Ceterum hi versus usque ad v. 460. mihi aliter intelligi posse non videntur nisi ita interpungas, ut v. denique 460. maior interpunctio ponatur. Sic si facimus, poëta putandus est hoc dicere voluisse Iphigeniam: Quae mater igitur, quae vos olim peperit, paterque sororque, si quae forte nata est, quali iuvenum pari privati erunt? Sed quom ad sororem Iphigeniae oratio pervenit, eius potissimum mentionem animo commota obtinuit et pro universa illa apodosi, quae omnes personas complecteretur, eam posuit, quae ad unam sororem pertineret. Hinc aliter finita est oratio, sed ita ut ex eis ipsis verbis, quae spectant ad sororem, tamen etiam illa supplere possis, quae ad duo illa nomina matris et patris, si plena esset oratio, pertinerent. Iam ipsa etiam Iphigenia sententiam magis universam ponit his verbis: *τὰς τύχας τίς οἶδ' ὅτῳ τοιαῖδ' ἔσονται*, ut orationem iam rursus eo dirigat, unde erat digressa.

V. 460. *τίς οἶδ' ὅτῳ*] Non satis recte haec videtur iudicavisse Kvičala, qui *ὅτι* scribi voluit. Nam ep, quod Seidlerus falso haec verba verterat, ipsa tamen verba perversa non sunt, quae si vere vertuntur, hanc habent sententiam ad h. l. maxime idoneam: Quis scit, aut, nemo scit cui talis

τοιαῖδ' ἔσονται; πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν
εἰς ἀφανὲς ἕρπει, κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν·
ἡ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυσμαθές.
πόθεν ποθ' ἥκετ', ὦ ταλαίπωροι ξένοι;
ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα, 465
μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ κάτω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί ταῦτ' ὀδύρει κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν

V. 462. κακόν libri. βροτῶν Kirchhoffius, ἀπόν Badhamus.
V. 467. νῷ Porsonus. νῷν libri. νῷν ἐνεστὶ κακοῖσιν Cobetus.
V. 469. 70. habet Stobaeus floril. VIII. 6. I. p. 196. θανεῖν libri cum Stobaeo. κτανεῖν Seidlerus.

fortuna accidat, id est, quisque nescit cui accidat, utrum sibi an alii. Itaque non excluditur ipse in ὅτῳ pronomine, sed tamen non unus intelligitur, quod per verbi vim plane fieri non potest.

V. 462. κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν] Haec verba, si quis per se spectat, aptam sententiam habere non videntur, quamobrem de iis vehementer dubitatum est, sed verba tamen idoneam praebent sententiam, si ad id quod hominibus futurum esse videatur referas, quo esse referenda totus locus clare ostendit. Id recte Schoenius et Kvícala nuper perspexerunt.

V. 406. μακρὸν δ' — ἀεὶ κάτω] Ut ei, quod ante erat dictum: διὰ μακροῦ μέν, simile quid opponeret, dixit Euripides hoc: μακρὸν χρόνον, de ista aeternitate, quae erit post mortem, neque veritus est eam rem deinceps aperte etiam indicare verbo ἀεί, quasi Latine dicas: longum tempus, id est, sempiternum tempus. Non tamen probo eam rationem, qua Schoenius nuper haec verba ita distinxit: μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' — ἀεὶ κάτω, quae inaudita erat Graecis.

V. 467. sqq. τί ταῦτ' ὀδύρει κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν κτέ.] In his versibus librorum scripturam omnino obtinendam existimavi, quae habet sententiam aptissimam, quamquam aliquanto aliter mihi videtur explicandus hic totus locus esse atque usque adhuc explicatus est. In re et causa difficili singillatim omnia exponenda videntur. Ac primum quidem νῷν, ut scriptum est, in libris retinui. Neque enim ullo modo in his versibus mihi videtur oppositio inter Iphigeniam quaeri et Orestem eiusque socium, sed hoc simpliciter dicit Orestes: Quid haec lamentaris et super haec quae nobis impendent mala molesta es nempe nobis. ἐνεῖναι enim etiam aliis locis, ubi persona ad quam spectet facile intelligitur, sine accusativo suo ponitur, ut in Sophoclis Antigona 560. ἄγαν γε ἐνεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος et saepe alias. Iam veniamus ad reliqua.

V. 469. οὗτοι σοφὸν νομίζω, ὅς ἂν μέλλων θανεῖν κτέ.] In hoc et sequentibus ver-

κακοῖσι λυπεῖς, ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι;
οὗτοι νομίζω σοφόν, ὃς ἂν μέλλων θανεῖν
οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ, 470
οὐχ ὅστις Ἅιδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται
σωτηρίας ἄνελπις· ὡς δύ' ἐξ ἑνὸς
κακὼ συνάπτει, μωρίαν τ' ὀφλισκάνει
θνήσκει θ' ὁμοίως· τὴν τύχην δ' ἐᾶν χρεών.
ἡμᾶς δὲ μὴ θρήνει σύ· τὰς γὰρ ἐνθάδε 475
θυσίας ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν.

V. 470. *θέλει* Cod. *B.* a sec. m.
V. 471. *οὐδ' ὅστις* G. Hermannus. *οὐχ ὅστις* Cod. *C.* Nihil enotatum est e Cod. *B.* *οὔθ' ὅστις* Aldus.
V. 472. *ἄνελπις* Brodaeus. *ἂν ἐλπὶς* Aldus et, ut videtur, libri.

sibus non duae sententiae inter se diversae proponi mihi videntur, sed una, quae tamen amplificatur eo, quod sententia eadem, quae erat proposita, alio quodam modo repetitur. Itaque ego et *θανεῖν* hoc versu retinui quod in libris est, et v. 471. *οὐχ ὅστις* scripsi cum libris, non *οὐδ' ὅστις*. Nunc hanc sententiam in his versibus habemus: Non sane sapientem existimo, qui quom est moriturus, lamentando terribile istud, quod habet interitus, vincere volt, non (eum sapientem existimo, *οὐ νομίζω σοφόν, ὅστις*) quicumque mortem praesentem lamentatur de salute desperans. In his verbis extrema quidem enuntiati pars novi nihil addit, sed amplificat tamen illud, quod superiore membro erat positum eo more modoque, quo etiam alias quum ceteri tragici tum Euripides loquutus est. Huic sententiae, quae una est nec coniuncta ex duabus, iam etiam respondent recte, quae deinceps ponuntur.

V. 472. *ὡς δύ' ἐξ ἑνὸς κτέ.*] Horum verborum iam facilis sententia est: Nam duo ille ex uno mala contrahit, et stultitiae crimen subit et moritur nihilo minus. De formula *μωρίαν ὀφλισκάνειν* conf. Sophoclis Antig. 456 sq. *σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν, Σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.* et quae ad eum locum adnotaverunt interpretes, tum quae ego adnotavi ad Alc. 1093. p. 134. ed. Goth. alt. De forma autem orationis ipsa conf. Alc. 70 sq. *κοὔθ' ἡ παρ' ἡμῶν σοι γενήσεται χάρις, Δράσεις θ' ὁμοίως ταῦτ' ἀπεχθήσει τ' ἐμοί.* Postquam sic suam rem egerat, iam versu sequenti Orestes etiam ad Iphigeniam respicit.

V. 475. *ἡμᾶς δὲ μὴ θρήνει σύ*] Nos vero noli miserari, quibus verbis ad v. 476. *τί ταῦτ' ὀδύρει κτέ.* respicit deprecaturque commiserationem Iphigeniae eo, quod sibi non ignotum esse dicit quae in hac terra fiant advenarum sacrificia. Sic igitur credo totum locum inde a v. 467. usque ad v. 476. a nobis ita explicatum, ut nihil obscuri manere videatur.

V. 476. *ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν*] Marklandus de copia verborum inter se tamen

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πότερος ἆρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

495 ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ' ἂν μαθοῦσα τόδε πλέον λάβοις, γύναι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πότερον ἀδελφὼ μητρός ἐστον ἐκ μιᾶς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φιλότητί γ', ἐσμὲν δ' οὐ κασιγνήτω, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

500 τὸ μὲν δίκαιον δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ· τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀνώνυμοι θανόντες οὐ γελῴμεθ' ἄν.

V. 479. ὅδ' ἔστι Cod. *B.* ὅδ' εἶτι Cod. *C.*
V. 483. ἐσμὲν δ' Codd. [*B*] *C.* δ' om. Aldus. Nauckius suspicatur; φιλότητί γ' ἐσμέν, οὐ κασιγνήτω φύσει.
V. 488. φθονεῖς Cod. *C.* φρονεῖς [Cod. *B.*]

differentium comparavit Hippol. 380. τὰ χρήσι' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν., quasi nostra lingua dicas: Wir wissen und erkennen es. et Plauti mil. gl. II. 5, 42. (452.) neque vos, qui homines sitis, novi neque scio.

V. 477. ὠνομασμένος] quod sic nominatus est, aut dicam nominatim. Armentarius enim eius nomen narraverat supra v. 276. et v. 312. De voce πότερος ἆρα vide ad Devarium vol. II. p. 177.

V. 479. ἐν ἡδονῇ] id est, ἡδύ. Vide Herodoti VII. 15.

V. 480. πατρίδος Ἕλληνος] Vide ad v. 332.

V. 484. ὁ γεννήσας πατήρ] conf. ad v. 351.

V. 485. τὸ μὲν δίκαιον] „Si iustam seu veram rei rationem spectes.“ SEIDLERUS. Conf. Rost. gr. Gr. §. 98. 3. B. adn. 6. et 7. p. 434. ed. sept. De sententia conf. Plauti Pers. IV. 4. 94. sq. (646 sq.) DORD. Quis fuit? dic nomen. VIRG. Quid illum miserum memorem qui fuit? Nunc et illum Miserum et me Miseram aequomst nominarier. et

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δὲ φθονεῖς τοῦτ'; ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ σῶμα θύσεις τοὐμόν, οὐχὶ τοὔνομα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

505 οὐδ' ἂν πόλιν φράσειας ἥτις ἐστί σοι; 490

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ζητεῖς γὰρ οὐδὲν κέρδος, ὡς θανουμένῳ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χάριν δὲ δοῦναι τήνδε κωλύει τί σε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ κλεινὸν Ἄργος πατρίδ' ἐμὴν ἐπεύχομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πρὸς θεῶν ἀληθῶς, ὦ ξέν', εἶ κεῖθεν γεγώς;

ΟΡΕΣΤΗΣ

510 ἐκ τῶν Μυκηνῶν, αἵ ποτ' ἦσαν ὄλβιαι. 495

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν ἑκών.

V. 490. *σοι*] *σή* suspicatur Nauckius.
V. 494. *εἶ κεῖθεν* Codd. [*B*] *C. ἐκεῖθεν* Aldus.
V. 495. post *Μυκηνῶν* addidit *γ'* editor Cantabrigiensis.
V. 496. *δ'* post *φυγὰς* addidit Scaliger, om. libri.
V. 499. *ὥς γ'* G. Hermannus.

Horat. epist. I. 7, 92 sq. Pol me Miserum, patrone, vocares, Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen!

V. 486. *τοῦτο μὲν*] *τὸ δυστυχεῖς εἶναι.*

V. 491. *ζητεῖς γὰρ οὐδὲν κέρδος*] Est usitata Graecorum et Latinorum dicendi ratio: *Ὁ ζητεῖς, οὐδὲν κέρδος (ἐμοί), ὡς θανουμένῳ.*

V. 495. *ἐκ τῶν Μυκηνῶν*] Quoniam *Ἄργος* latius dicebatur civitas Argiva, iam Orestes eam ipsam urbem Argivae terrae nominat, unde se ortum esse ait. Mycenae enim ab Argorum urbe L tantum stadia aberant.

V. 497. *φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν ἑκών*] Invitus fugit patriam, quod oraculo Apollinis motus matrem interfecerat, voluntate autem sua, quod culpa commissa liberari voluit. Ceterum Aristophanes iam subtiliorem disputandi rationem Euripideam elusit, ut in Acharn. 395 sqq. *ΔΙΚ. Ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης; ΚΗΦ. Οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστίν, εἰ γνώμην ἔχεις. ΔΙΚ. Πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον; ΚΗΦ. Ὀρθῶς, ὦ γέρον. ὁ νοῦς μὲν*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας ὧν ἐγὼ θέλω;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς ἐν παρέργῳ τῆς ἐμῆς δυσπραξίας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ μὴν ποθεινός γ' ἦλθες ἐξ Ἄργους μολών. 500

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔκουν ἐμαυτῷ γ'· εἰ δὲ σοί, σὺ τοῦτ' ἐροῦ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Τροίαν ἴσως οἶσθ', ἧς ἁπανταχοῦ λόγος.

V. 501. σὺ τοῦτ' ἐροῦ Klotzius. σὺ τοῦτ' ἔρα libri.

ἔξω· ξυλλέγων ἐπύλλια Οὐκ ἴνδον, αὐτὸς δ' ἴνδον ἀναβάδην ποιεῖ Τραγῳδίαν. ΔΙΚ. ὦ τρισμακάριε Εὐριπίδη, Ὅθ' ὁ δοῦλος οὕτωσὶ σοφῶς ὑποκρίνεται. vide quae Berglerus ad h. l. adnotavit et de Euripide conf. Orest. 904. Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος. Alcest. ἔστιν δὲ κοὐκέτ' ἔστιν. Helen. 138. τεθνᾶσι κοὐ τεθνᾶσι.

V. 499. ὡς ἐν παρέργῳ τῆς ἐμῆς δυσπραξίας] „Sententia est: Videris hoc postulare tamquam in accessionem calamitatis meae. Nos: Wohl gleichsam zur Zugabe zu meinem Unglück. Dicit hoc Orestes non sine acerbitate quadam, quod non simpliciter sacerdos immolari se iubeat, sed hac occasione simul utatur ad aliena quaedam sciscitanda. Conf. Orest. 609. πάρεργον αὐτῷ θήσομαι πόνων. Herc. fur. 1340. πάρεργα γὰρ τάδ' ἔστ' ἐμῶν κακῶν.“ SEIDLERUS.

Acute Kvičala perspexit Seidleri rationem huius loci explicandi unice esse veram, qua quidem Orestes aversatur potius quam probat Iphigeniae curiositatem. Id sentiens iam dicit Iphigenia:

V. 500. καὶ μὴν ποθεινός γ' ἦλθες κτέ.] Ea verba fere hanc sententiam habent: Tu repudias curiositatem meam, sed ego tamen diuturno desiderio tenebar haec ex Argivo aliquo sciscitandi.

V. 501. οὔκουν ἐμαυτῷ γ'· εἰ δὲ σοί, σὺ τοῦτ' ἐροῦ] Non mihi quidem me huc venire gratum fuit: sin tibi, tu hoc sciscitare. His verbis Orestes pro eo, in quo ipse est statu, recte denegat sibi gratum esse se huc venisse, sed tamen iam concedit Iphigeniae, ut, de quo ipsa v. 498. ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας ὧν ἐγὼ θέλω; significaverat se sciscitari ex eo velle, id iam de se interroget. Et revera Iphigenia v. 502. ad id accedit, de quo quaerere ex Oreste voluit, et qui eam insserat interrogare (ἐροῦ) sedulo respondet. Et de coniectura mea, qua ἐροῦ, id quod olim in libris scriptum fuit ἔρᾳ, pro ἔρα posui, dubitari mihi posse non videtur. ἐρῶ et ἐρᾷ confusa etiam infra sunt v. 1012. Dubitatum est de accentu vocis, et nunc quidem vulgo scribunt ἐρέσθαι, ἐροῦν et quae sunt eiusmodi, ut ipsi in Orest. 763.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς μήποτ' ὤφελόν γε μηδ' ἰδὼν ὄναρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φασίν νιν οὐκέτ' οὖσαν οἴχεσθαι δορί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

520 ἔστιν γὰρ οὕτως οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσατε. 505

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἑλένη δ' ἀφῖκται δῶμα Μενέλεω πάλιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥκει, κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ ποῦ 'στι; κἀμοὶ γάρ τι προὐφείλει κακόν.

scripsimus: *κἀμὲ νῦν ἐροῦ τί πάσχω*. V. Rost. gr. Gr. §. 84. p. 284. ed. sept. Quamquam, si auctoritatem optimorum grammaticorum sequimur, *ἔρεσθαι* potius et *ἔρου* quam *ἐρέσθαι* et *ἐροῦ* scribendum esse videtur. Nam quamquam Etymol. Gudian. s. v. *πυθέσθαι* probat *ἐρέσθαι*, tamen Herodianus in Schol. Venet. Il. XVI. 47. *ἔρεσθαι* (*ἔρου*) scribendum esse adseverat, quem sequendum esse iure mihi videtur existimavisse K. Lehrs de Aristarchi studiis Homericis p. 263 sq. conf. etiam C. Goettling in libro de doctrina universa accentus Graecae linguae (Allgem. Lehre vom Accent der griech. Sprache) p. 58., qui certe de forma *ἔρεσθαι* non denegandum putavit. Interea ego vulgatam scriptionem sequutus sum.

V. 502. *Τροίαν ἴσως — λόγος*] Haec verba ita ponit Iphigenia, ut ex Oreste audire velit utrumne noverit Troiam necne, itaque hoc genus loquendi ad interrogativum accedit. Recte mihi tamen illi fecisse videntur, qui interrogandi signum omiserunt, quamquam, etiam si recte et *εἰρωνικῶς*, tamen vere respondet Orestes. Eadem causa est v. 504. Nam etiam ibi elicitur ex Oreste responsum.

V. 505. *οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσατε*] et revera facta sunt quae audistis. Conf. Bacch. 1223 sq. *τὴν δ' εἶπέ τίς μοι δεῦρο βαχείῳ ποδὶ Στείχειν Ἀγαύην, οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσαμεν.*

V. 507. *κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινι*] Aenigmatice loquutus est, ut ipse rursus infra v. 533. *τέθνηχ' ὁ τλήμων, πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα*. et in Sophoclis Antig. 728. Haemon: *ἦδ' οὖν θανεῖται καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινα*. Ut ibi Haemon, sic hic etiam Orestes se dicit. Falso existimaverunt Bothius et Schoenius ab Oreste intelligi Agamemnonem. Nam octavo demum anno post Agamemnonis caedem Troia rediit Menelaus cum Helena. Vide Homeri Odyss. III. 303 sqq. et quae diximus nuper in prooemio Orest. p. 8. ed. Goth.

V. 508. *κἀμοὶ γάρ τι προὐφείλει κακόν*] *προοφείλει* dicit de se, quod priore quidem tempore haec culpa ab Helena contracta erat Aulide.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σπάρτῃ ξυνοικεῖ τῷ πάρος ξυνευνέτῃ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μῖσος εἰς Ἕλληνας, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ. 510

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀπέλαυσα κἀγὼ δή τι τῶν κείνης γάμων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

νόστος δ' Ἀχαιῶν ἐγένετ', ὡς κηρύσσεται;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς πάνθ' ἅπαξ με συλλαβοῦσ' ἀνιστορεῖς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πρὶν γὰρ θανεῖν σε, τοῦδ' ἐπαυρέσθαι θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔλεγχ', ἐπειδὴ τοῦδ' ἐρᾷς· λέξω δ' ἐγώ. 515

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Κάλχας τις ἦλθε μάντις ἐκ Τροίας πάλιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὄλωλεν, ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πότνι', ὡς εὖ. τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

V. 512. ὡς σκηρύσσεται Cod. *B*.
V. 517. ὥς γ' ἦν Lentingius ad Med. p. 70.
V. 518. ὡς εὖ. τί γάρ Musgravius. ὡς ἔστι γάρ libri. Mox ὁ om. Cod. *C*., si fides est apogr. Pariss.
V. 520. Diphilus synor. fr. I. 9. εἰς πάτραν μόλοι.
V. 523. ἄλλως δὲ Cod. *B*. om. δὲ [Cod. *C*.] et Aldus. ἔγημ' ἐν Marklandus. ἔγημεν libri.

V. 510. ὦ μῖσος εἰς Ἕλληνας] De forma orationis vide Med. 1323. et Heracl. 52. et quae ad ll. cc. adnotavimus ego et Pflugkius.

V. 511. ἀπέλαυσα κἀγὼ δή τι] Acerbe loquitur: Ego quoque iam aliquid gustavi ex istius nuptiis.

V. 515. ἐπειδὴ τοῦδ' ἐρᾷς] Quoniam hoc ardenter concupiscis, id est: weil du dich darauf begierst. Aptissimum ad h. l. hoc est, quod erat ineptum v. 501.

V. 516. Κάλχας τις] Cautissime sciscitatur Iphigenia, ne quid Orestes suspicetur Calchantis personam cum ipsa aliquid commune habuisse. Vide infra 530. Ἀτρέως ἐλέγετο δή τις Ἀγαμέμνων ἄναξ.

V. 517. ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος] Negat Orestes se de Calchantis interitu quidquam praeter auditum scire, quoniam Calchantis mors varie tradebatur. Plerique eum in

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔπω νενόστηκ' οἶκον, ἔστι δ', ὡς λόγος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

535 ὄλοιτο, νόστου μήποτ' εἰς πάτραν τυχών. 520

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μηδὲν κατεύχου· πάντα τἀκείνου νοσεῖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Θέτιδος δ' ὁ τῆς Νηρῇδος ἔστι παῖς ἔτι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστιν ἄλλως λέκτρ' ἔγημ' ἐν Αὐλίδι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δόλια γάρ, ὡς γέ φασιν οἱ πεπονθότες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

540 τίς εἶ ποθ'; ὡς εὖ πυνθάνει τἀφ' Ἑλλάδος. 525

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὀρθῶς ποθεῖς ἄρ' εἰδέναι τἀκεῖ, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δ' ὁ στρατηγός, ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν;

V. 524. ὡς φασιν Cod. *B.* ὥς γέ φασιν [Cod. C.] et Aldus. Nauckius de coniectura sua scripsit: ὡς ἴσασιν. Non male. Sed vulgata tamen, si sententiam spectamus, aptior videtur.

V. 526. παῖς δ' ἔτ' G. Hermannus. Dein ἀπωχόμην de Badhami coniectura Nauckius. ἀπωλόμην libri. Vide adnot. exeget. ad v. 1333.

Clario Apollinis nemore prope Colophonem a Mopso vaticinio superatum, quum pedestri itinere cum Amphilocho, Podalirio aliisque Troia in Graeciam rediret, perisse aiunt. Vide Strabonem XIV. 1, 27. p. 642 sq. cl. ib. 4, 3. p. 668. Tzetzen ad Lycophr. 427. Conon. narr. 6.

V. 518. τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;] Conf. infra v. 528.

V. 519. ὡς λόγος] De hac usitatissima etiam apud solutae orationis scriptores ellipsi conf. quae dixi ad Luciani Gall. s. somn. §. 5. p. 24 sq. Vide etiam v. 502.

V. 521. πάντα τἀκείνου νοσεῖ] Domum Ulixis pessumdari eiusque rem familiarem insolentia procorum comedi dicit.

V. 524. ὡς γε φασὶν οἱ πεπονθότες] Quamquam hac ipsa formula Iphigenia dissimulare studet se accurate scire Graecorum res, tamen etiam sic Orestes intelligit admodum perite illam de his rebus existi-

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς; οὐ γὰρ ὅν γ' ἐγῷδα τῶν εὐδαιμόνων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἀτρέως ἐλέγετο δή τις Ἀγαμέμνων ἄναξ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ οἶδ'· ἄπελθε τοῦ λόγου τούτου, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μὴ πρὸς θεῶν, ἀλλ' εἴφ', ἵν' εὐφρανθῶ, ξένε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τέθνηχ' ὁ τλήμων, πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τέθνηκε; πυίᾳ συμφορᾷ; τάλαιν' ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ' ἐστέναξας τοῦτο; μῶν προσῆκέ σοι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν ὄλβον αὐτοῦ τὸν πάροιθ' ἀναστένω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πανδάκρυτος ἡ κτανοῦσα χὠ θανών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

παῦσαί νυν ἤδη μηδ' ἐρωτήσῃς πέρα.

V. 529. εὐδαιμόνων ἐστι Cod. *C.*
V. 532. εἶπ' Cod. *B.*
V. 537. δεινῶς Cod. *C.* δεινὸς Cod. *B.*
V. 538. θανών Cod. *C.* κτανών Cod. *B.*
V. 539. ἐρωτήσεις Cod. *C.*

mare illam, 'ut denique etiam fateatur Iphigenia se Argis natam esse.

V. 529. *οὐ γὰρ ὅν γ' ἐγῷδα τῶν εὐδαιμόνων*] Intellige verbum substantivum *ἐστίν*.

V. 533. *πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα*] Se dicit. Conf. supra ad v. 507.

V. 543. *τήνδε τιμωρουμένος*] Recte illi indicaverunt, qui *τήνδε* oppositionis causa ad antecedens *πατρὸς θανόντος* appositum esse existimaverunt. Pronomen enim *ὅδε*, quod praesentem significat, directo opponitur mortuo. Conf. Sophoclis Antig. 554. *ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ'· οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.*

V. 544. *ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰςεπράξατο*] Id est, quam belle malam vindictam exegit. *κακὸν* opponit voci *εὖ* antithesi Graecis admo-

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τοσόνδε γ'; εἰ ζῇ τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστι· παῖς νιν, ὃν ἔτεχ', οὗτος ὤλεσεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ συνταραχθεὶς οἶκος. ὡς τί δὴ θέλων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φεῦ.
ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰςεπράξατο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ δίκαιος ὤν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

λείπει δ' ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέλοιπεν Ἠλέκτραν γε παρθένον μίαν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δέ, σφαγείσης θυγατρὸς ἔστι τις λόγος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδείς γε, πλὴν θανοῦσαν οὐχ ὁρᾶν φάος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τάλαιν' ἐκείνη χὠ κτανὼν αὐτὴν πατήρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.

V. 541. παῖς Cod. C. πῶς Cod. B.

V. 543. αἶμα τιμωρούμενος Elmsleius, sine idonea causa. Vide adnot. exeget.

V. 551. ἀπώνατο dubitans Nauckius proponit.

dum usitata, δίκαιον autem κακὸν dicitur, quod triste ipsi qui exegit est. De formula δίκαιον εἰςπράττεσθαι contulit G. Hermannus Aesch. Agam. 819. Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους Λίκη προσειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους Νόστου δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν Πριάμου.

V. 545. ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ δίκαιος ὤν] Iphigenia, ut haec verba collocata sunt, ita intelligere debebat: At non felix est per deos, etiam si iustus sit. Orestes autem, qui sciebat se deorum iudicio culpa absolutum esse, qua de re ipse refert infra inde a v. 912., hoc dixit: At tamen, quamquam ab dis crimine absolutus, infelix est.

V. 551. χάριν ἄχαριν

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔστ', ἄθλιός γε, κοὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ'· οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλημένοι 555
πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.
πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι
κἀν τοῖς βροτείοις· ἓν δὲ λυπεῖται μόνον,
ὅτ' οὐχ ἅπερ ὧν μάντεων πεισθεὶς λόγοις
ὤλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν. 560

V. 553. *ἐστιν* Cod. *B.*

V. 554. habent Plutarchus de prof. in virt. p. 75. Clemens Alex. protr. p. 28.

V. 555—560. Heathius Oresti continuavit itaque habere videtur Cod. *B.* Aldus Iphigeniae dedit. In Cod. *C.* sec. apogr. Pariss. V. 555. 56. Iphigeniae tribuuntur, ceteri Oresti.

V. 555. *οὐδ'* G. Hermannus nec quidquam discrepantiae adnotatum est e Cod. *B.* *οὔθ'* Aldus et [Cod. *C.*].

V. 557. *θείοις* Barnesius. *θεοῖς* libri.

V. 558. *λυπεῖται* Cod. *B.* *λείπεται* Cod. *C.* sec. Furiam, *λυπεῖται* sec. Victorium, *λυπεῖται* apogr. Paris. duo, *λείπεται* ter-

ἀπώλετο] Recte haec iam Seidlerus explicavit ob causam, quae causa esse non debebat, quae prava erat causa. Potes adlitterationem, de qua aliquoties iam dixi, Latine sic imitari: in ingratam gratiam malae mulieris. Etenim ille accusativus, *χάριν*, qui saepe adverbii aut etiam praepositionis loco est, non solum pronomen possessivum, *ἐμήν*, *σήν* adiunctum habet, sed interdum etiam vera adiectiva, veluti in Sophoclis Ai. 176. *ἦ πού τινος νίκας ἀκάρπωτον χάριν*, ad quem locum vide quae Hermannus adnotavit huius quoque loci non immemor p. 30. ed. tert.

V. 553. *κοὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ*] Formula, ut videtur, vitae cotidianae, quam etiam nos habemus, nisi quod inverso ordine dicimus: überall und nirgends.

V. 555. *οὐδ' οἱ σοφοί γε κτλ.*] Haec recte Oresti restituta sunt, qui in mente habet oraculum Apollinis, quo ipse se putat iam esse in perniciem adductum.

V. 556. *πτηνῶν ὀνείρων*] „Phot. Lex. p. 611, 17. et Suid.: *τυφλῶν ὀνείρων· ἤτοι τῶν ἀπατηλῶν — ἢ ὅτι μύουσι προσδιαλέγονται.* cf. Diogenian. 8, 26. Etym. M. p. 772, 25. Hinc correxerunt locum Hesychii vol. II. p. 437: *τυφλῶν ὁ ἥρων.* Fortasse respicitur Eur. Iph. T. 571. ubi *πτηνῶν ὀνείρων* libri.“ NAUCKIUS in Tragicor. Graecor. fragm.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ φεῦ· τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες;
ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀκούσατ'· εἰς γὰρ δή τιν' ἥκομεν λόγον,
ὑμῖν τ' ὄνησιν, ὦ ξένοι, σπεύδουσ' ἅμα
κἀμοί. τὸ δ' εὖ μάλιστα γ' οὕτω γίγνεται,
εἰ πᾶσι ταὐτὸν πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχει.
θέλοις ἄν, εἰ σώσαιμί σ', ἀγγεῖλαί τί μοι
πρὸς Ἄργος ἐλθὼν τοῖς ἐμοῖς ἐκεῖ φίλοις,
δέλτον τ' ἐνεγκεῖν, ἥν τις οἰκτείρας ἐμὲ

tium, unde Musurus recepit. Post hunc versum Kirchhoffio nonnulla deesse visa sunt.

V. 561. τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες Cod. *B.* τί δ' ἡμεῖς οἱ (τ' ἐμοὶ add. m. sec.) γεννήτορες Cod. *B.* τί δ' ἡμῶν εἰσιν οἱ γεννήτορες sine idonea causa Nauckius.

V. 564. σπεύδουσ' Musgravius. σπουδῆς Cod. *B.* σπουδαῖς Cod. *C.* sec. Victor. et apogr. Pariss., unde σπουδαῖς receperat Musurus.

V. 565. τὸ δ' Marklandus. τόδ' libri, ut videtur. Dein μάλιστα τοῦτο de sua coniectura Nauckius scripsit, quod non accipio.

V. 566. Ἔχει Codd. [*B*]*C.* Ἔχοι Aldus.

V. 567. Θέλεις Codd. [*B*]*C.* Θέλοις Portus.

p. 693. De coniectura Nauckii, quamvis acuta sit, dubitari tamen propterea potest, quod Euripides πτανὸν ἄνειρον habet in Phoen. 1549., ad quem locum vide quae adnotavi p. 227. ed. Goth.

V. 558. Ἓν δὲ λυπεῖτας μόνον κτέ.] Sententia haec est: Hoc unum aegre fert vel dicam hac una re aegrimonia adficitur (nempe Orestes, de quo usque adhuc erat dictum), quando quidem, quom insanus non esset, oboediens vatum praeceptis periit, ut periit iis, qui sciunt.

V. 560. ὄλωλεν ὡς ὄλωλα] Usitatissima formula, si id, quod in animo habemus, amplius persequi nolumus. cf. Troad. 627. ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν. et quae Marklandus habet ad Iphig. Aul. 649. p. 43. ed. Lips. Blomfield. in gloss. Aesch. Agam. 66. p. 150 sq. ed. Lips. Luciani Gall. s. somn. §. 3. ἀφεθέντα δὲ ὡς ἀφείθη τὸν Ἄρη ἀγανακτῆσαι κτέ. et quae ad h. l. adnotavi p. 19. tum quae nuper dixi ad Orest. 78 sq. p. 49 sq. ed. Goth.

Ibid. τοῖσιν εἰδόσιν] Contulerunt interpretes Rhes. 975. σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός. Aristophanis Nub. 1243. καὶ Ζεὺς γελοῖος ὀμνύμενος τοῖς εἰδόσιν.

V. 564. σπεύδουσ' ἅμα] Vide ad v. 339 sq.

V. 569 sq. ἥν τις οἰκτείρας ἐμὲ ἔγραψεν αἴχμ.]

ἔγραψεν αἰχμάλωτος, οὐχὶ τὴν ἐμὴν φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου δ' ὑπο θνήσκειν γε, τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγουμένης; οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἀγγεῖλαι μολὼν εἰς Ἄργος αὖθις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί. σὺ δ' εἰ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσγενὴς καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὔς κἀγὼ θέλω, σώθητι καὶ σὺ μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβὼν κούφων ἕκατι γραμμάτων σωτηρίαν.

V. 572. *θνήσκειν σφε* Marklandus, quem G. Hermannus et A. Nauckius sequuti sunt. *θνήσκειν γε* libri. Tum *τάδε* Piersonus Veris. p. 65. *ταῦτα* libri.

V. 573. *ἀγγείλας* G. Hermannus. *ἀγγεῖλαι* Portus.

V. 574. *οὐδ' ὅς* pro *αὖθις* dubitans Nauckius proponit. *τάς τ' ἐμὰς* Elmsleius.

νὶ

V. 575. *τινὸς* Codd. *BC.*

V. 576. *δυσγενὴς* Cod. *C.* *δυσμενὴς* Cod. *B.*

V. 577. *οἶσθα* Codd. *BC.* *ἦσθα* Aldus. Kirchhoffius suspicatur: *οἶσθα γ' ὥςτε μ' ὠφελεῖν*, Nauckius: *χοῦς ἐγὼ φιλῶ*, Badhamus: *δοὺς ἀγὼ θέλω.*

„Quum scribarum opera, qui, exercitati scribendo, rectius exararent figuras litterarum, uti consueverint veteres, Iphigeniam quoque per alienam manum litteras dedisse finxit poëta, praesertim quum eo invento sic uti posset, ut istius captivi exemplo ad similem misericordiam moveretur Orestes, intelligeretque, si comes suus mactaretur, non id crudelitate sacerdotis, sed moris severa necessitate fieri." G. HERMANNUS. Schoenius auctore Beckero Chariclis vol. I. p. 57. Graecas mulieres artem scribendi raro didicisse etiam posteriore tempore contendit ideoque spectatoribus nullo modo hoc potuisse offensioni esse, quod Iphigenia non manu sua scripsisset epistolam.

V. 571. *φονέα νομίζων χέρα*] De voce *φονέα χέρα* conf. Med. 360. *χθόνα σωτῆρα καῶν* et quae ad eum locum adnotata sunt a Pflugkio p. 47. ed. Goth. alt.

V. 571 sq. *τοῦ νόμου δ' ὕπο θνήσκειν γε*] *Γὲ* particula omnem verborum ambitum effert, veluti in Aristophanis Pluto v. 21. *οὐ γάρ με τυπτήσεις στέφανον ἔχοντά γε.* Iphig. Aul. 746 sq. *ὅμως δὲ σὺν Κάλχαντι τῷ θυηπόλῳ Τὸ τῆς θεοῦ φίλον γ', ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχές κτέ.* Vide Hartungium de partic. Gr. ling. vol. I. p. 414. et me ad Devarium vol. II. p. 323 sq., ubi huius quoque loci habita ratio est p. 324. Vide infra v. 884.

V. 573 sqq. *οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἀγγεῖλαι μολὼν κτέ.*] In loco difficili atque admodum incertó reliqui eam quae in libris est scripturam, quae tamen aliquo modo explicari posse videtur: Neminem enim habebam, qui quum

595 οὗτος δ', ἐπείπερ πόλις ἀναγκάζει τάδε, 580
θεᾷ γενέσθω θῦμα χωρισθεὶς σέθεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας τἄλλα πλὴν ἓν, ὦ ξένη·
τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδ' ἐμοὶ βάρος μέγα.
ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς,
600 οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν. 585
οὔκουν δίκαιον ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ τοῦδ' ἐμὲ
χάριν τίθεσθαι καὐτὸν ἐκδῦναι κακῶν.
ἀλλ' ὡς γενέσθω· τῷδε μὲν δέλτον δίδου,
πέμψει γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἔχειν·

V. 578. καὶ γὰρ μισθὸς οὐ σμικρὸς λαβεῖν Kirchhoffius proponit. Canterus pro καὶ σὺ coniecerat καὶ ζῇ, Nauckius κεῖσε proponit.

V. 583. 84. habet Lucianus amor. c. 47.

V. 586. ἐμὲ Cod. *B*.

V. 588—90. habet Lucianus amor. c. 47. γενέσθω Codd. [*B*]*C*. γενέσθαι Aldus.

V. 589. πέμψω Lucianus l. c.

nuntiatum venisset (ἀγγελίαι μολών), servatus Argos rursus meas litteras adferret meorum amicorum cuipiam.

V. 576 sq. οὔτε δυσγενὴς καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα] Raro inter se οὔτε — καὶ respondent particulae apud Graecos scriptores priore tempore, saepius quidem posteriore tempore, veluti Ioannes Euangelista dicit IV. 11. οὔτε ἄντλημα ἔχεις καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ. Vide ad Devarium vol. II. p. 714. cl. p. 740. Verbis: οὔτε δυσγενής, hoc spectat Iphigenia, Orestem, quod non ignobili genere esset ortus, facilem etiam aditum ad suos, quum Argos redierit, esse habiturum.

V. 577. χοὺς κἀγὼ θέλω] et quos ego quoque volo te nosse. De exemplis ab Seidlero adlatis aptum est hoc ex Sophoclis Oed. Col. 53. ὅσ' οἶδα κἀγώ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων.

V. 578. καὶ σὺ —ξλαβὼν] „Καὶ σὺ pertinet ad μισθὸν λαβών. Mercedem, quod litteras perferat, accepturus est Orestes salutem; mercedem item Iphigenia, quod eum servat, spem litteras suas Argos esse perventuras.“ G. HERMANNUS.

V. 584. ὁ ναυστολῶν] est proprie is, cuius auctoritate navigatio suscipitur, συμπλεῖ is, qui se comitem adiungit. Ut fere omnia huiusce modi verba, saepe ad fortunam translatae hae quoque voces sunt a Graecis. Vide infra v. 660.

V. 587. χάριν τίθεσθαι] gratiam inire, plerumque dativus accedit eius, a quo ineas gratiam, quod hic opus non erat.

ἡμᾶς δ' ὁ χρῄζων κτεινέτω. τὰ τῶν φίλων
αἴσχιστον ὅστις καταλαβὼν εἰς ξυμφορὰς
αὐτὸς σέσωσται. τυγχάνει δ' ὅδ' ὢν φίλος,
ὃν οὐδὲν ἧσσον ἢ 'μὲ φῶς ὁρᾶν θέλω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ λῆμ' ἄριστον, ὡς ἀπ' εὐγενοῦς τινος
ῥίζης πέφυκας τοῖς φίλοις τ' ὀρθῶς φίλος.
τοιοῦτος εἴη τῶν ἐμῶν ὁμοσπόρων
ὅσπερ λέλειπται. καὶ γὰρ οὐδ' ἐγώ, ξένοι,
ἀνάδελφός εἰμι, πλὴν ὅσ' οὐχ ὁρῶσά νιν.
ἐπεὶ δὲ βούλει ταῦτα, τόνδε πέμψομεν
δέλτον φέροντα, σὺ δὲ θανεῖ· πολλὴ δέ τις
προθυμία σε τοῦδ' ἔχουσα τυγχάνει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θύσει δὲ τίς με καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγώ· θεᾶς γὰρ τῆσδε προστροπὴν ἔχω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄζηλά γ', ὦ νεᾶνι, κοὐκ εὐδαίμονα.

V. 592. *σέσωσται* Aldus. *σεσῶσεται* Cod. *B*. *σέσωται* Cod. *C*. sec. Victorium.

V. 593. *ἢ 'μὲ* Porsonus. *ἢ με* libri

V. 595. *ὀρθὸς* Cod. *B*. *ὀρθὸς* Cod. *C*. sec. Victorium et *ὡς*

V. 590. *ἡμᾶς ὁ χρῄζων κτεινέτω*] is, qui hoc cupit. Vide Xenophontis Disc. Cyri II. 1, 18. *ὁρᾶτε τὰ ὅπλα· ὁ μὲν χρῄζων λαμβανέτω ταῦτα.*

V. 590 sq. *τὰ τῶν φίλων αἴσχιστον κτέ.*] Constructio verborum haec est: *αἴσχιστον ὅστις (εἴτις) καταβαλὼν τὰ τῶν φίλων εἰς ξυμφοράς, αὐτὸς σέσωσται.* De *ὅστις* conf. Phoen. *ἀνανδρία γὰρ τὸ πλέον ὅστις ἀπολέσας τοὔλασσον ἔλαβε.* et quae ad eum locum adnotavi p. 94. ed. Goth. Rost gr. Gr. §. 121. 12. b. p. 643.

V. 592. *ὅδ'*] Pylades.

V. 595. *τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλος*] Recte Valckenarius ad Hippol. 925. p. 263. E. hanc formulam restituit. Vide Sophoclis Antig. 99. *τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.* Androm. 376 sq. *οἵτινες φίλοι Ὀρθῶς πεφύκασ'.*, ad quem locum conf. Pflugk. p. 64. ed. Goth. alt.

V. 601. *τοῦδ'*] Rectius videtur Schoenius *τοῦδε τοῦ θανεῖν* explicare quam Bothius referre ad Pyladem. Leni quadam videtur ironia loqui Iphigenia, quod se quam socium maluit occidi Orestes.

V. 603. *θεᾶς γὰρ τῆσδε προστροπὴν ἔχω*] Qui *τήνδε* pro *τῆσδε* scripserunt, non veram vim ac potestatem vocis

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

620 ἀλλ' εἰς ἀνάγκην κείμεθ', ἣν φυλακτέον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

αὐτὴ ξίφει θύουσα θῆλυς ἄρσενας;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὔκ· ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὁ δὲ σφαγεὺς τίς; εἰ τάδ' ἱστορεῖν με χρή.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἴσω δόμων τῶνδ' εἰσὶν οἷς μέλει τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

625 τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ', ὅταν θάνω;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῦρ ἱερὸν ἔνδον χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
πῶς ἄν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν;

apogr. Pariss.

V. 603. τῆσδε libri. τήνδε de Bothii et Hermanni coniectura multi scripserunt. Falso. Vide adnot. exeget.

ιφ

V. 607. οὔκουν Cod. *B.* χερνίσομαι Cod. *B.*

V. 610. 611. habet Diodorus Siculus XX. 14.

V. 611. χθονὸς pro πέτρας habet Diodorus Siculus l. c.

V. 817. *δάκρυ ἄδακρυ* G. Hermannus. *δάκρυα δάκρυα* Aldus. *δάκρυα* semel Cod. *C*. Musgravius *δάκρυ' ἀδάκρυα*, ad quod nihil enotatum est e Cod. *B*.

V. 819. *τὸ δέ τι* libri. *τότ' ἔτι, τότε* Schoenius, similia alii coniecerunt. *ἀγκάλαις σε* Nauckius. *ἀγκάλαισι* libri. Kirchhoffius proponit: *τότε σ' ἔτι βρέφος ἔλιπον ἐν ἀγκάλαισι κτέ.* Nauckius ex parte Fixium sequutus scripsit: *τότ' ἔτι βρέφος ἔλιπον ἔλιπον ἀγκάλαις σὲ κτέ.* G. Hermannus: *τότε σε, τότ' ἔτι βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαισι κτέ.* Incerta paene omnia videntur.

V. 821. reliqui ego librorum scripturam, quam ita partitam habet Cod. *B*. *εὐτυχῶν ἐμοῦ ψυχὰ. ΟΡ. τί φῶ; ΙΦ. θαυμάτων.* Contra Cod. *C*. uno tenore: *εὐτυχὼν ἐμοῦ ψυχᾷ τί φῶ; θαυμάτων.* Vide adnot. exeget.

βρέφος κτέ.] De his verbis conf. quae dicta sunt ad v. 224 sq. p. 50. Optime autem partita oratio est, ut quae maximo opere verbis exstarent, ea in singulis orationis partibus apparerent. *ἔτι βρέφος — ἀγκάλαις — τροφοῦ.* Conf. M. Tullii orat. pro Cn. Planc. II. 6. Quaerit enim Laterensis atque hoc uno maxime urget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit.

V. 821. *ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν κτέ.*] Oplus quam pro ratiocinationibus meis fortuna valens. Hoc dicit Iphigenia Oresti, qui ei insperanti obtigerat. *κρεῖσσον ἢ λόγοισιν* non est ellipsis, ut verbum *εἰκεῖν* intelligendum sit, ut in

ψυχά, τί φῶ; θαυμάτων πέρα καὶ λόγου
πρόσω τάδ' ἐπέβα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖμεν ἀλλήλων μέτα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον, ὦ φίλαι·
δίδοικα δ' ἐκ χερῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα
ἁμπτάμενος φύγῃ·
ὦ Κυκλωπίδες ἑστίαι, ὦ πατρίς,
Μυκήνα φίλα,
χάριν ἔχω ζόας, χάριν ἔχω τροφᾶς,
ὅτι μοι συνομαίμονα
τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

γένει μὲν εὐτυχοῦμεν, εἰς δὲ συμφορὰς,
ὦ σύγγον', ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.

V. 823. *ἀπέβα* Reiskius.
V. 825. *ἡδονὰν* Aldus et, ut videtur, Cod. *C.* *ἡδονῆς* Cod. *B.* *ἀδονὰν* G. Dindorfius.
V. 830. *ζόας* Blomfieldius. *ζωᾶς* libri.
V. 832. *δόμοισιν* Seidlerus. *δόμοις* libri.
V. 835. *ἐγὼ* duplicavi auctore Kirchhoffio. Libri semel habent.
V. 836. *δέρα* Cod. *B.*
V. 838. *ὦ* addidit Seidlerus, om. libri.
V. 839. *λύκων* Cod. *B.* *λέκτρων* Cod. *C.*
V. 840. *δόλι'* G. Hermannus. *δολίαν* libri.

Suppl. 844. *κρεῖσσον ἢ λέξαι λόγῳ.* Sed *λόγοισιν* hic sic dicitur, ut alias *ἢ κατὰ λόγους.* Conf. Rost. gr. Gr. §. 97. 8. supplem. 5. p. 411., ubi res recte explicata est, sed desunt exempla dativi, quale hoc est, quod eo addi potest.

V. 822. *ψυχά, τί φῶ;*] Vide infra v. 856. et Med. 1242. *ἀλλ' εἰ' ὁπλίζου, καρδία.*

V. 825. *ἄτοπον ἡδονάν*] quae modum excedit ipsamque de statu paene deiicit.

V. 826. *δέδοικα δ' ἐκ χερῶν με μὴ κτέ.*] Tanto ardore complectitur laetitia effusa, ut ne e complexu suo Orestes se fugiat avolans ad caelum vereatur.

V. 828. *ὦ Κυκλωπίδες ἑστίαι κτέ.*] De muris Cyclopiis Mycenarum Pausanias II. 16, 5. habet haec: *λείπεται δὲ ὅμως ἔτι καὶ ἄλλα τοῦ περιβόλου καὶ ἡ πύλη. λέοντες ἐφεστήκασιν αὐτῇ· Κυκλώπων δὲ καὶ ταῦτα ἔργα εἶναι λέγουσιν, οἳ Προίτῳ τὸ τεῖχος ἐποίησαν τὸ ἐν Τίρυνθι.* et qui nostra aetate ista loca inspexerunt eos muros etiam nunc manere tetantur.

V. 830. *χάριν ἔχω ζόας,*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγὼ ἐγὼ μέλεος οἶδ', ὅτε φάσγανον
δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἴμοι. δοκῶ γὰρ οὐ παρὼν σ' ὁρᾶν ἐκεῖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀνυμέναιος, ὦ σύγγον', Ἀχιλλέως
εἰς κλισίαν λέκτρων
δόλι' ὅτ' ἀγόμαν·
παρὰ δὲ βωμὸν ἦν δάκρυα καὶ γόοι.
φεῦ φεῦ χερνίβων τῶν ἐκεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὤμωξα κἀγὼ τόλμαν ἣν ἔτλη πατήρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀπάτορ' ἀπάτορα πότμον ἔλαχον.
ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ....

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ σόν γ' ἀδελφόν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας...

V. 842. *τῶν ἐκεῖ* Seidlerus. *τῶν* om. libri. *ἐκεῖ τῶν ἐμῶν* proponit Kirchhoffius. *ἐκεῖ* delendum censet Nauckius. Ceterum hic et qui sequitur versus usque ad v. 846. auctore Tyrwhitto, quem sequutus sum nisi quod v. 847. Iphigeniae reddidi, nunc distributi sunt.

V. 842. Oresti, v. 843. 844. Iphigeniae, v. 845—848. *τόλμας* Oresti, cetera Iphigeniae tribuunt Codd. *B*[*C*].

V. 844. Nauckius dubitanter proponit: *πατέρ' ἀπάτορα, πότμον ἄποτμον ἔλαχον.*

χάριν ἔχω τροφᾶς] Notet tiro litterarum similitudinem in similitudine sententiae; quo autem spectet Iphigeniae oratio, ipsa explicat versibus eis, qui sequuntur.

V. 835. *οἶδ' ὅτε κτέ.*] Alacriorem habet hoc orationem quam si dicas *οἶδ' ὅτι*. Nam qui dicit *οἶδ' ὅτε* non tantum modo rem, quae facta sit, verum etiam tempus ipsum, quo facta sit, recordatur atque ante oculos habet. Vide quae disputavit Pflugkius ad Hec. 112. p. 24 sq. ed. alt. me ad Devarium vol. II. p. 687. Rost. gr. Gr. §. 212. II. 8. adn. 3. p. 348 sq.

V. 836. *θῆκέ μοι*] admovit, id est, admoveri iussit.

Ibid. summo iure plerique recentiorum interpretum post *πατὴρ* non posuerunt nisi comma, quod Iphigenia incohatam orationem absolvit demum v. 838 sqq.

V. 840. *δόλι'*] *δόλια* pro adverbio *δολίως*, v. Rost. §. 97. 5. p. 406.

V. 842. *φεῦ φεῦ χερνίβων*] quibus ipsa morti erat consecrata.

V. 846. *εἰ — ἀπώλεσας*] Si — occidisses.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δαίμονος τύχᾳ τινός.
ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας. δεῖν' ἔτλαν,
δεῖν' ἔτλαν, ὤμοι σύγγονε. πρρὰ δ' ὀλίγον
ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀνόσιον ἐξ ἐμᾶν
δαϊχθεὶς χερῶν.
ἃ δ' ἐπ' αὐτοῖς τίς τελευτά;
τίς τύχα μοι συγκυρήσει;
τίνα σοι πόρον εὑρομένα
πάλιν ἀπὸ πόλεως, ἀπὸ φόνου πέμψω

V. 848—871. qui omnes Iphigeniae sunt, hos fere numeros habent, in quibus tamen propter scripturae discrepantiam quaedam incerta sunt:



V. 847. multo rectius datur Iphigeniae, primum quod Orestes semper trimetris hic loquutus erat, tum quod illa verba: ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ hunc quasi exitum desiderant, ut iniquo fato aliud ex alio sequatur.

V. 853. τίς τύχα μοι συγκυρήσει] Sic verissime rescripsit G. Hermannus. Conf. Ion. 1450 sq. πόθεν μοι Συνέκυρα' ἀδόκητος ἀδονά;

V. 862. θανάτῳ πελάσεις ἄρα] De ἄρα particula, quae in eiusmodi interrogationibus non quidem in se habet, sed adiuvat tamen mirationem aut dicam aversationem, explicatius dixi ad Devarium vol. II. p. 176 sqq. Conferas etiam supra v. 477.

πατρίδ' ἐς Ἀργείαν,
πρὶν ἐπὶ ξίφος αἵματι σῷ
πελάσσαι; τόδε σόν, ὦ μελέα ψυχά,
χρέος ἀνευρίσκειν.
πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,
ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ;
θανάτῳ πελάσεις ἄρα, βάρβαρα φῦλα
καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων· διὰ κυανέας μὴν
στενοπόρου πέτρας μακρὰ κέλευθα ναΐοισιν δρασμοῖς.



V. 850. ἀπέφυγες Musgravius. ἀμφέφυγες libri.
V. 851. χερῶν Codd. [*B*]*C*. χειρῶν Aldus.
V. 852. αὐτοῖς G. Hermannus. αὐτοῖσι libri.
V. 853. συγκυρήσει G. Hermannus. συγχωρήσει libri.
V. 857. ξίφους Cod. *C*.
V. 858. πελάσσαι Nauckius. πελάσαι Cod. *C*. κἀλαῖσαι [Cod. *B*.] et Aldus. Mox τόδε bis scriptum in libris, alterum delevit Seidlerus.
V. 862. ἄρα libri. ἀνὰ de Marklandi coniectura G. Hermannus et Nauckius.
V. 863. δι' ὁδοὺς Reiskius. διόδους libri.

Ibid. βάρβαρα φῦλα καὶ δι' ὁδοὺς κτέ.] Quom στείχειν iam per se cum accusativo iungi posset, quod motionem in locum aut per locum indicat, quo de genere quivis Vergilianum illud [ecl. I. 64.] sitientis ibimus Afros memoria tenebit, recte sine praepositione dici poterat βάρβαρα φῦλα στείχων, eoque magis hic accusativus tum sine praepositione positus est, si in altero orationis membro, quod plane responderet priori, ea praepositio esset addita, ut si quid obscuritatis in priore enuntiati parte mansisset, prorsus evaneseret in altera, eaque disputatio etiam ad eos locos pertinet, ubi alius casus atque accusativus est. Exempla habes apud

τάλαινα, τάλαινα.
τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἢ
τί τῶν ἀδοκήτων
πόρον εὔπορον ἐξανύσας
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεῖ
κακῶν ἔκλυσιν;

ΧΟΡΟΣ.

ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι καὶ μύθων πέρα
τάδ' εἶδον αὐτὴ κοὐ κλυουσ' ἀπ' ἀγγέλων.

V. 867. τάδ' ἂν libri. τάλαν coniecit Badhamus, quem Nauckius sequutus est.
V. 869. εὔχορον G. Hermannus. ἄχορον libri. Dein ἐξανύσας libri. ἐξανύσαι Kirchhoffius, quem sequutus est Nauckius, omisso in versu seq. φανεῖ. Fortasse vere.
V. 870. φανεῖ om. Cod. B. Habet Cod. C. sec. apogr. Pariss.
V. 873. κοὐ κλύουσ' ἀπ' ἀγγέλων G. Hermannus. καὶ κλύ-

Rost. gr. Gr. §. 110. 6. 5. a. adn. 8. p. 567.

V. 867. τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν κτέ.] De hoc loco explicatius disputavit G. Hermannus de particula ἄν p. 35. ego ad Devarium vol. II. p. 138 sq. Apparet autem aliter incohavisse orationem Euripidem, aliter desiisse, ut illud ἄν nihil commune habeat cum indicativo φανεῖ.

V. 869. ἐξανύσας] Hoc genus participii masculinum nihil habebit offensionis, etsi proxime praecedit τί τῶν ἀδοκήτων propter antecedentia ἢ θεὸς ἢ βροτός.

V. 870. δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν] Recte Brunckius hunc locum, ubi Iphigenia quum gaudio agniti a se fratris commota tum metu perturbata ne eum occidere cogatur ipsa, quamvis Electra eius stirpis adhuc superstes sit, tamen se et fratrem solos Atridas reliquos esse ait, quod de se et fratre suo nunc maxime sollicita erat, comparat cum Sophoclis loco de Antig. 905. ed. Boeckh., ubi generosa puella, quamvis Ismena adhuc vivat, se tamen unam eius stirpis superstitem dicat, quo maiorem miserationem efficiat: τὴν βασίλισσαν μοίνην λοιπήν. Is enim, qui in summis periculis versatus ipse, non solet eorum meminisse, qui procul absunt a discrimine rerum, et id tantum modo ante oculos habere, in quo nunc ipsum discrimen est. Addit Schoenius Sophoclis Electr. 100 sq. κοὐδεὶς τούτων οἰκτος ἀπ' ἄλλης Ἢ 'μοῦ φέρεται σοῦ, πάτερ, οὕτως Αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος., ubi recte Scholiastes: εἰ δὲ καὶ τὰ τῆς Χρυσοθέμιδος, inquit, παράκειται, αὕτη γε διὰ τὸ πάνυ ἀλγεῖν οὐδένα κατ' ἀξίαν φροντίζειν τῶν γεγονότων οἴεται ἢ μόνην αὐτήν.

V. 783. κοὐ κλύουσ' ἀπ' ἀγγέλων] Adsimulavit G. Hermannus Aeschyli Pers. 266. καὶ μὴν παρών γε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων, Πέρσαι, φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά. Sophoclis Oed. reg. 6. ἆγὼ δικαιῶν μὴ

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τὸ μὲν φίλους ἐλθόντας εἰς ὄψιν φίλων,
Ὀρέστα, χειρῶν περιβολὰς εἰκὸς λαβεῖν·
λήξαντα δ' οἴκτων κἀπ' ἐκεῖν' ἐλθεῖν χρεών,
ὅπως τὸ κλεινὸν ὄνομα τῆς σωτηρίας
λαβόντες ἐκ γῆς βησόμεσθα βαρβάρου.
σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ 'κβάντας τύχης,
καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας· τῇ τύχῃ δ' οἶμαι μέλειν
τοῦδε ξὺν ἡμῖν· ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ,

ουσ' ἀπαγγελῶ libri. pro *ἀπαγγελῶ* Nauckius proponit *ἐπίσταμαι*.

V. 874—880. choro continuantur in Cod. *C.* et in Aldina, Pyladi dedit Heathius, cui, ut videtur, accedit Cod. *B*.

V. 880. *ἄλλως* proponit Scaliger. Nauckio hic et antecedens versus vitio non carere videntur.

παρ' ἀγγέλων τέκνα, Ἄλλων ἀκούειν αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα. Alii addiderunt Troad. 481. *οὐκ ἄλλων πάρα Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν Αὐτή.*

V. 874 sqq. iam Pylades hortatur, ut saluti suae prospiciant, quod contra Iphigenia certior fieri cupit de Electra, de Pylade, de rebus Argivis, de itinere Orestis in terram Tauricam. Hinc cognovit Iphigenia oraculum de signo Dianae auferendo et ipsa iam rationem, qua illud auferre possint ostendit, chorumque precibus permovet, ut se taciturum polliceatur.

V. 876. *λήξαντα δ' οἴκτων*] Etsi universa haec sententia est, tamen iam Pylades numerum singularem ponit, quod etiam in communi sententia erat concessum, v. Aristophanis Plut. 255 sqq. *Ἐγὼ δ' ἐγκονεῖτε σπεύδεθ' ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, Ἀλλ' ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς ἥ δεῖ παρόντ' ἀμύνειν.* conf. Pflugk. ad Herc. fur. 203. p. 37 sq. ed. Goth., hic autem eo magis, quod illa ipsa verba ad unum Orestem pertinere videntur.

V. 877. *τὸ κλεινὸν ὄνομα τῆς σωτηρίας*] Notum hoc genus loquendi Graecorum, ut notionem alicuius rei amplificantes *ὄνομα* alicuius rei dicant pro re ipsa, ut in Hec. 380 sq. *κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται Τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις.* Orest. 1082. *ἀλλ' ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς, Χαῖρ'.* Plutarch. Nic. p. 966. *βέβαιον οὕτω τὸ τῆς εὐτυχίας ὄνομα πρὸς τὸν αὖθις χρόνον ποιοῖτο.* Neque aliter Latini nomen libertatis et quae sunt similia usurpaverunt.

V. 879. *μὴ 'κβαντὰς τύχης*] Apte Seidlerus comparavit Herc. fur. 203. *μὴ 'κ τύχης ὡρμισμένους.*

V. 880. *καιρὸν λαβόντας*] id est, opportunitate oblata uti nec eam praetermittere, die Gelegenheit wahrnehmen. Recte Kvíčala comparavit Aeschyli Sept.

σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδέν μ' ἐπίσχει γ' οὐδ' ἀποστήσει λόγον
πρῶτον πυθέσθαι τίνα ποτ' Ἠλέκτρα πότμον
εἴληχε βιότου· φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τῷδε ξυνοικεῖ βίον ἔχουσ' εὐδαίμονα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὗτος δὲ ποδαπὸς κἀπὸ τίνος πέφυκε παῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Στρόφιος ὁ Φωκεὺς τοῦδε κλῄζεται πατήρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὁ δ' ἐστί γ' Ἀτρέως θυγατρός, ὁμογενὴς ἐμός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀνεψιός γε, μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ ἦν τόθ' οὗτος, ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἦν· χρόνον γὰρ Στρόφιος ἦν ἄπαις τινά.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χαῖρ' ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου.

V. 882. ἦν δέ τις Cod. *C.* ἦν δέ τισ (σ deleto e correct.) Cod. *B.* ἦν δέ τι Aldus.

V. 884. ἐπίσχῃ Cod. *B.* ἐπίσχη Cod. *C.* ἀποστήσει Cod. *B.* ἀποστήσῃ Cod. C. Hartungius scribi voluit: οὐ μή μ' ἐπίσχῃς οὐδ' ἀποστήσεις λόγον. οὐδὲν ἔτ' ἐπίσχει μ' dubitanter proposuit Nauckius.

V. 885. πυθέσθαι Cod. *C.* τι θέσθαι Cod. *B.*

adv. Theb. 65. καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤκιστος λαβέ. idemque hoc iure adiecit, poëtam non sine idonea causa eodem verbo λαβόντας — λαβεῖν bis esse usum. Poterat etiam hoc addere, respici etiam λαβόντες, quod est v. 878. Vide quae dixi ad Androm. 1172 sq. p. 118 sq. ed. Goth. alt.

V. 882. ἦν δέ τις πρόθυμος ᾖ] Accedit hoc ad similitudinem Latini proverbii: Fortes fortuna adiuvat.

V. 884. οὐδέν μ' ἐπίσχει γ'] Ne quis de γε particula dubitet conf. quae dixi ad Devarium vol. II. p. 323 sq. et supra ad v. 571. sq.

V. 886. φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί] Haec dicit Iphigenia, respiciens quae ante dixit οὐδέν μ' ἐπίσχει γ', ut doceat sibi omnia cara esse, itaque se teneri non posse quin haec quaerat. Neque enim de una Electra certior fieri cupit,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀμός γε σωτήρ, οὐχὶ συγγενὴς μόνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὰ δεινὰ δ' ἔργα πῶς ἔτλης μητρὸς πέρι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σιγῶμεν αὐτά· πατρὶ τιμωρῶν ἐμῷ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἡ δ' αἰτία τίς ἀνθ' ὅτου κτείνει πόσιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔα τὰ μητρός· οὐδὲ σοὶ κλύειν καλόν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σιγῶ· τὸ δ' Ἄργος πρὸς σὲ νῦν ἀποβλέπει;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μενέλαος ἄρχει· φυγάδες ἐσμὲν ἐκ πάτρας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὔ που νοσοῦντας θεῖος ὕβρισεν δόμους;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔκ, ἀλλ' Ἐρινύων δεῖμά μ' ἐκβάλλει χθονός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθαδ' ἠγγέλθης μανείς;

V. 886. *φίλα γὰρ ἔστι τἄμ' ἐμοί* Schoenius. Vide tamen adn. exeget.

V. 890. *ὁ δ'* L. Dindorfius. *ὅδ'* libri. *ἐστί γ'* libri. *ἐστὶν* Kirchhoffius. *ἐμὸς* Cod. [*B*]*C*. *ἐμοὶ* Aldus.

V. 902. *οὔ που* G. Hermannus. *ἦπου* (sed ut *ἦ* sit e corr. *ἦπου* m. sec.) Cod. *B*. *οὔπω* Cod. *C*. sec. Victor. et apogr. Pariss.

V. 903. *ἐρινύων* Cod. *C*. *ἐριννύων* Cod. *B*.

V. 904. *ἠγγέλθης* Elmsleius. *ἠγγέλης* libri.

verum de ceteris quoque rebus et personis.

V. 887. *τῷδε*] Pyladem monstrans dicit hoc.

V. 889. *Στρόφιος ὁ Φωκεύς*] *Στρόφιος Ἀναξιβίαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἀδελφὴν ἔγημεν, ἐξ ἧς ἔφυσε τὸν Πυλάδην, ὅθεν Ὀρέστης καὶ Πυλάδης ἀνεψιοί.* SCHOLIASTES Orest. 765. Conf. quae dixi in prooem. Orestis fab. p. 9.

V. 891. *ἀνεψιός γε*] Ne quis de *γὲ* particula in eiusmodi responsionibus dubitet, conferat quae dixi ad Devar. vol. II. p. 292 sqq.

V. 898. *ἡ δ' αἰτία τίς ἀνθ' ὅτου*] Quemadmodum Latine causa quamobrem, non causa ob quam, recte dicitur, sic hoc loco *ἄνθ' ὅτου* necessario erat dicendum, minime genus femininum respiciendum.

V. 902. *νοσοῦντας*] Vide supra ad v. 665.

V. 904. *ταῦτ' ἄρ'*] Conf.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦφθημεν οὐ νῦν πρῶτον ὄντες ἄθλιοι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔγνωκα, μητρός σ' οὔνεκ' ἠλάστρουν θεαί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί γάρ ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπόρθμευσάς πόδα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν ἢ σιγώμενον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγοιμ' ἄν· ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων.

V. 906. ' σ' in Aldina et in Cod. *C.* omissum addidit Markland. De Cod. *B.* non satis constat.

V. 910. *δράσειν* libri. *δρᾶσαι* vel *δράσων* proposuit Elmsleius.

V. 913. *μεταδρομαῖς δ'* proponit Kirchhoffius. *ἐριννύων* Cod. *B.*

V. 914. *ἔνθεν μοι πόδα* libri. *ἐνθ' ἐμὸν πόδα* G. Hermannus, quem Nauckius sequutus est. Vide adn. exeget.

V. 915. *δή γ'* libri. *δῆτ'* Scaliger.

Rost. gr. Gr. §. 106. B. 6. p. 506.

V. 906. *ἠλάστρουν*] *ἐλαστρεῖν* est verbum intensivum verbi *ἐλαύνειν*, quod actionem, quae illo verbo declaratur, duriorem atque asperiorem ostendit. Conf. infra v. 943. *δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεί.* et Hesych. s. v. *ἠλάστρεον· περιεφέροντο.*

V. 907. *αἱματηρὰ*] quae, quoniam sanguinolenta erant, rursus sanguinem expetere videbantur. Conf. supra v. 279.

V. 911. *ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων*] Haec dei oracula causa et principium multorum laborum.

V. 913. *εἰς χεῖρας ἦλθε*] Sic dixit, ut potius passus esse haec per se perfici, quam suo consilio suscepisse videretur.

V. 914. *ἔνθεν*] hic non tam causalem vim habet, sed ordinem in tempore significat, ut saepe alias. Mox non satis recte Schoenius rem iudicavit, quod *μοι* dixit esse pro pronomine possessivo. Dativus enim etiam hoc loco istud ipsum ostendit, quod modo in verbis *εἰς χεῖρας ἦλθε* situm esse diximus. Neque in eis locis, quibus Schoenius pro exemplis usus est, *μοι* aliam habet vim ac potestatem, Il. XII. 174. *Ἕκτορι γάρ οἱ (Διΐ) θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι.* et Xenophontis Disc. Cyri V. 1, 26. *ἡ γάρ μοι ψυχὴ παρεσκεύασται.*

V. 915. *δή γ'*] iam adeo, quod nostra lingua dicas end-

ἐπεὶ τὰ μητρὸς ταῦθ' ἃ σιγῶμεν κακὰ
εἰς χεῖρας ἦλθε, μεταδρομαῖς Ἐρινύων
ἠλαυνόμεσθα φυγάδες, ἔνθεν μοι πόδα
εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας,
δίκην παρασχεῖν ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς.
ἔστιν γὰρ ὁσία ψῆφος, ἣν Ἄρει ποτὲ
Ζεὺς εἶσατ', ἐκ τοῦ δὴ χερῶν μιάσματος.
ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, πρῶτα μέν μ' οὐδεὶς ξένων
ἐκὼν ἐδίξατ', ὡς θεοῖς στυγούμενον·
οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ, ξένια μονοτράπεζά μοι
παρέσχον, οἴκων ὄντες ἐν ταὐτῷ στέγει,
σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ', ὅπως
δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα,
εἰς δ' ἄγγος ἴδιον ἴσον ἅπασι βαχχίου

V. 918. ἐκ τοῦ Kvičala. ἐκ του libri. διὰ χερῶν Badhamus. ὄντα

V. 919. ἐλθὼν δ' Cod. *B*. ἐλθὼν δ' Cod. *C*. Deinde μ' addidit Barnesius omissum in libris.

V. 922. στέγει Aldus. τέγει Codd. *BC*.

V. 923. ἐτεκτήναντ' Cod. *B*. ἐτεκτήνανθ' Cod. *C*. Deinceps ἀπρόσφθεγκτον G. Hermannus.

V. 924. αὐτῶν Scaliger. αὐτοῦ libri. αὐτοῖς Seidlerus.

V. 925 et 932. ἄγγος libri. ἄγκος Aldus.

lich gar. Conf. quae G. Hermannus ad h. l. adnotavit.

V. 916. ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς] Sophocles Oed. Col. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν. Orest. 37.

V. 917 sqq. ἔστιν — εἶσατ', ἐκ τοῦ δὴ κτέ.] Sic mihi Kvičala hunc locum recte restituisse videtur, ut ἐκ τοῦ δὴ sit ab illo iam tempore, et respiciat verba: ἣν Ἄρει ποτὲ Ζεὺς εἶσατ'. Ille in suam rem adsimulavit Electr. 1254 sqq. ἔστιν δ' Ἀρεώς τις ὄχθος, οὗ πρῶτον θεοὶ Ἔζοντ' ἐπὶ ψήφοισιν αἵματος πέρι, Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης, Μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων, Πόντου κρέοντος παῖδ', ἵν' εὐσεβεστάτη Ψῆφος βεβαία τ' ἔστιν ἔκ γε τοῦ θεοῖς. Conf. Apollodori Bibl. III. 14, 2.

V. 919. ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε] Hic nominativus absolutus maiore vi aliquid proponit, a quo tamen deinceps, quod constructio mutata est receditur, vide supra ad v. 680 sqq.

V. 921. οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ] quos autem puduit me prorsus repudiare.

V. 923 σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ'] Recte haec Seidlerus reddidit: Silentio suo hoc efficiebant, ut mihi quoque tacendum esset. Quod autem cum eo non colloquebantur, denique etiam hoc effecerunt, ut ille solus manere et separatim vesci cogeretur. Neque enim ullo modo versuum collocatio, quae

μέτρημα πληρώσαντες εἶχον ἡδονήν.
κἀγὼ 'ξελέγξαι μὲν ξένους οὐκ ἠξίουν,
ἤλγουν δὲ σιγῇ κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι,
μέγα στενάζων, οὕνεκ' ἦν μητρὸς φονεύς.
κλύω δ' Ἀθηναίοισι τἀμὰ δυστυχῆ
τελετὴν γενέσθαι, κἄτι τὸν νόμον μένειν,
χοῆρες ἄγγος Παλλάδος τιμᾶν λεών.
ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἦκον ἐς δίκην τ'
ἔστην, ἐγὼ μὲν θἄτερον λαβὼν βάθρον,
τὸ δ' ἄλλο πρέσβειρ' ἥπερ ἦν Ἐρινύων.

V. 927. κἀγὼ 'ξελέγξαι Marklandus. κἄγωγ' ἐξελέγξαι libri.
V. 933. post δίκην, quod addunt libri, τ' omisit Kirchhoffius. Vide adnot. exeget.
V. 935. ἐρινύων Cod. *B.* et sic fere semper hic liber.

in libris habetur, immutanda est.

V. 928. κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι] et dissimulabam me scire, pudore commotus, ut explicat ipse.

V. 930 sq. κλύω δ' Ἀθηναίοισι κτέ.] De his rebus quae Oresti Athenis evenerint et die festo solenni inde orto conf. Athenaei X., p. 437. C. et Plutarchus conviv. quaest. II. 10. vol. II. p. 613. B.

V. 932. χοῆρες ἄγγος] est vas, quod congium aut sex sextarios continebat quoque utebantur Athenienses χόαν die, quem ex hospitio Orestis ortum esse ferebant, ut supra vidimus.

V. 933. ὡς δ' — ἦκον ἐς δίκην τ' ἔστην κτέ.] Hanc librorum auctoritatem iure defendit Kvíčala. Aperte enim verba ἐς δίκην τ' ἔστην κτέ. ad protasin pertinent, quae ne verbis quidem, quae deinceps leguntur: ἐγὼ μὲν θἄτερον λαβὼν βάθρον, τὸ δ' ἄλλο πρέσβειρ' ἥπερ ἦν Ἐρινύων, solvitur. Nam λαβὼν ad idem verbum, quod supra est ἔστην, pertinet, verba autem τὸ δ' ἄλλο πρέσβειρ' ἥπερ ἦν tantummodo oppositionis causa ad θἄτερον βάθρον inferuntur, neque incohatum orationis cursum impediunt, quamobrem iusto verborum ordine iam adiungitur εἰπὼν ἀκούσας θ' αἵματος μητρὸς πέρι, ut id ad Orestem pertineat et protasis denique terminetur in voce πέρι. Qua quidem in re dissentio etiam cum Kvíčala, qui hunc nominativum absolutum sine idonea causa esse putavit. Nam sustinetur haec quoque sententia verbo ἔστην. Sed haec hactenus de externo orationis cursu.

Ibid. ἐς δίκην τ' ἔστην] Conf. Porsonum ad Phoen. 1381., qui adfert στάντα ἐς ἀρχὴν Herodoti III. 80. εἰς ἔριν ἔστης Archiae Anthol. III. 8, 3. εἰς κρίσιν ἵστασθε Iuliani Caes. p. 319. B.

V. 934. θἄτερον — βάθρον] Duas sedes fuisse, ex quarum altera reus, ex altera vero accusator agebant, docet Pausanias I. 28, 5. τοὺς ἀργυροῦς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι καὶ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δὲ

εἰπὼν ἀκούσας θ' αἵματος μητρὸς πέρι,
Φοῖβός μ' ἔσωσε μαρτυρῶν· ἴσας δέ μοι
ψήφους διηρίθμησε Παλλὰς ὠλένῃ,
νικῶν δ' ἀπῆρα φόνια πειρατήρια.
ὅσαι μὲν οὖν ἔζοντο πεισθεῖσαι δίκῃ, 940
ψῆφον παρ' αὐτὴν ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν·
ὅσαι δ' Ἐρινύων οὐκ ἐπείσθησαν νόμῳ,
δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεί,
ἕως ἐς ἀγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον,
καὶ πρόσθεν ἀδύτων ἐκταθεῖς, νῆστις βορᾶς, 945

V. 936. εἰπὼν δ' Kirchhoffius, quem sequutus est Nauckius.

V. 938. διηρίθμησε Cod. *C.* sec. apogr. Pariss. διηρίθμιζε Cod. *B.* διηρίθμησε Aldus. Nescio quo errore διερρύθμιζε Kirchhoffius tribuit Seidlero.

ἀναιδείας ὀνομάζουσι.

V. 935. πρέσβειρ' ἢ περ ἦν Ἐρινύων] Ex hoc aut simili Euripidis loco videtur colorem dedisse orationi suae Aristophanes in Acharn. 883. πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορᾶν.

V. 936. εἰπὼν ἀκούσας θ'] Hoc erat illud quod nemo Athenis condemnari potuit nisi dicta et audita re. De hac ἰσηγορίας laude confert Kvičala recte Heracl. 182 sqq. ἄναξ, ὑπάρχει μὲν τόδ' ἐν τῇ σῇ χθονί, Εἰπεῖν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει πάρεστί μοι, Κοὐδεὶς μ' ἀκοίσει πρόσθεν, ὥσπερ ἄλλοθεν. Qui autem haec verba εἰπὼν ἀκούσας θ' ad Apollinem rettulerunt, Kirchhoffius et Nauckius, nae illi vehementer falsi sunt. Neque enim deus dixit audivitque, ut reus, quod in Orestem solum cadit, neque patronus causae ac defensor Orestis exstitit, sed non fuit in Orestis causa, nisi, id quod Apolline unum dignum est, testis. Id non solum ipse Euripides paullo post dicit, Φοῖβός μ' ἔσωσε μαρτυρῶν, verum etiam Aeschylus in Eumenidibus, ubi illa tota causa copiosius traditur et Apollo ipse dicit v. 587. καὶ μαρτυρήσων ἦλθον — Καὶ ξυνδικήσων, quo ex loco tamen apparet μαρτυρήσων esse primarium, id quod solum posuit Orestes v. 551. τοῖς τοῦδε θεσφάτοισι· μαρτυρεῖ δέ μοι., ut de hac re dubitari plane non posse videatur.

V. 938. ὠλένῃ] manu contracta. Recte comparavit Witzchelius Ovidii Met. IX. 652.

V. 939. νικῶν δ' ἀπῆρα] quod ἰσοψηφία reus absolvebatur. Vide infra v. 1441 sqq. Aeschyli Eumen. 709 sq. ἀνὴρ ὧδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην. Ἴσον γάρ ἐστι ταριθμημα τῶν πάλαι. Mox φόνια πειρατήρια sunt pericula de caede accusati.

V. 490. ὅσαι μὲν οὖν κτέ.] Apud Aeschylum Eumen. v. 861 sqq. omnes Eumenides in Palladis sententiam concedentes expiantur.

V. 941. ψῆφον παρ' αὐτήν] Iuxta eum ipsum locum, ubi suffragia lata sunt.

V. 943. ἠλάστρουν] Vide supra ad v. 906.

V. 946 sq. καὶ πρόσθεν

ἀπώμοσ' αὐτοῦ βίον ἀπορρήξειν θανών,
εἰ μή με σώσει Φοῖβος, ὅς μ' ἀπώλεσεν.
ἐντεῦθεν αὐδὴν τρίποδος ἐκ χρυσοῦ λαχὼν
Φοίβου μ' ἔπεμψε δεῦρο, διοπετὲς λαβεῖν
ἄγαλμ' Ἀθηνῶν τ' ἐγκαθιδρῦσαι χθονί.
ἀλλ' ἦνπερ ἡμῖν ὥρισεν σωτηρίαν,
σύμπραξον· ἦν γὰρ θεᾶς κατάσχωμεν βρέτας,
μανιῶν τε λήξω καὶ σὲ πολυκώπῳ σκάφει
στείλας Μυκήναις ἐγκαταστήσω πάλιν.
ἀλλ' ὦ φιληθεῖσ', ὦ κασίγνητον κάρα,
σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δ' ἐμέ·

V. 948. *λαχὼν* Scaliger. *λαβὼν* libri.
V. 952. *ἦν* Seidlerus. *ἂν* libri.
V. 955. *ἀλλ' ὦ φιληθεῖσ'* Cod. *C. ἀλλ' ὦ φίλεισ'* (*φίλη γ* Musurus) Cod. *B.*
V. 956. *δέ με* Aldus et fortasse etiam libri.
V. 958. *ληφόμεθα* Cod. *C.* sec. Vict. et apogr. Pariss.
V. 960. *τ' ἄγει* Canterus. *τ' ἀεὶ* libri.

ἀδύτων ἐκταθεὶς κτέ.] Difficile erat de una eademque causa novum oraculum nanciscei. Simile exemplum adnotavit Schoenius ex Herodoti VII. 141., ubi haec vox legatorum Atheniensium habetur: *Ὦναξ, χρῆσαι ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰδεσθεὶς τὰς ἱκετηρίας τάσδε, τάς τοι ἥκομεν φέροντες· ἢ οὔ τοι ἀπιμεν ἐκ τοῦ ἀδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῇδε μενέομεν, ἕστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν.*

V. 858. *οὐράνιον*] Vide supra v. 87 sq.

V. 959. *ἐπέξεσε*] Recte G. Hermannus vidit id verbum absolute dici et, qui sequitur accusativus *τὸ Ταντάλειον σπέρμα*, a verbis *διὰ πόνων τ' ἄγει* esse suspensum. De particula *τὲ* retracta post plura verba confert ipse Alcest. 818 sq. *καὶ κουρὰν βλέπεις μελαμπέπλους στολμούς τε.*

V. 961 sqq. permirum est Kvičalam hunc locum, ubi quae dicit Iphigenia sunt aptissima omnia, tanto opere improbasse, ut non solum versum 962, verum etiam v. 964–66. pro suppositiciis habuerit. Ei igitur accuratam huius loci explicationem opponam, qua apparebit vera omnia ac sincera hic esse.

V. 961. *πρὶν σε δεῦρ' ἐλθεῖν*] haec ad ipsum adventum Orestis in hanc terram spectare praeter Kvičalam credo negaturum esse neminem. Cui enim hic poterit in mentem venire, haec verba non ad ipsam profectionem, sed ad orationem, in qua usque ad preces venerit Orestes, pertinere, quum nihil eiusmodi alio modo significatum sit? Quod sequitur autem *ἥκω* praesens pro praeterito positum esse ipsa, quae praecesserunt, verba satis indicant.

V. 962. *Ἄργει γενέσθαι καὶ σέ, σύγγον', εἰσιδεῖν*] Haec aptius inter se coniungenda esse et Iphigeniae con-

985 ὡς τἄμ' ὄλωλε πάντα καὶ τὰ Πελοπιδῶν,
οὐράνιον εἰ μὴ ληψόμεσθα θεᾶς βρέτας.

ΧΟΡΟΣ.

δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσε
τὸ Ταντάλειον σπέρμα διὰ πόνων τ' ἄγει. 960
τὸ μὲν πρόθυμον, πρίν σε δεῦρ' ἐλθεῖν, ἔχω
990 Ἄργει γενέσθαι καὶ σέ, σύγγον', εἰσιδεῖν.
θέλω δ' ἅπερ σύ· σέ τε μεταστῆσαι πόνων
νοσοῦντά τ' οἶκον, οὐχὶ τῷ κτανόντι με
θυμουμένη, πατρῷον ὀρθῶσαι θέλω· 965
σφαγῆς τε γὰρ σῆς χεῖρ' ἀπαλλάξαιμεν ἄν,

V. 962. Nauckio suspectus est. *εἰσιδεῖν* (ι prius e corr.) Cod. *B.* *ἐσιδεῖν* Cod. *C.*

V. 963. *σέ τε μεταστῆσαι πόνων* Canterus. *σοί τε μεταστῆσαι πόνων* Cod. *B.* *σοί τε μεταστῆσαι πονον* Cod. *C.* sec. apogr. Pariss.

V. 964. *κτανόντι* Heathius. *κτανοῦντι* libri.

V. 965. *ὀρθῶσαι πάλιν* Marklandus.

siffium Argos veniendi et Orestis inspiciendi declarare apparet. Si Kvíčala dixit propterea hunc versum hic locum non habere, quod verba *καὶ σέ — εἰσιδεῖν* nisi adiecto *ἐκεῖ* non possent sic intelligi, ut Argis eum videre cuperet, falsus est dupliciter. Nam iam per se verba *Ἄργει γενέσθαι καὶ σέ εἰσιδεῖν*, nisi aliud quid adiiciatur, non possunt aliter intelligi nisi ita, ut utraque res Argis fiat. Deinde ubi Orestem videret nisi Argis antequam huc veniret? Iphigenia enim Argis eum esse debebat statuere domi paternae. Eo autem, quod Iphigenia dicit se iam pridem hoc in votis habuisse, propensam ad iuvandum animum satis ostendit. Mox venit ad eas res, quae nunc sunt.

V. 963. *θέλω δ' ἅπερ σύ*] Ut iam pridem, sic etiam nunc volo id, quod tu vis. Hoc praemisit Iphigenia, ne Orestes, si deinceps rei difficultas ostenditur, de eius voluntate dubitaret.

V. 964 sq. *οὐχὶ τῷ κτανόντι με θυμουμένη*] Quod in honorem patris fiebat, si paternam domum servare atque erigere studebat Iphigenia, recte ait se non succensentem ei, qui se ad mortem dedisset, haec facere constituisse.

V. 965. *ὀρθῶσαι θέλω*] Repetita vox *θέλω* nihil hic poterit offensionis habere, primum quod suum locum in ipsa verborum constructione habet, tum quod hoc ipsum ab Iphigenia maximo opere erat premendum, de sua voluntate dubitari plane non posse.

V. 966 sq. *σφαγῆς τε γὰρ σῆς κτέ.*] Quoniam Orestes non poterat servari et ad salutem reduci nisi ita, si Iphigenia signum Dianae auferendum ab ipso curaret, vide supra 949 sqq., recte dicit, si ego eo quo tu cupis modo a me servari, servabo te, concessum mihi erit manum abs te abstinere et eo

σώσαιμι δ' οἴκους· τὴν θεὸν δ' ὅπως λάθω
δόδοικα καὶ τύραννον, ἡνίκ' ἂν κενὰς
χρηπῖδας εὕρῃ λαΐνας ἀγάλματος.
πῶς δ' οὐ θανοῦμαι; τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος;
ἀλλ' εἰ μὲν ἔν τι τοῦδ' ὁμοῦ γενήσεται,
ἄγαλμά τ' οἴσεις κἄμ' ἐπ' εὐπρύμνου νεὼς
ἄξεις, τὸ κινδύνευμα γίγνεται καλόν·
τούτου δὲ χωρισθεῖσ' ἐγὼ μὲν ὄλλυμαι,
σὺ δ' ἂν τὸ σαυτοῦ θήμενος εὖ νόστου τύχοις.
οὐ μήν τι φεύγω γ' οὐδέ μ' εἰ θανεῖν χρεών,
σώσασα σ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων
θανὼν ποθεινός, τὰ δὲ γυναικὸς ἀσθενῆ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἂν γενοίμην σοῦ τε καὶ μητρὸς φονεύς·
ἅλις τὸ κείνης αἷμα· κοινόφρων δὲ σοὶ
καὶ ζῆν θέλοιμ' ἂν καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον.
ἄξω δέ σ', ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσῃ,

V. 967. σώσαιμι δ' libri. σώσαιμί τ' Marklandus, quem Kirchhoffius, Nauckius, alii sequuti sunt. Vide adn. exeg. Mox dubitanter Nauckius proponit: τὸν λεών δ'.

V. 972. γίγνεται Cod. *C.* sec. apogr. Pariss. γί . ται Cod. *B.*

V. 975. "scribendum οὐ μήν τι φεύγω γ' οὐδέ σ' εἰ θανεῖν χρεών σώσασαν aut servato οὐδέ μ' v. seq.: σῶσαι τὰ σ'." KIRCHHOFFIUS.

V. 977. γυναικὸς· [Cod. *B.*] γυναικῶν Cod. *C.*

ipso domum servare. Hoc modo si explicamus haec verba, illa ταυτολογία, quam unus Kvíčala in his verbis invenisse sibi visus est, nulla erit. De voluntate enim Iphigenia nunc iam ad condicionem rei processit.

V. 967. σώσαιμι δ' οἴκους] De τὲ — δὲ inter se respondentibus conf. Rost. gr. Gr. §. 134. A. 5. adn. 1. p. 730. me ad Devarium vol. II. p. 741 sq. Vide infra v. 1384. Mox Iphigenia rei difficultatem ostendit et tamen etiam sic volt omnia facere, vel si ipsa pereat, ut fratrem servet. Quid igitur in hac Iphigeniae ratiocinatione est quod non optime rei conveniat?

V. 969. τίς ἔνεστί μοι λόγος] Qua uti potero excusatione? Conf. Demosthenis orat. Mid. §. 41. p. 527, 12. Reisk. ἂν γὰρ ταῦτ' οὕτως ἐγνωσμένα ὑπάρχῃ παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐνέσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς., ad quem locum vide Schaefer. in apparat. crit. vol. III. p. 342 sq., ubi huius quoque loci ratio habita est.

V. 973. τούτου δὲ] τοῦ ἀγάλματος.

πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.
γνώμης δ' ἄκουσον· εἰ πρόσαντες ἦν τόδε
Ἀρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισε
κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος 985
καὶ σὸν πρόσωπον εἰσιδεῖν; ἅπαντα γὰρ
συνθεὶς τάδ' εἰς ἓν νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῶς οὖν γένοιτ' ἂν ὥστε μήθ' ἡμᾶς θανεῖν,
λαθεῖν θ' ἃ βούλομεσθα; τῇδε γὰρ νοσεῖ
νόστος πρὸς οἴκους· ἡ δὲ βούλησις πάρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἆρ' ἂν τύραννον διολέσαι δυναίμεθ' ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δεινὸν τόδ' εἶπας, ξενοφονεῖν ἐπήλυδας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' εἰ σὲ σώσει κἀμέ, κινδυνευτέον.

V. 980. καὶ ζῶν Hartungius.

V. 981. ἄξω δέ σ' Canterus. ἥξω δέ γ' libri. μὴ αὐτὸς Marklandus. καὐτὸς libri.

V. 982. εἶσον Cod. *B*. εἴ σον Cod. *C*. sec. Vict. et apogr. Pariss.

V. 985. πόλισμα Παλλάδος Elmsleius.

V. 988. θανεῖν Cod. *C*. κτανεῖν Cod. *B*.

V. 989. λαθεῖν Cod. *B*. λαβεῖν Aldus et, ut videtur, Cod. *C*. νοσεῖ Marklandus. νόσει libri.

V. 990. νόστος Codd. *BC*. νόστον Musurus.

V. 976. οὐ γὰρ ἀλλ'] De hac formula, qua hoc fere dicitur: neque enim hoc curandum est, nempe me mulierem occidere, verum vir de domo demortuus desideratus est, et quae denique nihil aliud in se continet nisi alacriorem quandam adfirmationem, enim vero, vide quae Devarius explicavit vol. I. p. 169 sq. et quae ego ad eum locum adtuli vol. II. p. 701. tum Elmsleius ad Bacch. 784.

V. 977. ποθεινός] ut in Phoen. 320. ποθεινὸς φίλοις, ποθεινὸς Θήβαις.

V. 979. κοινόφρων] Conf. Ion. 577. εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρί.

V. 986. καὶ σὸν πρόσωπον εἰσιδεῖν] Supra v. 86. quod sine dubio obscurius erat oraculum, Orestes ab Apolline non Iphigeniam, sed suam ipsius sororem Dianam significari existimaverat, nunc Iphigeniam dictam esse intellexit. Hac eadem amphibolia in cognomine fabula usum esse Goethium nostratem iam Seidlerus monuit.

V. 989 sq. νοσεῖ νόστος] Conf. Iphig. Aul. 966.* πρὸς Ἴλιον ἐν τῷδ' ἔκαμνε νόστος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ ἂν δυναίμην, τὸ δὲ πρόθυμον ἥνεσα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ', εἰ μὲ ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρᾳ; 995

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κλεπτῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶσ' ἔνδον ἱεροφύλακες, οὓς οὐ λήσομεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ

οἴμοι διεφθάρμεσθα· πῶς σωθεῖμεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι. 1000

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῖόν τι; δόξης μετάδος, ὡς κἀγὼ μάθω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταῖς σαῖς ἀνίαις χρήσομαι σοφίσμασιν.

V. 996. *ἐκσωθεῖμεν* Brodaeus. *ἐξωθεῖμεν* Cod. *C. ἔξω θεῖμεν* apogr. Pariss. et, ut videtur, etiam Cod. *C.* Ceterum hunc et sequentem versum Marklandus suspectum habuit, cui recentiore tempore obsequium praestiterunt Kirchhoffius ac Nauckius. Iniuria, opinor. Vide adnot. exeget.

V. 998. *ἱεροὶ φύλακες* libri. *ἱεροφύλακες* Marklandus. *ἱερῶν φύλακες* Dobraeus.

V. 1002. *ἀνίαις* Codd. |*B*|*C*. *ἀνοίαις* Aldus.

V. 1003. habet Stobaeus flor. LXXIII. 26. t. III. p.

V. 994 *οὐκ ἂν δυναίμην*] a me hoc impetrare non potero. De *ἥνεσα* vide ad Med. 223. p. 36. ed. Goth. alt.

V. 996 sq. multum deesset sententiae, si hi versus scripti ab Euripide hoc loco non essent, et quum in libris sine ulla interpolationis suspicione legantur, quis eos removeat, si eorum sententia ad h. l. accommodata est? Esse autem minime inepta haec hoc loco facile doceri potest. Iphigenia poterat sane praefracte negare Oresti, et statim dicere: *εἶσ' ἔνδον ἱεροφύλακες οὓς οὐ λήσομεν.* Sed urbanius tamen fecit quod Orestis mentem diligentius exquirere voluit, utrum vi agere occultus in templo in animo haberet an furtim, itaque primum quaerit: fortasse ita vis, ut tenebrarum ope inde salute nostra evadamus? Orestes respondet: Quidni? Furum enim — et ego sum iussus furari — nox est, veritatis ve-

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δεινὰ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φονέα σε φήσω μητρὸς ἐξ Ἄργους μολεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

χρῄσαι κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς, εἰ κερδανεῖς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς οὐ θέμις σε λέξομεν θύειν θεᾷ,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τι γάρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ καθαρὸν ὄντα, τὸ δ' ὅσιον δώσω φρόνῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δῆτα μᾶλλον θεᾶς ἄγαλμ' ἁλίσκεται;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πόντου σε πηγαῖς ἁγνίσαι βουλήσομαι,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔτ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἀκεῖνο νίψαι, σοῦ θιγόντος ὥς, ἐρῶ.

47. Menandri monost. 130. δεινὰ μὲν Stobaeus l. c.

V. 1006. σε Reiskius. γε libri.

V. 1008. τὸ δ' ὅσιον Codd. [*B*]*C*. τὸν δ' ὅσιον Aldus. φόνῳ Aldus. φόβῳ Codd. *BC*.

V. 1011 ἔτ' ἐν Cod. *C*. ἔστ' ἐν Cod. *B*. Mox Kirchhoffius scribi vult: ἐφ' ὃ γε πεπλεύκαμεν.

V. 1012. ἐρῶ Cod. *C*. ἐρᾷ Cod. *B*.

ro lux. Qui furatur, verus non est neque vere et sincere agit, itaque voci κλεπτῶν iure opponitur vox τῆς ἀληθείας. Nunc denique tota Orestis mente cognita Iphigenia denegat custodes templi falli posse.

V. 1002. ἀνίατε] de quantitate vocis conf. Porsonum ad Phoen. v. 1334. p. 93. ed. Lips. tert. Ceterum quod mox vertunt σοφίσμασιν ad fallendum, non ita intelligendum est quasi hic novus casus accedat; est illa appositio: tuis calamitatibus quasi fallaciis ntar.

V. 1011. ἔτ' ἐν δόμοισι κτέ.] „Argutius et familiarius, sed tamen ut reprehendi non debeat, dicit Orestes: Adhuc in templo statua est, propter quam huc veni: id est, nondum viam monstrasti, qua ex templo amoveri statuam velis, quod tamen praecipuum nobis esse debet." G. HERMANNUS.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῖ δῆτα; πόντου νοτερὸν εἰπας ἐκβολον;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὖ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σάθεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σὺ δ' ἤ τις ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας; 1015

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

1045 ἐγώ· θυγεῖν γὰρ ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται φόνου;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταὐτὸν χεροῖν σοὶ λέξεται μίασμ' ἔχων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λάθρᾳ δ' ἄναχτος ἢ εἰδότος δράσεις τάδε;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πείσασα μύθοις· οὐ γὰρ ἂν λάθοιμί γε. 1020

V. 1013. εἶκας Codd. *B* [*C*.] εἶπεν Aldus. εἶ παρ' Reiskius.
V. 1015. σὺ δ' ἤ τις ἄλλος Fr. Iacobsius, nec quidquam enotatum e Cod. *B*. σοὶ δὴ τίς ἄλλος Aldus et [Cod. *C*.]
V. 1017. pro φόνου dubitanter quidem Nauckius φράσον proponit.
V. 1018. ἔχειν proponit Kirchhoffius.
V. 1020. λάθοιμί γε Codd. [*B*] *C*. λάθοιμί σε Aldus.

V. 1013. ποῖ δῆτα;] Quod aliquo lavandi causa signum erat ferendum, recte Orestes quaesivit: ποῖ δῆτα; non ποῦ δῆτα. Nec aliter in Sophoclis Philoct. 1211. ποῖ γᾶς; dicitur post πατέρα ματεύων, quo loco usus est Schoenius. De εἶ, πας conf. Alcest. 520. Suppl. 602. Deinceps πόντου νοτερὸν ἐκβολον recte vadum intelligunt in terram in vicinia templi excurrens, de quo etiam infra cogitat Thoas v. 1166.

V. 1014. οὖ ναῦς κτέ.] Hic est alius locus atque ille, quem modo notavit Orestes.

V. 1017. ποῦ τετάξεται φόνου] Recte hanc librorum auctoritatem Schoenius et Kvíčala defenderunt ita, ut dicerent: quam partem in caede, qua ego pollutus esse dicar, dabis Pyladae. Impurus enim ipse quoque esse debebat, ne caederetur Dianae. Id recte ita disputatum esse apparet ex eo versu, qui sequitur.

V. 1021. καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα] Vide quae infra ad v. 1315 sq. adnotata leguntur.

V. 1026. τὰ δ' αλλ' ἴσως ἅπ. συμβαίη καλῶς] Quod scribi voluerunt ἂν πάντα pro ἅπαντα, recte factum esse non arbitror. Cogitatio enim rei, non ad experientiam revocata, in hoc ipso loco, ubi neque ne-

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σοὶ δὴ μέλειν χρὴ τἄλλ' ὅπως ἔξει καλῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἑνὸς μόνου δεῖ, τάςδε συγκρύψαι τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους
εὕρισκ'· ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.
τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλτατ' ἀναξ γυναῖκες, εἰς ὑμᾶς βλέπω,
καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν ἢ καλῶς ἔχειν
ἢ μηδὲν εἶναι καὶ στερηθῆναι πάτρας
φίλου τ' ἀδελφοῦ φιλτάτου τε συγγόνου.
καὶ πρῶτα μέν μοι τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω·

V. 1022. hunc versum Kirchhoffius Oresti dedit et scribi vult: *σοὶ δ' αὖ*.

V. 1026. *ἴσως ἂν πάντα* Marklandus.

V. 1027. *εἰς ὑμᾶς* G. Hermannus. *ὡς ὑμᾶς* libri.

V. 1028. *καλῶς μ' ἔχειν* dubitanter proposuit Nauckius. Non opus est. V. adn. exeget.

V. 1030. *φιλτάτου* libri. *φιλτάτης* Seidlerus.

gare neque adfirmare audet Orestes, aptissima est. Conf. Rost. gr. Gr. §. 119. 3. c. aa. *α* et *β*. et Eiusd. exemplorum collect. vol. II. p. 253., ubi huius ipsius loci ratio habita est.

V. 1028. *καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν κτέ.*] Quod Nauckius proposuit *καλῶς μ' ἔχειν*, id minime necessarium est. Nam ex ipsa voce *τἀμὰ* apparet, ad quam hoc pertinet personam. Conf. Platonis Protag. p. 313. A. ed. H. Stph. *ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν*. et Med. 228. *ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα γιγνώσκειν καλῶς*., ad quem locum relege quae adnotavi p. 37. ed. Goth. alt.

V. 1030. *φίλου τ' ἀδελφοῦ φιλτάτου τε συγγόνου*] Non credo verum vidisse istos, qui hoc loco mentionem etiam Electrae fieri volunerunt, quae tantum abest ut chori commiserationem possit movere, ut eam vix nomine notam fuisse chori personis conveniat, illi tres appellandi fuerunt, quorum praesens fuit periculum et qui deinceps rursus una ponuntur v. 1036 sq. *ὁρᾶτε δ' ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους Ἅιδη γῆς πατρῴας νόστου ἢ θανεῖν ἔχει.* Itaque ego voce *φίλου τ' ἀδελφοῦ* Pyladae mentionem fieri existimo: ut enim Latinorum frater pro fratre patrueli dictus est, sic etiam *ἀδελφὸς* saepe numero non significat nisi cognatum: voce autem *φιλτάτου τε συγγάνου* Orestis mentionem

γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλαις γένος,
σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέστατα.
σιγήσαιτ' ἡμῖν καὶ συνεκπονήσατε
φυγάς. καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις παρῇ. 1035
ὁρᾶτε δ' ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους,
ἥ γῆς πατρῴας νόστος ἢ θανεῖν ἔχει.
σωθεῖσα δ', ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης,
σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς,
σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηίδος 1040
γονάτων τε καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων,
μητρὸς πατρός τε καὶ τέκνων ὅτῳ κυρεῖ.
τί φατέ; τίς ὑμῶν φησιν ἢ τίς οὐ θέλει,
φθέγξασθε, ταῦτα; μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους

V. 1032. ἀλλήλαις Cod. *C.* ἀλλήλων Cod. *B.*

V. 1035. καλόν τοι Cod. *C.* καλόν τι Cod. *B.* πιστὴ G. Hermannus. Vide adn. exeget.

V. 1037. νόστος Heathius. νόστον libri.

V. 1042. pro suppositicio habuit G. Dindorfius, quem Nauckius atque Kirchhoffius sequuti sunt. Iniuria, opinor. Vide adn. exeget.

V. 1044. φθέγξασθε Canterus restituit pro Aldino φθέγ-

fieri existimo, qui quum φίλος ἀδελφὸς appelletur Pylades, iam φίλταιος σύγγονος frater ex uno patre et ex una matre carissimus dicitur. Nihil igitur in scriptura nobis antiquitus tradita novandum esse existimo.

V. 1035. καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις παρῇ] Communem esse hanc sententiam iam τοι particula, in eius modi locis usitatissima, declaratur. Conf. supra v. 1025. ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή. vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 735 sq. cl. ib. p. 271 sq. Communi hac sententia igitur hoc dicitur: Pulcrum profecto est lingua, si cui fides adest, id est, si ita ea utatur, ut una fidem servet. Si hanc sententiam notavit G. Hermannus et scribi voluit: καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πιστὴ πάρα, bonum est, si cui fida adest lingua, permirum est virum summum non vidisse verbis quidem hanc vocem distare, sed non sententia. De coniunctivo post pronomen relativum sine ἄν particula posito conf. Rost. gr. Gr. §. 123. 2. b. adn. 3. p. 669 sq., ubi huius quoque loci habita ratio est.

V. 1036. vide ad v. 1030.

V. 1037. γῆς πατρῴας νόστος] reditus in patriam terram. Sic νόστος γαίης Φαιήκων dicitur Homero Odyss. V. 344.

V. 1040. σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι] Apparet Iphigeniam iam singulas chori personas manu prehendere iisque supplicare, G. Hermannus ait chorum κατὰ ζυγὰ dispositum fuisse.

V. 1042. καὶ τέκνων ὅτῳ κυρεῖ] Recte Schoenius hoc

ὄλωλα κἀγὼ καὶ κασίγνητος τάλας. 1045

ΧΟΡΟΣ.

θάρσει, φίλη δέσποινα, καὶ σώζου μόνον·
ὡς ἐκ γ' ἐμοῦ σοι πάντα σιγηθήσεται,
ἴστω μέγας Ζεύς, ὧν ἐπισκήπτεις πέρι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὄναισθε μύθων καὶ γένοισθ' εὐδαίμονες.
σὸν ἔργον ἤδη καὶ σὸν εἰςβαίνειν δόμους· 1050
ὡς αὐτίχ' ἥξει τῆσδε κοίρανος χθονός,
θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται, ξένων.
ὦ πότνι', ἥπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτυχὰς
δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερός,
σῶσόν με καὶ νῦν τούσδε τ'· ἢ τὸ Λοξίου 1055
οὐκέτι βροτοῖσι διὰ σ' ἐτήτυμον στόμα.

ξασθαι. φθέγξασθε videtur Cod. *B.* habere, de Cod. *C.* nihil constat. *φθέγξασθε δῆτα* proponit Nauckius.

V. 1049. choro continuat Cod. *B.* Iphigeniae dedit Aldus et sic videtur in cod. *C.* legi.

V. 1051. *κοίρανος* Cod. *C.* *τύραννος* Cod. *B.*

V. 1052. *ἐλέγχων* libri. *ἐλέγξων* Marklandus. Dein *κατείργασθαι* Aldus, non Cod. *B.*

observavit, genus masculinum in eiusmodi locis offensioni esse non posse, quod, etiamsi de mulieribus haec dicerentur, tamen quasi in communi sententia id genus poneretur, quod genus potius in his locis esset. Comparavit ipse Sophoclis Electr. 771. *οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχοντι (πασχούσῃ) μῖσος ὢν τέκῃ προσγίγνεται.* Trach. 151. *τὴν αὑτοῦ (αἱ τῆς) σκοπῶν πρᾶξιν.* Quod autem hunc versum concordare negaverunt cum iis, quae v. 130. dicerentur, iam supra quae mea de ea re sententia esset enarravi ad v. 123. eoque minus offensioni hic versus esse poterit, quod eis ipsis verbis, quibus hic liberorum mentio fit, satis indicatur tantum ad unam aut alteram hoc ipsum pertinuisse.

V. 1048. *ἴστω μέγας Ζεύς*] Haec sic interponuntur, ut cursum orationis minime impediant: *πάντα — ὧν ἐπισκήπτεις πέρι.* De construetione conf. Luciani dial. mort. XIII. 2. *οὐ γὰρ ἔφθασα ἐπισκῆψαί τι περὶ αὐτῆς.*

V. 1050 sqq. iam Iphigenia Pyladem et Orestem abire iubet ipsaque, postquam precibus Dianam, ut inceptum adiuvaret, sollicitavit, eos sequitur. Interea chorus carmen canit, in quo patriae desiderio se duci significat, Iphigeniae condicionem praedicat, quod iam in terram patriam abire possit, ipsaque optat, ut sibi contingat, ut auferatur in patriam deliciisque patriae terrae perfruatur.

V. 1052. *ἐλέγχων*] Non opus est futuro *ἐλέγξων*, quod *ἥξει ἐλέγχων*, nihil denique aliud est nisi *ἐλέγξει.*

V. 1054. *ἐκ πατροκτόνου*

ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς
εἰς τὰς Ἀθήνας· καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει
ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ ά.

ὄρνις, ἃ παρὰ πετρίνας
πόντου δειράδας, ἁλκυών,
ἔλεγον οἶτον ἀείδεις,
εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν,
ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς,

V. 1060—1121. iam sequitur carmen melicum numero Glyconeo compositum, quo saepe usus est Euripides, et prior quidem stropha hanc formam habet:

1060. ⏑ – ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑
⏑ – ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑
⏑ ∪ ⏑ ∪ ∪ – –
⏑ ∪ ∪ ⏑ ∪ ∪ ⏑ ∪ ∪ –
⏑ ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑, – –
1065. ⏑ – ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑
⏑ – ⏑ ∪ ∪ – ⏑
∪ – ⏑ – ⏑ ∪ ∪ –, cui nunc quidem in antistropha respondet:
– ∪ ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑
∪ – ⏑ ∪ ⏑ ∪ ∪ –, cui nunc quidem in antistropha respondet:
∪ – ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑
⏑ ∪ ∪ ⏑ ∪ ∪ – ∪ ⏑, –

χερός] χεὶρ πατροκτόνος est manus patris interficientis aut, si mavis, manus patris caedem adferens.

V. 1062. ἔλεγον οἶτον ἀείδεις] De duplici accusativo, quorum alter modum, qui canitur, alter rem, quae canitur, designat, Seidlerus contulit Aeschyli 1150 sq. ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμεναι Πρώταρχον ἄτην. Sophoclis Trachin. 49 sq. πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα Τὴν Ἡρακλείαν ἔξοδον χωμένην. Vide quae diximus ad Phoen. 295 sq. p. 63. ed. Goth. A. Matthiae gr. Gr. §. 408. p. 745. ed. alt. Rost. gr. Gr. §. 104. II. 4. c. p. 502.

V. 1064. ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς] Ceyx, Trachiniorum rex, quom in naufragio perisset, Alcyone uxor eius propter amorem ipsa se in mare praecipitavit. Qui deorum misericordia ambo in aves sunt mutati, quae alcyones dicuntur. Conf. Hygini fab. LXV. Ovidii Met. IX. 270 sqq. Hey-

ἐγώ σοι παραβάλλομαι
θρήνους, ἄπτερος ὄρνις,
ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,
ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν,
ἃ παρὰ Κύνθιον ὄχθον οἰκεῖ
φοίνικά θ' ἁβροκόμαν
δάφναν τ' εὐερνέα καὶ
γλαυκᾶς θαλλὸν ἱρὸν ἐλαίας,
Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,

1070. – , ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –
– , ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – , –
– , ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
1075. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑ – – ⏑ ⏑ – –

V. 1060. *παρὰ πετρίνας* Codd. *BC.* *παρὰ τὰς πετρίνας* Musurus, metro, opinor, parum perspecto. *πετριδίας* dubitanter proposuit Nauckius.

V. 1062 *οἶτον* libri. *οἰκτρὸν* Barnesius, quem sequutus est Nauckius. Vide adn. exeget.

V. 1063. *ξυνετοῖς* Cod. *B.* *ξυνετοῖσι* Musurus. De Cod. *C.* non constat.

V. 1066. *θρήνους* libri. *θρηνοῦσ'* Reiskius.

V. 1068. *λοχίαν* Musgravius. *λοχείαν* libri. *ὀλβίαν* scripsit Nauckius, ut par esset huic antistrophae versus.

δήλιον

V. 1069. *Κυνθιον* Cod. *C.* sec. apogr. Paris.

V. 1072. *θαλλὸν* ed. Brubachiana. *θάλος* Cod. *B.* *θάλλος* Cod. *C.* et Aldina. *ἱρὸν* apogr. Pariss. alterum, casu. *ἱρὸν* libri.

ne ad Apollod. I. 7, 4.

V. 1068. *ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν κτέ.*] Marklandus et Kvičala ex his et iis, quae deinceps leguntur, hoc colligi voluerunt, esse has chori mulieres Delo olim captas, ut ea potissimum loca, quae tam oppugnatione infestata et partim deleta fuerint, desiderent: quod contra Seidlerus nihil aliud his versibus indicari voluit, nisi desiderium Dianae illius mitioris et humanitatis Graecae, quae ferocitati terrae Tauricae opponeretur.

V. 1069. *παρὰ Κύνθιον ὄχθον*] Mons in Delo insula, ubi sub palma, lauro, olea Latona Dianam Apollinemque peperisse ferebatur, res ab omnibus fere poëtis, Homero hymn. in Apoll. et eiusd. hymn. in Dianam, Callimacho hymn. in Dianam, ab oratoribus etiam satis decantata, v. Ciceronis Accus. I. 18, 48.

V. 1073. *Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν*] Sic Euripides ramum

λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ
κύκλιον, ἵνθα κύκνος μελῳ- 1075
δὸς Μούσας θεραπεύει.
ἀντιστροφὴ ά.
ὦ πολλαὶ δακρύων λιβάδες,
αἳ παρηΐδας εἰς ἐμὰς
ἔπεσον, ἀνίκα πύργων
ὀλλυμένων ἐπὶ ναυσὶν ἔβαν 1080
πολεμίων ἐρετμοῖσι καὶ λόγχαις,
ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς
νόστιον βάρβαρος ἦλθον,

V. 1075. κύκλιον Seidlerus. κύκνειον libri.
V. 1076. μούσα Cod. *B*. μούσας Aldus et, ut videtur, Cod. *C*.
V. 1078. ἐς Cod. *B*.
V. 1080. ὀλλυμένων Erfurdtius ad Soph. Antig. 833. ed. min. ὀλομένων Cod. *B*. ovλομένων Aldina et [Cod. *C*.] e correctione metrici. Dein ἐπὶ Elmsleius ad Heracl. 893. ἐν' ναυσὶν [Cod. *C*.] et Aldus. ἐν ναυσὶν Cod. *B*.
V. 1083. νόστιον libri. νᾶσον Nauckius.
V. 1084. ἐν ἃ τᾶς ἑλλανοφόνου Nauckius, ut versus versui strophae adamussim respondeat.
V. 1085. κόραν Cod. *B*. κούραν Aldus et [Cod. *C*.], sed κόραν apogr. Flor. et apogr. Paris. alterum, ut suspicandum sit in Cod. *C*. esse: κούραν.
V. 1087. μηλοθύτας libri. ξεινοθύτας Schoenius. μελεοθύτας Kvičala, quod metro repugnat. βωμοὺς θ' ἑλλανοθύτας eius censor in Zarnckii Centralblatt 1859.
V. 1088. ζηλοῦσ' Cod. *C*. ζητοῦσ' Cod. *B*. ζηλῶ τε τὸν sive ζηλοῦσα τὸν proponit Kirchhoffius. Versus 1088—1091. corruptos Nauckius pronuntiat.
V. 1090. κάμνει Reiskius. κάμνεις libri.
V. 1091. μεταβάλλειν δυσδαιμονίαν Klotzius. μεταβάλλει δυσ-

V. 1327. *εὐπρύμνου νεώς*] Quod in puppi gubernacula sunt, ea navis bene instructa puppi dicitur, quae bona gubernacula habet. Ceterum summo iure laudavit Seidlerus locum Luciani Tox., §. 6., ubi tabula picta, in qua Orestis et Pyladae res apud Tauros gestae paulo quidem aliter atque hic designatae esse dicebantur, sic describitur: *κατωτικρὺ δὲ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου τοίχου ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται καὶ φονεύων τὸν Θόαντα καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν καὶ τέλος ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν καὶ τὴν θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν.*

V. 1329. *ξόανα καὶ θυηπόλους*] Quod alii *ξόανα* quidem, sed non idem *θυηπόλους* sed *θυηπόλον*, quod ipsum in libris est, scribi voluerunt, recte A. Matthiae dixit eum, qui *ξόανα* restitueret — id autem restituendum esse metrum clamat —, etiam *θυηπόλους* debere scribere: invidiosius enim aliquem simulacra et sacerdotes rapere dici, quasi de more hoc faceret, quam simulacrum et sacerdotem.

V. 1330. *τίνος τίς ὢν κτέ.*] De duplici hac interrogatione ad unum verbum coniecta vide Rost. gr. Gr. §. 123. b. IV. 10. d. p 686.

V. 1333. *ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων*] Non satis recte isti existimaverunt, qui verbum *ὄλλυμι, ἀπόλλυμι* et quae sunt eius modi, semper ad ipsum interitum pertinere putaverunt. Hoc enim verbum plane respondet Latino verbo perdere, ut et amittere et pessumdare significet. Amissionis autem significatio quemadmodum hoc loco satis apparet, sic sine dubio agnoscenda est etiam supra v. 526. *παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην,*

ἡμεῖς τε· πυγμαὶ δ' ἦσαν ἐγκρότούμεναι,
καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
εἰς πλευρὰ καὶ πρὸς ἦπαρ ἠκοντίζετο, 1340
ὥστε ξυνάπτειν καὶ συναποκαμεῖν μέλη.
δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι
ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν·
ὄχθοις δ' ἐπισταθέντες εὐλαβεστέρως 1345
ἐμαρνάμεσθα καὶ πέτρους ἐβάλλομεν.
ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται πρύμνης ἔπι
σταθέντες ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.
κἀν τῷδε δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν

V. 1335. suspectus est Nauckio.

V. 1338. *πυγμαὶ δ'* Aldus. *πυγμαί τ'* Codd. *BC.* Deinde *ἦσσον* Badhamus, quo usus non est.

V. 1341. *ὡς τῷ ξυνάπτειν* G. Hermannus. Nauckio corruptus versus videtur.

ubi minime Badhami coniectura *ἀκρωμήν* aut recipienda aut commendanda fuit.

V. 1337. *κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον κτέ.*] neque enim illi ferrum manibus tenebant neque nos. De particulis *τὲ — οὐ — τέ*, ubi dici poterat *οὔτε — οὔτε*, conferas infra v. 1448 sq. *ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ' εἰ φέρων βρέτας θεᾶς βέβηκ', ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι.* Nec prorsus dissimile est, quod legitur in Euripidis Meleagro fragm. X. vol. IX. p. 228. ed. Matth. *ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπωκότες Κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν οὐδ' ἡμεῖς ἔτι.*, quamquam in altero membro *οὐδ'* alio quodam modo dicitur.

V. 1340. *ὥστε ξυνάπτειν κτέ.*] ut colliderentur et una defatigarentur membra. Quum utraque vox intransitive a Graecis usurpetur, non video quid in hac verborum coniunctione offensioni esse possit.

V. 1342. *σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι*] quasi signis vulneribus signati erant. Contendit hunc ipsum locum Fr. Iacobsius cum Philippi epigr. XXXIII. 4. Anal. II. p. 225. *οὐ κατ' εὔγγρον πάλην Ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφράγισεν.* De Latinis conf. Vergilii Georg. IV. 15. Et manibus Procne pectus signata cruentis.

V. 1348. *ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω*] ut repellerent nos procul.

V. 1349. *κἀν τῷδε δεινὸς γὰρ κτέ.*] Haec sine interpunctione recitanda sunt, ut sententia constet, quasi nostra lingua dicas: Und in diesem Momente drängte ja eine gewaltige Woge das Schiff dem Lande zu. De *καὶ — γάρ* particulis ita positis conf. Sophoclis Antig. 330. *καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς Σωθεὶς ὀφείλω κτέ.* et quae dixi ad Devarium vol. II. p. 642.

πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα,
λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερόν,
βὰς εἰς ὑάλασσαν κἀπὶ κλίμακος θορών,
ἕΐηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεώς,
τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
βοή τις· ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς,
λάβεσθε κώπης ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε·

V. 1350. *φόβος δ' ἦν.... μὴ τέγξαι πόδα* Cod. *B.* ita ut sec. manus lacunam voce *ναυάταις* expleverit, quod eiecta negatione recepit eo loco Aldus. *φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα* Cod. *C.* *φόβος δ' ἦν παρθένῳ τέγξαι πόδα* Badhamus, qui persuasit Kirchhoffio. *φόβος δ' ἦν νηῒ μὴ τέγξαι πόδα* Kvíčala. Vide adnot. exeget.

V. 1353. *εὐσέλμου* Piersonus Veris. p. 25. *εὐσήμου* libri.

V. 1354. *τό τ' οὐρανοῦ* Marklandus neque e Cod. *B.* varietas lectionis adnotata est. *τὸ δ' οὐρανοῦ* Cod. *C.* et Aldus.

V. 1350. *φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα*] De constructione hac conf. Rost gr. Gr. §. 122. 11. c) adn. 10. c, p. 665. et quae disputavit G. Hermannus ad hunc ipsum locum p. 155. Res autem non pertinet ad navis vel potius veli pedem, ut res ad naufragium spectet — neque enim umquam hac formula *τέγξαι πόδα* naufragium significatum est et inania omnia quae dicuntur a grammaticis in eam sententiam disputata esse neque omnino hic ullo modo de naufragio cogitari potuit —, immo hoc dicit minister regius: unda appulerat navem propius ad terram, ut iam facilius ascendi posset, veritus autem Orestes ne eius pes, si ipsa accedere vellet in navemque ascendere, tingeretur undis, ipse humero dextro sustulit sororem etc.

V. 1354. *τό τ' οὐρανοῦ πέσημα*] Conf. v. 87 sq. 958.

V. 1355. *νηὸς*] Sic libri. Quod autem necessario Doricam formam *ναὸς* reponi voluerunt miror. Cur enim in dialogo Doricam potius formam quam communem illam epicae et Ionicae dialecti? Meliora iam docuit Rost. gr. Gr. p. 368. Inter *νηὸς* et *ναὸς* variatur etiam in Aeschyli Sept. adv. Theb. 62. tum in Med. 523, et inter *νηῶν* et *νεῶν* infra v. 1456.

V. 1356. *βοή τις*] Falso nuper Kvíčala dubitavit de hoc versu, ab Oreste potius imperium exercendum nunc iam fuisse, non ignotae voci committendum statuens. Est fatalis illa vox, quae etiam nostris temporibus in turbulentis contionibus atque in concitata multitudine hominum saepe audita esse ferebatur. Conf. Androm. 1146 sqq. *ἐν εὐδίᾳ δέ πως Ἕστη φασνοῖς δεσπότης στίλβων ὅπλοις, Πρὶν δή τις ἀδύτων ἐκ μέσων ἐφθέγξατο Δεινόν τε καὶ φρικῶδες, ὥρσε δὲ στρατὸν Στρέψας πρὸς ἀλκήν.* Bacch. 1076 sq. *ἐκ δ' αἰθέρος φωνή τις, ὡς μὲν εἰκάσαι, Διόνυσος ἀνεβόησεν· ὦ τλάντιδες, Ἄγω τὸν ὑμᾶς*

ἔχομεν γὰρ ὧνπερ οὕνεκ' ἄξενον πόρον
Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰςεπλεύσαμεν.
οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι
ἔπαισαν ἅλμην. ναῦς δ' ἕως μὲν ἐντὸς ἦν
λιμένος, ἐχώρει· στόμια διαπερῶσα δὲ
λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο·
δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης νεὼς
ὤθει πάλιν πρυμνήσι'· οἱ δ' ἐκαρτέρουν

V. 1355. *νηὸς* libri. *ναὸς* Kirchhoffius et Nauckius. *δ'* addidit Marklandus.

V. 1356. *βοή τις* Codd. [*B*]*C*. *βοήν τιν'* Musurus.

V. 1357. *κώπης* Reiskius. *κώπαις* libri. *τ' ἐκλευκαίνετε* Scaliger. *τε λευκαίνετε* libri.

V. 1365. *παλιμπρυμνηδὸν* G. Hermannus auctoritatem Hesychii appellans: *παλιμπρυμνηδόν· οἷον παλίμπρυμνον χώρησιν προῆλθεν εἰς τοὔπισθεν, ἀνακάμπτουσα, ὡς ἐπὶ πρύμναν κροῦσαι.* Quo quidem recepto *νεὼς* superiore versu ferri non potest.

κτέ. Pausaniae IV. 9. 3. p. 301. *λοχήσαντες δέ, οὐ γὰρ ὑπεῖκεν αἰχμάλωτος γενέσθαι, περιμένοντα οὖν ἀμύνεσθαι καὶ ἀνθεστηκότα ἐτίτρωσκον, ἐς ὃ γίνεται βοή σφισιν ἐξ ἀφανοῦς· 'τὸν χρησμοφόρον μέθες.'*

Ibid. *ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς*] Eos recte iudicavisse non puto, qui ita in hac voce offensi sunt, ut aut *ὦ τῆσδ'* aut *ὦ τῆς Ἑλλάδος* scribi voluerint. Duplex enim genetivus, qui a voce *ναῦται* suspensus est, si rem vere iudicamus, neminem poterit offendere. Quidni enim eodem iure dicatur *ναῦται νεὼς γῆς Ἑλλάδος* quo *ναῦται νεὼς Ἑλλάδος?* Nam *ναῦς γῆς Ἑλλάδος*, navis terrae Graeciae, quamvis ampliore oratione, tamen denique nihil est aliud nisi *ναῦς Ἑλλάς*, navis Graeca. Ampliorem autem orationem in eiusmodi appellationibus requiri et per se probabile est, vide quae scripsi ad Orest. 933. p. 136. ed. Goth., et exemplis iam ab aliis adlatis in hac ipsa formula demonstratum est, veluti Helen. 1593. *ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα*, ad quem locum vide quae adnotavit Pflugkius p. 187. ed. Goth. alt. et Phoeniss. 1232. *ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται Δαναῶν τ' ἀριστεῖς κτέ.*, ad quem locum vide quae ipse adnotavi p. 187. ed. Goth.

V. 1360. *οἱ δὲ στ. ἡδ. ἐκβρυχ. ἔπαισαν ἅλμην*] Conf. Aeschyli Pers. 391 sq. *εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῇ Ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύματος.*

V. 1362. *στόμια*] Haec vox plane respondet Latinae ostium, quod ipsum quoque vocabulum ad portus ora saepenumero translatum est.

V. 1163. *ἠπείγετο*] est iactabatur aut etiam vexabatur, in quam rem recte Musgravius adsimulavit Homeri Odyss. XXIII. 233 sqq. *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος γῆ νηχομένοισι φανήῃ, Ὧντε Ποσειδάων εὐεργέα νῆ' ἐνὶ πόντῳ Ῥαίσῃ, ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι πηγῷ.*

V. 1365. *ὤθει πάλιν πρυμνήσι'*] *πρυμνήσια*, id est

πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς δὲ γῆν πάλιν
κλύδων παλίῤῥους ἦγε ναῦν. σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς εὔξατ'· ὦ Λητοῦς κόρη,
σῶσόν με τὴν σὴν ἱερίαν πρὸς Ἑλλάδα
ἐκ βαρβάρου γῆς καὶ κλυπαῖς σύγγνωθ' ἁμαῖς. 1370
φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεά·
φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.
ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
παιᾶνα, γυμνὰς ἐκ πέπλων ἐπωμίδας
κώπῃ προσαρμόσαντες ἐκ κελεύσματος. 1375
μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ἦει σκάφος·

V. 1366. πρὸς κέντρα Nauckius. εἰς δὲ γῆν πάλιν Canterus. εἰς γῆν δὲ πάλιν Cod. *B.* et Cod. *C.* sec. Furiam. εἰς γῆν δὴ
δὲ πάλιν Cod. *C.* sec. Victor. εἰς γῆν δὴ πάλιν apogr. Pariss.
V. 1369. ἱερίαν Barnesius. ἱέρειαν libri.
V. 1374. γυμνὰς ἐκ πέπλων ἐπωμίδας Marklandus. γυμνὰς

retinacula navis, sine dubio in solutione navis sublata erant, nunc autem vi venti vehementioris rursus reiecta erant, ut commode navigari non posset.

V. 1366. πρὸς κῦμα λακτίζοντες] Irritum fecerunt, quod adversus aestum 'maris trudere navem conabantur. Minime opus est coniectura πρὸς κέντρα, quae similitudo non ad nautas, verum ad iumenta pertinet.

V. 1371. φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον] De perpetua Apollinis et Dianae consociatione et communi templo, quod fuit in Parnasso, dixi ad Phoen. 237. p. 57. ed. Goth.

V. 1374. γυμνὰς ἐκ πέπλων ἐπωμίδας] Conf. Ion. 1210. γυμνὰ δ' ἐκ πέπλων μέλη.

V. 1376. μᾶλλον δὲ μᾶλλον] magis magisque. De hac formula apud Atticos non infrequenti conf. A. Meineke ad Menandr. p. 286.

V. 1377 sq. recte G. Hermannus contra A. Matthiae sic disputavit, ut diceret nihil aliud fuisse in hoc periculo iam nautis faciendum, nisi ut, si cubi posset, funes adligarent ad rupes itaque navem detinerent, ut neque ad scopulos adlideretur neque ad terram iactaretur. „Nautae autem quid facerent?" inquit. „Num in saxa et scopulos illidi navem paterentur perireque in undis mallent, aut amissa navi trucidari in littore, quam salutem quaerere eam, quae unica superesset, ut adligata navi ad saxa neque reditum in patriam sibi intercluderent, neque in hostium tela inciderent, neque in maris essent potestate, sed utrumque, si fieri posset, effugerent?"

V. 1380. τὰς ἐκεῖθεν σημανεῖ — τύχας] Hoc quidem non est idem plane quod τὰς τύχας σημανῶν ἐκεῖθεν, tamen sed illud ἐκεῖθεν, quamquam aptius cum articulo coniungendum est, tamen ita positum est, quod non praesente Thoante res ibi gestae sunt, sed istinc ei absenti nuntiantur, quasi nostra lingua dicas: die Vor-

χὠ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποσίν,
ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.
κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην,
σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.
ἀλλ' ἕρπε, δεσμὰ καὶ βρόχους λαβὼν χεροῖν·
εἰ μὴ γὰρ οἶδμα νήνεμον γενήσεται,
οὐκ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ξένοις σωτηρίας.
πόντου δ' ἀνάκτωρ Ἴλιόν τ' ἐπίσκοπεῖ
σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.
καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
σοὶ καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν

ἐκ χερῶν· ἐπωμίδας Cod. *B.* γυμνὰς ἐκβαλόντες ἐπωμίδας Cod. *C.* εὐχερῶς ἐπωμίδας Nauckius.

V. 1378. ἄλλος (ἄλλοι a sec. m.) Cod. *B.* ἄλλος Cod. *C.* ἐξανῆπτεν Cod. *C.* ἐξανῆπτον Aldus. De cod. *B.* non constat. ἀγκύλας Musgravius. ὀγκύρας libri, sed ut in Cod. *B.* ρ sit e correctura manus secundae.

V. 1386. ὧν νῦν παρέξει suspicatur Kirchhoffius.

fälle von dort pro eo, quod dici poterat: die dortigen Vorfälle. Conf. Demosthenis orat. Olynth. I. §. 15. p. 13, 17. Reisk. τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ἡμῶν, ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα. ad quem locum vide quae adnotavit Schaeferus in App. crit. vol. I. p. 206. G. et quae Hermannus ad Sophoclis Electr. 135. Rost. gr. Gr. §. 110 b. b. adn. 6. p. 565.

V. 1384. Ἴλιόν τ' ἐπισκοπεῖ κτέ.] Huic τὲ respondet in sequentibus: Πελοπίδαις δ' ἐναντίος. Nam qui invisit Ilium, is sine dubio Pelopidis, et in his maxime Atridis, infestus erit. Vide quae de his particulis huius quoque loci non immemor scripsi ad Devarium vol. II. p. 741 sq. tum Rost. gr. Gr. §. 134. 4. adn. 1. a. p. 730. ed. sept. Conf. supra v. 967. ἐπισκοπεῖν de dis tutelaribus sicuti ἐφορᾶν saepe dicitur, conf. Sophoclis Antig. 1117. Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς, de Baccho. Vide Ed. Wunder. ad h. l. p. 119. ed. quart. Hoc idem dicunt Latini invisere, sicuti invisere urbes Vergilius dixit in Georg. I. 25. et invisere Delum Id. Aen. IV. 144. Neptunum autem Troiae popularem et tutelarem fuisse deum vix est quod dicam. Is enim cum Apolline Laomedontem muros Ilii struentem adiuverat, vide Homeri Il. VII. 452 sq.

V. 1387 sq. ἐν χεροῖν λαβεῖν τ' ἀδελφήν] τὲ particula collocatione poëtarum more traiecta est, ita tamen, ut sua ratio formulae constaret, ut plena oratio esset: καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον σοὶ καὶ πολίταις ἐν χεροῖν λαβεῖν, ἐν χεροῖν λαβεῖν τ' ἀδελφήν, sicuti quod legitur apud Aeschylum Choëph. 128. ἱποίκτειρόν τ' ἐμέ, φίλον τ' Ὀρέστην, proprie sic dicturus erat poëta: ἐποίκτειρόν τ' ἐμὲ ἐποίκτειρόν τε φίλον Ὀρέστην. Vide quae explicavit Sommerus in Nov. ann. philol. et paedag. vol. III. p. 407 sq.

λαβεῖν τ' ἀδελφήν, ἣ φόνον τὸν Αὐλίδι
ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἀλίσκεται.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον Ἰφιγένεια, συγγόνου μέτα
θανεῖ πάλιν μολοῦσα δεσποτῶν χέρας.

ΘΟΑΣ.

ὦ πάντες ἀστοὶ τῆσδε βαρβάρου χθονός,
οὐκ εἶα πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας
παράκτιοι δραμεῖσθε κἀκβολὰς νεὼς
Ἑλληνίδος δέξεσθε, σὺν δὲ τῇ θεῷ
ἀπεύδοντες ἄνδρας δυσσεβεῖς θηράσετε,
οἱ δ' ὠκυπομποὺς ἕλξετ' εἰς πόντου πλάτας;
ὡς ἐκ θαλάσσης ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι

V. 1388. λαβεῖν ἀδελφήν θ' Musgravius.
V. 1391. πάλιν Cod. C. πόλιν Cod. B.
V. 1394. νεῶν corr. in νεώς, Cod. B.
V. 1396. δυσεβεῖς a pr. m. Cod. B.
V. 1199. κατασύφλου Aldus.

V. 1388 sq. ἣ φόνον τὸν Αὐλίδι κτέ.] "Ad verbum: quae caedem in Aulide oblivioni datam deae prodidisse deprehenditur, quod intelligo sic: quae suae in Aulide conservationis oblita est, eamque erga deam prodidit, id est, pensi non duxit, ei convenienter non egit. — φόνον τὸν Αὐλίδι caedem, ut in Aulide erat, id est, σωτηρίαν. Ita enim Iphigenia in Aulide [a patre] caedebatur, ut a dea conservaretur." A. SEIDLERUS.

V. 1394. παράκτιοι δραμεῖσθε] Rost. gr. Gr. §. 97. 3. a et d. p. 404 sq. et ibid. 4. p. 406.

Ibid. κἀναβολὰς νεὼς κτέ.] res naufragio e Graeca navi eiectas, in his autem maxime homines sceleratos, qui haec ausi sint.

V. 1195. σὺν δὲ τῇ θεῷ] Eius deae auxilio hoc illos facere iubet, cui ipsi iniuria illata est, Dianae Tauricae. Aptius autem cum verbo θηράσετε coniungenda esse vix est quod contra Markl andum moneam. Etiam illud adnotandum est, non post θηράσετε, sed post πλάτας denique v. 1392. interrogationis signum ponendum fuisse, quod illa quoque enuntiati pars a particulis οὐκ εἶα suspensa est.

V. 1399. ἢ κατὰ στυφλοῦ πέτρας ῥίψωμεν] Contulerunt Aeschyli Prometh. 747. ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στυφλοῦ πέτρας. Est usitatus etiam apud Graecos ille κατακρημνισμός, quae eadem poena etiam a Romanis usurpata est. Quod autem sequitur: ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας, immanium barbarorum mos fuisse dicitur iure a Chr. Dan. Beckio, qui in diatribe crit. de Rheso p. 448. adn. 10. ait se legisse immanem poenam, qua dorsa maleficorum transfigerentur palis atque sic miseri

λαβόντες αὐτοὺς ἢ κατὰ στύφλου πέτρας
ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας. 1400
ὑμᾶς δὲ τὰς τῶνδ' ἴστορας βουλευμάτων
γυναῖκας αὖθις, ἡνίκ' ἂν σχολὴν λάβω,
ποινασόμεσθα· νῦν δὲ τὴν προκειμένην
σπουδὴν ἔχοντες οὐ μενοῦμεν ἡσυχοι.

ΑΘΗΝΑ.

ποῖ ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ 1405
Θόας; ἄκουσον τῆςδ' Ἀθηναίας λόγους.
παῦσαι διώκων ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ·
πεπρωμένοις γὰρ θεσφάτοισι Λυξίου
δεῦρ' ἦλθ' Ὀρέστης, τόν τ' Ἐρινύων χόλον
φεύγων ἀδελφῆς τ' Ἄργος εἰςπέμψων δέμας 1410

V. 1402. αὐτις Codd. *B C.* sec. apogr. Pariss.
V. 1405. πορσύνεις suspicatur Nauckius.
V. 1408. πεπρωμένος G. Hermannus, quo opus non est. Vide adn. exeget.
V. 1409. τῶν Cod. *B.* τὸν Cod. *C.* sec. apogr. Pariss.

exponerentur vel ante portam vel naviculis impositi fluviis committerentur, olim in Asiaticis quibusdam Russiae provinciis et Turciae Graecis usitatum fuisse, ex hoc autem loco poenae antiquitatem apparere. Addit Bothius Aeschyli Eumen. 177., ubi Apollo furias eo abire iubeat, *οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι Δίκαι σφαγαί τε σπέρματός τ' ἀποφθοραὶ Παίδων κακή τε χλοῦνις ἠδ' ἀκρωνία Λευσμός τε καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν Τπὸ ῥάχιν παγέντες.* cl. Rhes. 502 sq.

V. 1402. *αὖθις, ἡνίκ' ἂν σχολὴν λάβω*] Similiter nuntius ipse dixerat supra v. 1282. *αὖθις τὰ τῶνδε σημανῶ.*

V. 1405. *ποῖ ποῖ*] De repetito *ποῖ ποῖ* confert Elmsleius Orest. 278. *ποῖ ποῖ ποῦ' ἡλάμεσθα δεμνίων ἄπο;* et 470. *ποῦ ποῦ ἅγυατρὸς τῆς ἐμῆς ἴδω πόσιν, Μενέλαον;*

V. 1406. *τῆς δ' Ἀθηναίας*] Minervae huius praesentis. Conf. Electr. 1038. ed. Seidl. *δίπτυχον δέ σε Καλοῦσι μητρὸς σύγγονον Διόσκορον Κάστωρ κασίγνητός τε Πολυδεύκης ὅδε.* Orest. 1626. *Φοίβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλῶ.*

V. 1407. *ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ*] Conf. Aeschyli Pers. 410. *ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ.* Sophoclis Antig. 126 sqq. *καί σφᾶς ἑσιδὼν Πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτείας.* Simile etiam hoc commemoravit Schoenius *κῦμα χερσαῖον στρατοῦ* Aeschyli Sept. adv. Theb. 64.

V. 1408. *πεπρωμένοις γὰρ θεσφάτοις*] Id est, certis et non mutandis Apollinis oraculis. Neque enim illorum rationem probare possum, qui nuper *πεπρωμένος* scribi voluerunt, ut id ad Orestem referretur.

ἄγαλμά θ' ἱερὸν εἰς ἐμὴν ἄξων χθόνα,
τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἀναψυχάς.
πρὸς μὲν σ' ὅδ' ἡμῖν μῦθος· ὃν δ' ἀποκτενεῖν
δοκεῖς Ὀρέστην ποντίῳ λαβὼν σάλῳ,
ἤδη Ποσειδῶν χάριν ἐμὴν ἀκύμονα
πόντου τίθησι νῶτα πορθμεύων πλάτῃ.
μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς,
κλύεις γὰρ αὐδὴν καίπερ οὐ παρών, θεᾶς
χώρει λαβὼν ἄγαλμα σύγγονόν τε σήν.
ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,

V. 1411. Post hunc versum addit Cod. *C.* versum hunc: *τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἀραψυχάς*, quem om. Cod. *B.* et Aldus. Vide adn. exeget.

V. 1412. hunc versum minime propterea in suspicionem interpolationis vocandum censeo, quod similis legitur in Hippol. 605. *τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.* Haec enim eiusmodi sunt, ut pro re nata saepius repeti potuerint, immo debuerint. Poterat autem omitti hic versus ab iis, qui appositionem parum aptam esse existimaverunt, quae tamen, si rem recte iudicamus, est aptissima. Vide Rost. gr. Gr. §. 101. 3. c. p. 485 sq. ed. sept.

V. 1415 sq. *ἤδη Ποσειδῶν κτέ.*] Horum verborum constructio haec est: *τοῦτον Ποσειδῶν πορθμεύων πλάτῃ ἤδη χάριν ἐμὴν ἀκύμονα πόντου τίθησι νῶτα.* Recte Seidlerus animadvertit clarius locuturum fuisse poëtam, si diceret: *τοῦτον Ποσειδῶν, πόντου νῶτα ἀκύμονα τιθεὶς πορθμεύει πλάτῃ.*

V. 1418. *κλύεις γὰρ αὐδὴν κτέ.*] Similem orationem Plautus Iovi dedit in Amphitruone III. 3, 22 (977.) Audis quae dico, tametsi praesens non ades.

Ibid. *θεᾶς χώρει λαβὼν ἄγαλμα σύγγονόν τε σήν*] Sic credo necessario haec verba scribenda esse. Neque enim vox *ἄγαλμα* genetivo hoc loco carere potuit, quem habet semper, veluti v. 87. *λαβεῖν τ' ἄγαλμα θεᾶς.* et v. 952. cl. ib. 958. *ἦν γὰρ θεᾶς κατάσχωμεν βρέτας.* et v. 985. *κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος.* et v. 1009. *τί δῆτα μᾶλλον θεᾶς ἄγαλμ' ἁλίσκεται;* et v. 1128. *τί τόδε μεταίρεις — θεᾶς ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις;* et v. 1135. *βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἔδρας ἀπεστράφη.* cl. ib. 1149. et 1169 et v. 1285. *σεμνὸν θεᾶς Ἄγαλμ' ἔχουσα.* et v. 1354 sq. *τῆς Διὸς κόρης Ἄγαλμα.* et v. 1448. *εἰ φέρων βρέτας θεᾶς Βέβηκ'.* et v. 1452. *σὺν θεᾶς ἀγάλματι.* et si quando genetivo haec vox caret, aliud appositum est vocabulum, quod rem demonstret, ut v. 949 sq. *διοπετὲς λαβεῖν Ἄγαλμ'.* et v. 1011. *βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.* et v. 1261. *καὶ σεμνὸν βρέτας Λαβόντες.* et 1411. *ἄγαλμα θ' ἱερόν.* aut ex omni oratione apparet, quod signum dicatur, veluti v. 971., ubi quae ante dicta erant v. 968 sq satis rem demonstrant, et v. 1146. Hoc autem loco, ubi Minerva Oresti praecipit quid agat, non simpliciter *ἄγαλμα*, sed *θεᾶς ἄγαλμα* dicendum erat eoque rectius haec vox *θεᾶς* anteposita

χῶρός τις ἔστιν Ἀτθίδος, πρὸς ἐσχάτοις
ὄροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
ἱερός, Ἁλάς νιν οὔμὸς ὀνομάζει λεώς·
ἐνταῦθα τεύξας ναὸν ἵδρυσαι βρέτας,
ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς πόνων τε σῶν,
οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα
οἴστροις Ἐρινύων. Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.
νόμον τε θὲς τόνδ'· ὅταν ἑορτάζῃ λεώς,
τῆς σῆς σφαγῆς ἄποιν' ἐπισχέτω ξίφος

V. 1124. *τεύξας*. Piersonus Veris. p. 28. *τάξας* libri.
V. 1425. *γῆς Ταυρικῆς* G. Hermannus. *τῆς Ταυρικῆς* libri.
V. 1429. *τε θὲς τόνδ'* Porsonus adv. p. 263. et Seidlerus.

est in prima enuntiatione, quod extremo loco hoc adiungitur *σύγγονόν τε σήν*, ut quo par est modo utrumque nomen efferatur. Hanc ob causam ego auctore etiam Marklando interpunxi: *κλύεις γὰρ αὐδὴν καίπερ οὐ παρών, θεᾶς Χώρει λαβὼν ἄγαλμα κτέ.* pro vulgato: *κλύεις γὰρ αὐδὴν καίπερ οὐ παρὼν θεᾶς, Χώρει λαβὼν ὄγαλμα κτέ.*

V. 1420. *Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους*] Conf. Sophoclis Electr. 694. *Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων ἄπο*, ad quem locum Scholiastes: *Προσχαρίζεται*, inquit, *Ἀθηναίοις ἐν Ἀθηναίοις λέγων*. Eo enim, quod a deo conditam urbem dicebant, aeternam fore augurabantur. Adde Hippol. 971. *καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς κτέ.* ubi Scholiastes: *καὶ μήτε εἰς πόλιν ταύτην εἰσέλθῃς τὴν ὑπὸ Ἀθηνᾶς οἰκοδομηθεῖσαν*.

V. 1422. *γείτων δειράδος Καρυστίας*] id est, locus in vicinia aut dicam ex adverso ingi Carystii, quod est in Euboea insula, situs. Praeter mare enim nihil interest inter ista loca.

V. 1423. *Ἁλάς νιν οὔμὸς ὀνομάζει λεώς*] Halas Araphenidas dicit in littore adversus Euboeam haud procul a Braurone sitas, conf. Callimachi hymn. in Dian. 173., ad quem locum vide quae adnotavit Ez. Spanhemius huius quoque loci non immemor Vol. II. p. 295. ed. Ernest. Strabonis IX. p. 399. A. Stephan. Byzant. p. 30, 16. ed. Westerm.

V. 1424. *τεύξας ναόν*] Vide Homeri Odyss. XII. 346. *αἰψά κεν Ἠελίῳ Ὑπερίονι πίονα νηὸν Τεύξομεν*. hymn. in Apoll. 80. *τεύξειν περικαλλέα ναόν* Pindari Pyth. VII. 10 sqq., ut de Piersoni coniectura minime dubitari posse videatur.

V. 1426. *οὓς ἐξεμόχθεις κτέ.*] De hoc versu vide quae supra dicta sunt ad v. 84.

V. 1428. „Documento hic locus est, quam ipsi Graeci ignoraverint cur *Ταυροπόλος* dicta esset Diana, quum et a Tauris et ab Orestis *περιπολήσει* appellatam tradat Euripides. Aliae huiusce modi derivationes congestae in Etymol. M. p. 747, 52." G. HERMANNUS. Vide quae dicta sunt in prooemio p. 12 sq.

V. 1429. *ὅταν ἑορτάζῃ λεώς*] Tauropolia dicit.

V. 1430. *τῆς σῆς σφαγῆς ἄποιν'*] quasi in pretium quo

δίρῃ πρὸς ἀνδρὸς αἷμά τ' ἐξανιέτω,
ὁσίας ἕκατι θεᾶς, ὅπως τιμὰς ἕχῃ.
σὲ δ' ἀμφὶ σεμνάς, Ἰφιγένεια, κλίμακας
Βραυρωνίας δεῖ τῆςδε κληδουχεῖν θεᾶς·
οὐ καὶ τεθάψει κατθανοῦσα, καὶ πέπλων
ἄγαλμά σοι θήσουσιν εὐπήνους ὑφάς,
ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορράγεῖς
λείπωσ' ἐν οἴκοις. ταῖςδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι

. . . . . .

. . . . . .

γνώμης δικαίας οὕνεκ' ἐκσώσασά σε

ε
τε θέσθε τόνδ' Cod. *B.* τε θέσθαι τόνδ' Cod. *C.* ὅταν Codd. [*B*] *C.* ὅθ' Aldus.

V. 1431. ἐξανιέτω Musgravius. ἐξανυέτω libri.

V. 1432. θεά θ' ὅπως Marklandus.

V. 1434. β.αυρωνίας erasa una littera Cod. *B.* unde Aldus Βαυρωνίας.

V. 1436. θήσουσ' Aldus, non libri, ut videtur.

V. 1439. ἑλληνίδα a pr. m. Cod. *B.* Post hunc versum lacu-

redemptus Orestes sit, ne mactaretur Dianae a Tauris. De accusativo, qui adverbii vice fungitur, conf. Rost. gr. Gr. §. 104. 9., ubi haec quoque vox apponenda fuisse videtur p. 507. ed. sept. Deinceps ἐπισχέτω et ἐξανιέτω sic dicuntur, ut ad sacrificulum pertineant. De omisso subiecto orationis conf. Rost. gr. Gr. §. 100. 3. adn. 2. c. p. 467.

V. 1432. ὁσίας ἕκατι θεᾶς κτέ.] „Nam aliquid tantum sanguinis conspici satis erat. Similis ὁσία erat in eiusdem deae sacris apud Spartanos flagellatio puerorum, de qua accurate exposuit Pausanias III. 16 extr." G. HERMANNUS. De formula ὁσίας ἕκατι conf. Harpocration p. 59, 10. et quae Maussacus ad eum locum adnotavit p. 94. Quod si librorum scripturam ὁσίας ἕκατι θεᾶς tuemur, quasi epexegesis accedunt verba: ὅπως τιμὰς ἕχῃ (ἡ θεά). Fateor tamen propter ipsam formulam se mihi commendare Marklandi coniecturam: ὁσίας ἕκατι θεά θ' ὅπως τιμὰς ἕχῃ, id est, religionis defungendae gratia vel dicis causa et ut dea suum honorem habeat.

V. 1433 sq. ἀμφὶ σεμνὰς — κλίμακας Βραυρωνίας] scalas Brauronias dicit montis iuga instar graduum (terrassenartig) surgentia. Conf. Diodori Siculi XIX. 21. ἧς (ὁδοιπορίας) ἦν ἡ πρώτη μὲν ἕως τῆς καλουμένης κλίμακος κοίλη. et quae ad eum locum adnotavit Wesselingius, et Scholiastem Homeri Il. II. 729. qui κλίμακας βουνοὺς γεωλόφους interpretatur. De Diana Brauronia conf. Pausaniam I. 23, 8. et Strabonem IX. p. 399. A., ubi quae colebatur Halis Diana, Ἄρτεμις Ταυ-

καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
κρίνασ', Ὀρέστα, καὶ νόμισμ' εἰς ταὐτό γε
νικᾶν, ἰσήρεις ὅςτις ἂν ψήφους λάβῃ.
ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασιγνήτην χθονός,
Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ σὺ μὴ θυμοῦ, Θόας.

ΘΟΑΣ.

ἄνασσ' Ἀθάνα, τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις
ὅςτις κλύων ἄπιστος, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.
ἐγὼ δ' Ὀρεστῃ τ', εἰ φέρων βρέτας θεᾶς
βέβηκ', ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι· τί γὰρ
πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν;
ἴτωσαν εἰς σὴν σὺν θεᾶς ἀγάλματι

nam statuit Kirchhoffius, cui ego quoque adsentior.

V. 1440 sq. ἐξέσωσα δὲ καὶ πρίν σ' suspicatur Nauckius. Haec et quae sequuntur usque ad v. 1442. κρίνασ', Ὀρέστα habet Scholiastes Aristophanis Ran. 685.

V. 1442. ἔσται τόδε Marklandus, cui obsequuti sunt Kirchhoffius et Nauckius.

V. 1444. κασιγνήτην Elmsleius. κασίγνητον libri.

ροπόλος dicitur, quae Braurone Ἄρτεμις Βραυρωνία. Sunt autem haec loca inter se vicina, ut facile coniungi potuerint.

V. 1434. τῆςδε κληδουχεῖν θεᾶς] Vide quae supra dicta sunt ad v. 131.

V. 1435. οὗ καὶ τεθάψει κατθανοῦσα] Alia et quidem diversa de morte Iphigeniae Pausanias habet I. 43, 1. De hac re et de honore divino, qui Iphigeniae post mortem habitus esse dicitur, conf. quae dicta sunt in prooemio fabulae praemisso p. 12 sqq.

V. 1437. ψυχοῤῥαγεῖς] Conf. Alcest. 143. ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχοῤῥαγεῖ., ad quem locum vide Hesychii Glossema, quod attuli p. 46. ed. Goth. alt.

V. 1441. Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας κρίνασ'] Vide supra v. 937 sq.

V. 1442. καὶ νόμισμ' εἰς ταὐτό γε νικᾶν] et secundum eundem morem superiorem discedere, qui etc. εἰς, ut Latinorum in, cum accusativo coniunctum saepe numero significat secundum, ut h. l. et Theocriti idyll. XVIII. 7. ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι ποσσὶ περιπλέκτοις. Diodori Siculi V. 58. κατεσκευασμένος εἰς τὸν ἀρχαῖον ῥυθμόν. Conf. G. Hermannus ad Viger. 382. p. 857. De re ipsa conferas Electr. 1265 sqq.

V. 1448 sq. Ὀρέστῃ τ' — ἀδελφῇ τ' οὐχὶ] conf. supra ad v. 1337.

V. 1450. πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι] bellare cum dis vetere proverbio absurdum habebatur, quod expressit etiam Cicero de senect. 2, 5. Quid enim est aliud Gigantum modo bellare cum dis nisi naturae repugnare?

γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.
πέμψω δὲ καὶ τάςδ' Ἑλλάδ' εἰς εὐδαίμονα
γυναῖκας, ὥςπερ σὸν κέλευσμ' ἱφίσταται.
παύσω δὲ λόγχην ἣν ἐπαίρομαι ξένοις
νηῶν τ' ἐρετμά, σοὶ τάδ' ὡς δοκεῖ, θεά.

ΑΘΗΝΑ.

αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ.
ἴτ', ὦ πνοαί, ναυσθλοῦσθε τὸν Ἀγαμέμνονος
παῖδ' εἰς Ἀθήνας· συμπορεύσομαι δ' ἐγώ,
σώζουσ' ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς σεμνὸν βρέτας.

ΧΟΡΟΣ.

ἴτ', ἐπ' εὐτυχίᾳ τῆς σωζομένης
μοίρας εὐδαίμονες ὄντες.
ἀλλ' ὦ σεμνὴ παρά τ' ἀθανάτοις
καὶ παρὰ θνητοῖς, Παλλὰς Ἀθάνα,

V. 1456. *νεῶν* Boissonadus. *θεά* Aldus. *θεᾷ* Codd. *BC.* sec. apogr. Pariss.

V. 1457. Thoanti continuat Cod. *B.* et, ut videtur, Cod. *C.* Minervae esse dicitur in apogr. Paris. altero. Nauckius hunc versum pro suppositicio habet.

V 1458—60. Apollini tribuunt libri. Minervae dedit Aldus.

V. 1458. *ναυσθλοῦσθε* Codd. [*B*]*C.* *ναυσθλοῦσα* Aldus.

V. 1459. *ἐς* Cod. *B.*

V. 1461. 62. sunt Minervae in libris, Seidlerus choro reddidit.

V. 1462. *εὐδαίμονες* Aldus. *εὐδαίμονος* Codd. *BC.*

V. 1456. *νηῶν*] Vide supra ad v. 1355.

V. 1457. *τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ*] Si quis Helenae v. 1661 sq. *ἀλλ' ἥσσον' ἦμεν τοῦ πεπρωμένου θ' ἅμα Καὶ τῶν θεῶν.* contendat, potest videri scribendum hoc loco esse: *τὸ γὰρ χρεών σού τε καὶ θεῶν κρατεῖ*, ut id sit *τὸ γὰρ χρεὼν σού τε καὶ τὸ θεῶν κρατεῖ.* Conf. Sophoclis Oed. Col. 808. *χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.* Sed celebratum tamen etiam illud Simonideum: *ἀνάγκη*, huic enim respondet *τὸ χρεών* hoc loco, *οὐδὲ θεοὶ μάχονται*, de quo vide quae habet Gaisfordius in Poëtis Graecis minor. vol. III. p. 194 sqq. ed. Lips.

V. 1460. *ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς*] *ὁμοπατρίου* quidem ex Iove patre.

V. 1461 sq. *ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ κτέ.*] Schoenius contulit Sophoclis Oed. Col. 1554. *ἐπ' εὐπραξίᾳ μέμνησθ' ἐμοῦ.*, G. Hermannus autem Aristidem, qui vol. II. p. 424. Iebb. vol. II. p. 581. Dind. haec habet: *ἐπειδὴ τοιαῦτ' ἀφέστηκεν, ἀπολαῦσαι τοῦ βίου τὰ κάλλιστα, ἵν', εἰ μὲν τῆς σωζομένης μοίρας εἴημεν, ἐν τοῖς καλλίστοις σωζοίμεθα.*, ex quo loco apparere

δράσομεν οὕτως, ὡς σὺ κελεύεις. 1465
μάλα γὰρ τερπνὴν κἀνέλπιστον
φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι.
ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

V. 1466. τερπνὴν L. Dindorfius. τερπνὸν libri.
V. 1468. νίκα Cod. *B*. Ceterum hos tres versus extremos pro suppositiciis habuit Nauckius, quod uncis circumdedit.

dixit] τὴν σωζομένην μοῖραν eos ex aliquo numero dici, qui ceteris pereuntibus salvi evaderent.

V. 1468 sqq. de his versibus, quos usurpare non poterat poëta nisi qui iam aliquoties victoriam nactus erat, vide Scholiasten Orest. 1649. et quae dixi ad Phoen. 1767 sqq. p. 251. ed. Goth.

Corrigenda.

P. 15. v. 27. lege Lipsiae d. pro Lipsia ed.

P. 23. in adn. crit. v. 5. scribe iotacismum pro ἰtacismum, itemque p. 45. in adn. crit. v. 4. tolle hoc mendum et sicubi in plagulis prioribus habetur.

P. 27. in adn. exeget. a. v. 13. lege τούτω pro τούτῳ.

P. 44. in adn. exeget. a. v. 22. scribe ἔχων pro ἔχω.

P. 48. in adn. exeget. a. v. 14. lege Ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας pro Ἔπίσημον εἰς Ἕλληνας.

P. 50. in adn. exeget. b. v. 11. lege intelligatur pro int leatur.

P. 57. in adn. exeget. a, v. 2. lege manserunt pro manserunte.

P. 59. in adnot. exeget. a. v. 4. scribe eum pro eam.

P. 85. in Eurip. orat. v. 523. corrige οὐκ ἔστιν· ἄλλως pro οὐκ ἔστιν ἄλλως.

P. 91. in adn. exeget. b. v. ult. lege quo pro quod

P. 92. in adn. exeget. b. v. 18. scribe ei pro non

BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XII.

CONTINENS

EURIPIDIS TRAGOEDIARUM

VOL. III. SECT. III.

ED.

AUG. IUL. EDM. PFLUGK,
GYMNASII GEDANENSIS PROFESSOR,
ET
REINHOLDUS KLOTZ,
PHILOLOGIÆ CLASSICÆ IN UNIVERSITATE LITTERARUM LIPSIENSI PROFESSOR ORDINARIUS, SEMINARII PHILOL. REGII DIRECTOR, REGII SAXONICI ORDINIS VIRTUTE AC FIDE BENE MERITORUM EQUES etc.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270. STRAND.

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

REINHOLDUS KLOTZ.

VOL. III. SECT. III.

CONTINENS

IPHIGENIAM QUAE EST AULIDE.

GOTHAE ET ERFORDIAE MDCCCLX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270. STRAND.

PROŒMIUM.

Homerum quidem de Iphigenia ab Agamemnone patre immolata nihil rettulisse in carminibus suis, alios autem veteres poëtas Graecos quum cyclicos tum melicos plura de ea re tradidisse probabile videri propterea, quod et Pindarus eius rei mentionem fecisset in carm. Pyth. XI. 22. et tragici poëtae saepe numero eo argumento usi essent, de ea re copiosius a me explicatum est in proœmio Iphigeniæ Tauricæ præposito p. 7 sqq. Et in illa quidem Euripidis fabula Iphigenia quid sibi Aulide acciderit exponit ipsa v. 5 sqq., cetera autem, quae aguntur in ea fabula, in finibus Tauricis aguntur neque ad Iphigeniam magis quam ad Orestem fratrem pertinent, cuius in hac quidem fabula propter aetatem nullae fere partes esse potuerunt. In hac enim fabula illa, quae Iphigeniae Aulide acciderunt, continentur. Ea communi fere veterum scriptorum narratione sic facta esse traduntur. Quum duces Graecarum civitatium, quae ob iniuriam raptu Helenae Menelao a Paride illatam bellum civitati Troianae inferendum esse decreverant, cum militibus suis Aulidem in portum Boeotiae ad Euripum situm congregati essent, adversa tempestate saevisque ventis eorum navigatio impedita est, quod ab Agamemnone, qui, quia et summa cognatione Menelaum attingebat et maximas copias secum adduxerat, iudicio ducum Graecorum summus imperator electus erat, numen Dianae laesum esse dicebatur, sive quod is cervam

eius sacram in venando violaverat superbiusque in ipsam deam loquutus erat, quemadmodum plerique tradiderunt*), sive quia Dianae quod olim devoverat quod suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, non persolverat, quam opinionem sequutus est ipse Euripides**). Ad iram deae placandam quid factu opus esset, rex Agamemno, ut plerique memoriae prodiderunt ***), a Calchante, ut nonnulli perhibuerunt †), ab Apollinis Delphici oraculo quaesivit. Cui responsum esse fertur, aliter eius facinus expiari non posse, nisi filiam natu maximam Dianae immolasset. Huius responsi atrocitate commotus rex primum tantum facinus recusare coepit. Deinde quum Ulixes auctore etiam Menelao eum hortari non desisteret, ut contumeliam Menelao a Paride factam atque iniuriam a barbaris Graeciae illatam non inultam relinqueret suumque commodum communi Graeciae utilitati posthaberet, vicit, ut ait Ovidius l. c., pietatem patris publica causa atque Agamemno Ulixi et Menelao concessit, ut Iphigenia, quae erat eius filia natu maxima, Mycenis Aulidem arcesseretur. Missi igitur sunt ab exercitu, qui Iphigeniam Aulidem adducerent, quo in numero Ulixes fere cum Diomede fuisse dicuntur ††). Qui quo facilius Clytaemnestrae

---

*) Conf. Scholiasten Euripidis Orest. 647. Tzetzen ad Lycophr. Alexandr. 183. Hyginum fab. XCVIII. fab. CCLXI. Dictyn Cretensem de bello Troiano I. 17.

**) Vide Iphigen. Taur. 20 sqq. et M. Tullii Ciceronis de officiis lib. III. 25, 95., qui aut ipsum Euripidem expressit aut Latinum poëtam sequutus est, qui Euripidis fabulam imitatus erat.

***) Conf. Aeschyli Agamemn. 189 sqq. Euripidis Iphig. Taur. 16 sqq. Iphig. Aul. 89 sqq. 353 sq. 525 sqq. 578. 1264. Pausaniae descript. Graec. IX. 19, 6. Ovidii Metam. XII. 26 sqq. Hygini fab. XCVIII.

†) Hoc ipsum narrat Scholiastes Euripidis Orest. 647., quum Scholiastes alius ad eum ipsum locum vates omnino posuerit, oraculum autem Tzetzes ad Lycophr. l. c., mulierem quandam deo plenam Dictys Cretensis l. c. commemoraverit.

††) Conf. Hygini fab. XCVIII. cl. Dict. Cret. l. c., quorum hic quidem Ulixem cum Diomede appellat, Dictys autem unum Ulixem nominatim dicit. Tzetzes ad Lycophr. l. c. non profert nominatim qui missi sint.

matri persuaderent, ut sibi Iphigeniam Aulidem adducendam committeret, hanc finxerunt fallaciam, ut eam Achilli nuptum datum iri dicerent*). Adductâ Iphigeniâ quum in eo esset, ut Agamemnonis filia immolaretur, Diana dicitur miserata virginem cervam eius loco supposuisse, quae caederetur, ipsam vero in terram Tauricam sustulisse, eamque templo suo in illis finibus sacerdotem praefecisse **).

Hac communi fere omnium fama Euripides usus ita est, ut quum in Iphigenia Taurica v. 24 sq. Iphigeniam tantum hoc dicentem fecisset, se Ulixis artibus ac mendaciis Aulidem esse arcessitam, in hac fabula fingeret, non ab illis Graeciae principibus Aulidem congregatis missos esse, qui adducerent Iphigeniam, sed ipsum Agamemnonem Menelai precibus, Ulixis fallaciis, exercitus totius minis commotum misisse, qui Iphigeniam arcesserent, cum litteris ad Clytaemnestram datis, in quibus hoc perscriptum erat, ut Iphigenia, quod ea a se Achilli desponsa esset isque prius, quam Troiam proficisceretur, illam in matrimonium ducere cuperet, cum dote et cetero nuptiarum apparatu Aulidem adduceretur. Hoc nuntio ad Clytaemnestram misso factum esse Euripides fingit, ut Agamemnonem consilii sui poeniteret, quem iam facit cum sene fideli agentem, ut is Argos proficiscatur atque aliam ad Clytaemnestram epistolam adferat, in qua scriptum erat nuptias esse dilatas mandatumque Clytaemnestrae, ne Iphigeniam in castra mitteret, eumque senem in ipso initio fabulae videmus e castris proficiscentem Argos. Interea chorus mulierum Chalcidicarum, quae ob spectandam Argivorum classem Aulidem in portum Euboeae advenerant, aperit unde et quo consilio huc venerit et quid hic iam viderit ac perceperit. Mox

---

*) Vide Euripidis Iphig. Taur. 25. 209. 838 sqq. Iphig. Aul. 100 sqq. 128 sqq. Scholiasten Euripidis Orest. 647. Hygini fab. XCVIII. fab. CCLXI. Dictyn Cretensem l. c.

**) Conf. Euripidis Iphig. Taur. 28 sqq. et, ut taceam huius ipsius fabulae v. 1584 et 1590., Euripidem apud Aelianum hist. anim. VII. 39. tum Scholiasten Euripidis Orest. 647. Tzetzen ad Lycophr. l. c. Hygini fab. XCVIII. fab. CCLXI. et. Dict. Cret. l. c.

senem a Menelao ex itinere retractum cum illo altercantem videmus, a quo ille queritur sibi epistolam illam alteram, quam ab Agamemnone ad Clytaemnestram perferendam accepisset, esse ereptam, qua resignata a Menelao posterius Agamemnonis consilium cognitum esse. Evocat senex Agamemnonem e praetorio, ut de iniuria sibi a Menelao facta conqueratur. Inde acerba inter fratres altercatio oritur, quae ubi ad summum discrimen pervenit, adfertur nuntius, Clytaemnestram cum Iphigenia iam adventare et mox adfore, ut nuptiae Achillis et Iphigeniae in castris rite celebrari possint. Quo nuntio accepto iam Agamemno quas ad angustias redactus sit cognoscit et de salute filiae desperans in maiorem modum miseram vitae condicionem ac sortem suam deplorat, ut ipse quoque Menelaus, qui antea maximo opere Iphigeniam immolandam suaserat, misericordia et fratris et puellae cognatae commotus iam hortetur fratrem, ut filiam, quoquo modo id fieri possit, servare studeat. Huic Agamemno frater exponit iam eo rem esse adductam, ut, nisi sibi totique genti suae perniciem parari velit, Iphigenia servari posse non videatur.

Exinde chorus ille mulierum Chalcidicarum amores moderatos praedicans Helenae raptum ab Alexandro Troiano factum detestatur. Interea Clytaemnestra atque Iphigenia cum Oreste puero parvulo rheda advectae adsunt, quas Agamemno, ut res tulit, satis frigide excipit et oratione admodum ambigua munus a Clytaemnestra in nuptiis ineundis fungendum deprecatus uxoris animum offendit. Is ubi discessit, chorus carmine suo Troiae excidium praedicit. Hoc carmine exacto Achilles accedens, ut cum Agamemnone de rebus publicis expostulet, Clytaemnestram invenit, a qua quo ipsa consilio advenerit edoctus, Clytaemnestram interposito nomine suo ab Agamemnone deceptam esse cognoscit, itemque Clytaemnestra verba sibi a marito esse data intelligit. Interea senex ille fidelis, quem altera illa epistola ad Clytaemnestram perferenda privaverat Menelaus, intervenit et Clytaemnestrae crudele patris consilium aperit Iphigeniamque ad caedem destinatam esse dicit. Iam Clytaemnestra rerum futurarum metu perculsa, quum se omnibus amicis, a quibus

opem petere possit, privatam videat, Achillis opem implorat ab eoque impetrare precibus studet, ut saluti Iphigeniae ipsius nomine interposito huc vocatae consulat. Hic, qua fuit non fortitudine solum, verum etiam prudentia, suadet, ut prius, quam quidquam vi agatur, Clytaemnestra precibus Agamemnonis animum flectere studeat; si id irritum fuerit, auxilium se non detrectaturum dicit. Hi ubi discesserunt, chorus nuptias Pelei et Thetidis carmine melico praedicat, quae Troiae fatales fuerint, ne impiae quidem Iphigeniae immolationis, quae sit futura, immemor.

Iam rursus adest Clytaemnestra cum Iphigenia operiens Agamemnonem, eique advenienti aperit illa se scire iam quid re vera facere velit, ab eoque summo opere contendit precibus, ut a scelerato immolandae filiae consilio desistat. Sed nec illa neque ipsa filia, quae molli oratione misericordiam patris commovere studet, quidquam ab Agamemnone impetrat, quo minus immolatio fiat, qui iam necessitatem sibi impositam opponens abit. Dum mulieres muliebriter lamentantur, venit Achilles, qui ab exercitu quidem summa contentione, ut immoletur iam Iphigenia, postulari dicit, sed se tamen paratum ostendit, ut ab Iphigenia, id quod in se receperit, vim vi depellat. At illa generoso quo fuit animo, ubi necessitatem et patri et sibi impositam cognovit, ut patriae saluti prospiciat, iam ipsa se ad sacrificium duci iubet et quod evitari posse non videtur fatum fortiter subire parata est. Nunc denique Achillis animus amore virginis, quam egregia animi magnitudine esse videt, commovetur, eamque omni modo servare fortis ille iuvenis paratus est, et quum Iphigenia eius opem nunc quidem deprecetur, tamen se ad templum armatum adfore dicit, ut, si quid opus fuerit, ab illa auxilio vocari possit. Extremo inter matrem et filiam colloquio habito et suprema salutatione facta, abit ad sacrificium Iphigenia funebri cum cantu, cui chorus sacrum paeana accinit.

His peractis, ut finis fabulae imponeretur, nihil aliud reliquum erat nisi ipsum sacrificium. Id quum in scaena ipsa perfici non posset*), narrandum

*) Conf. Horatii art. poëtic. 183 sqq.

apud spectatores, non patrandum fuit. Id poterat, ut G. Hermannus recte iudicavit in praef. p. XXVII., dupliciter fieri, ut aut quasi factum narraretur, id quod factum esse videmus in hac quidem extrema parte fabulae, quae nunc est in libris, aut tamquam futurum indicaretur, quam rationem illi fere voluerunt iniri, qui testimonio freti Aeliani, qui in hist. anim. VII. 39. vol. I. p. 173. ed. Iacobs. haec habet: *ὁ δὲ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ·*

ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
κερόῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
σφάζειν θυγατέρα.

in ea sententia fuerunt, ut dicerent exitum huius fabulae, qui olim fuisset, aliquo casu videri amissum, hunc autem, qui nunc esset in libris, pro vero illo esse suppositum, illos autem versus, quos Aelianus adferret, in priore fuisse fabulae exitu, in quo non nuntius de illis rebus, quae in immolatione Iphigeniae factae essent, et de ipsa Iphigenia a Diana servata rettulisse videretur, sed Diana ipsa advenisset, ut prius, quam filia immolaretur, Clytaemnestram consolaretur eo, quod quae ipsa factura esset ei praediceret, quam quidem opinionem auctore R. Porsono grammatici recentiores multi sequuti sunt. Difficilis sane ac lubrica quaestio, quae vix videtur ita componi posse, ut omnis dubitatio excludatur, quia, quamquam omnia comprobare non possum, quae in hoc, qui nunc est, fabulae exitu vituperata a criticis sunt, tamen mihi quoque in eo ipso fabulae quasi epilogo multa inesse videntur, quae suspicionem moveant, ut verear, quae in illo minus eleganter atque emendate scripta sunt, ne ea non omnia ab librariorum negligentia, cuius quidem multa in illis libris non optimis, in quibus haec fabula ad nostram aetatem prodita est, deprehendimus vestigia, orta, sed ipsi etiam scriptori vitio vertenda esse videantur, de quibus deinceps suo loco dicetur. Namque ulterius haec persequi non est huius loci atque a consilio huius editionis alienum est. In hoc autem fabulae epilogo, quem nunc habemus, narrat nuntius ab Agamemnone ad Clytaemnestram missus, Iphigeniam ipsam ad sacrificium accessisse et immolandam sua se sponte praebuisse: quum autem in eo esset,

ut caederetur, evanuisse virginem, cervam autem eius loco caesam iacuisse, quam dea lubenti animo pro humana victima accepisset, Iphigeniam autem in ipsorum deorum societatem videri receptam esse. Haec nuntii verba ut confirmet, accedit etiam ipse Agamemno, Clytaemnestram de filia securi animi esse iubet domumque cum Oreste filio redire, sibi iam et exercitui Argivorum felix iter ad oram Troianam fore sperans.

De aetate, qua haec fabula scripta esse videatur, etiamsi annus, quo acta sit primum, ipse definiri non potest, tamen satis probabilis coniectura fieri potest. Etenim quum scholiastes Aristophanis ad Ranarum v. 67. haec adscripserit: *οὕτω δὲ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτησαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας*., certa didascaliarum auctoritate hoc compertum habemus, mortuo Euripide ab eius filio, qui idem Euripides nominaretur, Dionysiis magnis esse eam fabulam in scaenam prolatam, ut, si sequimur Vitarum auctores, qui Euripidi fere septuaginta quinque vitae annos dederunt eiusque mortem in Olympiados nonagesimae tertiae anno quarto ponendam esse indicant, paulo ante nonagesimae Olympiados annum quartum, aut, si fidem habemus marmori Pario, cl. Aug. Boekhii Corp. inscr. II. I. p. 342., cuius auctoritate Olympiados, quam diximus, anno secundo Euripides mortuus esse fertur, paullo ante hunc ipsum annum haec fabula scripta esse videatur. Hinc illud recte colligitur, et in postremis clarissimi poëtae fabulis hanc numerandam esse et fortasse ne ab Euripide quidem ipso diligentissime eam fabulam exactam ac perpolitam fuisse, id quod haud scio an in singulis quibusdam locis iudicandis atque explicandis aliquid momenti habere debeat. Quumque huc accedat, quod haec fabula non legitur nisi in illis duobus tertiae classis libris, Codice Palatino inter Vaticanos relato n. 287. saeculo, ut videtur, XIV. membrana scripto, quem littera *B* notavit Kirchhoffius, et Codice Florentino plut. XXXII. n. 2. saeculo XIV. charta scripto, quem littera *C* notavit idem, de quibus libris dictum est a nobis in prooemio Alcest. p. 21., apparet in hac quoque fabula artem criticam multis

modis impediri neque facile exerceri posse, ut de perpaucis locis satis certo statui queat, multa vero in dubio atque incerto relinquenda esse videantur.

Editiones praeter illas, quae omnes Euripidis fabulas continent, hoc loco commemorandae sunt hae: Euripidis Iphigenia in Aulide. Recensuit I. A. Hartung. Praemittuntur de Euripidis fabularum interpolatione disputationes duae, qui liber prodiit Erlangae anno MDCCCXXXVII. Euripides Iphigenia in Aulis. Mit deutschem Commentar herausgegeben von C. G. Firnhaber. Nebst Einleitung und Excursen über die Echtheit und Zeit des Stückes., qui liber editus est Lipsiae a. MDCCCXLI. Euripidis Iphigenia Aulidensis. Recensuit Fridericus Henricus Bothe. In usum scholarum. Editio secunda emendatior, quae prodiit Lipsiae a. MDCCCXLIII. Euripidis Iphigenia in Aulide ex recensione minoris Euripidis et cum animadversionibus Friderici Vateri Io. Sever. f., qui liber editus est Mosquae a. MDCCCXLV.

Dabam Lipsia
XIII. mens. Mart. a. MDCCCLX.

R. Klotz.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ

Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
ΑΧΙΛΛΕΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

Προλογίζει δὲ ὁ Ἀγαμέμνων.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ὦ πρέσβυ, δόμων τῶνδε πάροιθ' ἕν στεῖχε.

V. 1. *δόμων τῶνδε* [Cod. *B.*] *τῶνδε δόμων* Cod. *C.*
V. 2. *στεῖχε πρεσβύτα στείχω* Cod. *C.* usitato errore personae nota in ipsam orationem recepta.

V. 1 sqq. Quod Euripides hanc fabulam non ab ipso, qui dicitur, prologo orditur, sed ab anapaestis orationem incipit, id sine idonea causa multis grammaticis offensioni fuit, qui parum intellexerunt in plerisque quidem fabulis consentaneum esse initium a leniore prologi narratione capi, sed recte tamen interdum poëtas fecisse, ut, si quando quasi in mediam rem spectatores inducere vellent, commotiore etiam initio fabulae uterentur, leniorem autem prologi narrationem aut in processum fabulae reiicerent aut quod prologo narrandum esset, id aliis personis significandum darent. Neque id sine exemplo est. Nam Aeschylus et Supplices et Persas ab anapaestis orditur, Euripides vero ipse et in Rheso, quam quidem fabulam ipsius Euripidis esse tituli quidem veteres, quas *διδασκαλίας* Graeci appellant, testantur, hoc idem fecit et in Andromeda fabula *τὴν τοῦ προλόγου εἰσβολὴν* fuisse: *ὦ νὺξ ἱερά, μακρὸν ὡς ἵππευμα διώκεις ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος ἱρᾶς τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου*, Scholiastes Aristophanis ad Thesmoph. 1065. testatur, ut res nihil dubitationis habere videatur. Vide etiam quae infra ad v. 149 sq. a nobis dicta sunt.

V. 1. *ὦ πρέσβυ*] Sic Agamemno servum senem honestius fere appellat, ut v. 16. *γέρον*, quem olim Clytaemnestra dotalem in eius domum a Tyndareo adduxerat, ut apparet in v. 46 sqq.

Ibid. *δόμων τῶνδε πάροιθεν*] Pro domo regia in hac quidem fabula erat praetorium Agamemnonis, quod in similitudinem domus regiae erat instructum totidemque quot illa

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

στείχω. τί δὲ καινουργεῖς,
Ἀγάμεμνον ἄναξ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πεύσει.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

σπεύδω.

V. 3. πεύσῃ libri. σπευσεις Dobraeus, quem sequutus est A. Nauckius. Alii σπεῦδε scribi voluerunt, quod mihi quoque ianuas habuisse videtur, ut ex media rex ipse exiret, servus autem ex ianua, quae in altera praetorii parte esset, a rege evocaretur. Id praetorium infra v. 12. σκηνὴ appellatur, sicuti etiam in Hecuba tentorium, quod v. 53. σκηνὴ dicitur, v. 665. δόμων appellatione adficitur.

V. 2. τί δὲ καινουργεῖς] Aliquanto plus est καινουργεῖν quam καινὰ ἐργάζεσθαι, ut τί καινουργεῖς; plane Latino respondeat: Quid rerum novarum moliris? Sic infra v. 836 sq. Achilles mirans dicit: ποίους γάμους φῄς; ἀφασία μ' ἔχει, γύναι. Εἰ μή τι παρανοοῦσα καινουργεῖς λόγον. neque aliter dixit Sophocles in Trachin. 873. ed. Herm. τί δ', ὦ γεραιά, καινοποιηθὲν λέγεις;

V. 3. ΑΓΑ. πεύσει. ΠΡ. σπεύδω.] Hanc librorum auctoritatem obtinendam putavi, non tam quod sic scripsisse putarem Euripidem, sed quia sic scribere potuit, ut haec sententia esset: AGA. Scies. SEN. Id ago, nempe quod tu me iubes facere. Quamquam Agamemnoni, quo est animo commoto et aegro, potius pro imperio loqui convenire videtur, ut ipse dicat: σπεῦδε, respondeat autem servus senex: σπεύδω, plane ut v. 2.

V. 4. μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον] Ex hac universam senis valetudinem declarante sententia ostenditur causa, quamobrem id, quod iubetur, facile exsequi possit. Vide quae dixi de particula τοὶ ad Devarium vol. II. p. 735 sqq. — Ceterum de ratione grammatica huius sententiae, de qua vehementer dubitatum est ab interpretibus, hoc adnoto, lenissimo zeugmate hunc et sequentem versum inter se coniunctos videri. Nam pro eo, quod dici poterat: μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνόν ἐστιν, adsumpsit hoc enuntiatum ad sequens verbum πάρεστι, quasi hic ἐμοί, non τοὐμόν, scriptum esset.

V. 5. καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν] Dici vix potest quam varia atque a vera ratione aliena fuerit horum verborum explicatio, quorum tamen una eaque non admodum difficilis explicatio haec esse videtur, ut senex hoc dicat, sibi senectutem oculis quidem acrem atque acutam adesse. Etenim τὸ γῆρας esse subiectum recte iam Firnhaberus et Vaterus intellexerunt, ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ autem alio referri non posse nisi ad oculorum acumen, qui Graecorum dicendi consuetudinem inde ab Homero recte cognitam habuerit, credo negaturum esse

μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον
καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.
σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου

satis adridet. Vide tamen infra adn. exeget.

V. 4. *μάλα τοι* Heathius et Barnesius. *μάλα τὸ* libri.

V. 6. laudat Theon Smyrn. 16.

V. 7. 8. continuavit Agamemnoni Bremius, seni tribuunt libri.

neminem. Hac ipsa nuntii oratione fretus iam Agamemno interrogat:

V. 6. *τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;*] Quaenam igitur haec stella est quae transmeat? Qua quidem voce recte vidit G. Hermannus nihil aliud sciscitari Agamemnonem nisi quota iam hora esset. Hac ratione intelligitur id tempus noctis nunc esse, quo tuto emitti nuntius possit, quum duces et milites etiam nunc dormiant, et spectatores una agnoscunt quo noctis tempore hanc fabulae partem agi fingat poëta, qua de re Fr. Vaterus conferri iubet Lobeckium in Aglaoph. vol. I. p. 118.

V. 7. *σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου κτέ.*] Respondet servus senex esse Sirium, qui in propinquo Vergiliarum quum feratur, adhuc medium fere caeli locum obtineat. Id illi interpretes, qui astrologiae rationes exquisiverunt, in quo numero A. Boeckhius est de princip. tragic. p. 277 sq., non satis accurate esse dictum pronuntiaverunt, ut aut Euripidem negligenter scripsisse arguerent aut etiam scripturam, quae nunc est in libris, immutandam esse existimarent. Etenim si distantiam utriusque sideris computaremus, tertia parte nostri hemisphaerii Sirium distare a Vergiliis, si de occasu siderum diceretur, non posse Vergiliis occidentibus Sirium in summo caelo esse. Opposuit G. Hermannus hoc, verba *ἔτι μεσοῦρης* non ita premenda videri, ut ipsum medium caeli locum intelligeremus, sed nihil aliud dici nisi nondum proximum occasui esse Sirium. Ego hoc addo, ne illa quidem verba *ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος* premenda videri, quibus senex tantum modo signa quaedam in caelo, quae erant praeter alia insignia, notare volebat, neque, quod A. Boeckhio iniuria fere omnes concesserunt interpretes, *δῦσαι* occidere sidera significare, sed tantum modo ferri et in caelo moveri, adsentiorque Scaligero, qui quidem primus litem de hoc loco movit in prolegomenis ad Manil. de astrol. vett. Graec. fol. *a.* 3. ed. Boecl. esse hanc rudem illorum temporum astrologiam. Nihil enim aliud vult senex significare nisi Sirium etiam nunc in summo caelo ferri, ut declaretur fere mediam noctem esse. Id alio quodam modo consequi studuit Ennius in Iphigenia sua, ubi Agamemno quum quaesisset: Quid noctis videtur in altisono Caeli clipeo? respondet senex: Temo superat Cogens subli-

Πλειάδος ἄσσων, ἔτι μεσσήρης.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων
οὔτε θαλάσσης· σιγαὶ δ' ἀνέμων
τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις,

V. 8. *ἀΐσσων* libri. *ἄσσων* auctore Valckenario ad Euripidis Hippol. 1352. scriptum est. *μεσήρης* Cod. *B.* a pr. m.

V. 9. *οὐκοῦν* Cod. *B.* a sec. m.

V. 11. *ἔχουσιν* Cod. *B.* a sec. m. *ἔχουσι* Cod. *B.* a pr. m. Cod. *C.*

V. 16. *στείχωμεν ἔσω* Cod. *C.* *στείχομεν ἔσω* Cod. *B.* unde

me etiam atque etiam Noctis iter. Ad quae verba recte iam Varro de ling. Lat. VII. 73. p. 148. ed. Müll. adscripsit: Hic multam noctem ostendere vult a temonis motu. De Ennii loco ex Euripidis expresso vide O. Ribbeck Tragicorum Latinorum reliqu. p. 32 sq. p. 254 sq. et Io. Vahlen Ennianae poesis reliqu. p. 119 sq.

V. 7 sq. *τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος*] De *ἑπτάπορος* usitata Vergiliarum appellatione vide quae diximus ad Orest. 1005. p. 144.

V. 9 sq. *οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων κτέ.*] Altum mediae noctis silentium his verbis ostenditur, neque tamen existimo in iis, quae habet M. Tullius de divinatione II. 26, 57. qui quidem (galli) silentio noctis, ut ait Ennius, favent faucibus russis cantu plausuque premunt alas, Ennium hunc ipsum Euripidis locum expressisse, in qua opinione versatur O. Ribbeck l. c. p. 65. et p. 254 sq., qui quidem etiam eo mihi peccasse videtur, quod verba silentio noctis prorsus aliena ab Ennii oratione esse existimavit, qua in re eum sequutus est etiam Io. Vahlen l. c. p. 120., minime vero olim Fr. H. Bothe in Poet. scenic. Lat. vol. V. p. 50.

V. 10 sq. *σιγαὶ δ' ἀνέμων τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν*] Postquam de tempore noctis edocti sumus, iam etiam de loco, in quo haec fabula agatur, satis commode edocemur, ut intelligamus Aulide ad Boeotiae Euripum rem agi, conf. v. 14. Quod autem olim Blomfieldius in Mus. crit. II. p. 186. pluralem *σιγαὶ* sine exemplo esse contendit locumque mutandum esse dixit, facile doceri potest falsum esse virum doctissimum. Nam neque sine exemplo est numerus eius nominis pluralis, qua de re conf. Platonis de re publ. IV. p. 425. B. ed. H. Steph. *τὰ τοιάδε· σιγάς τε τῶν νεωτέρων παρὰ πρεσβυτέρους, ὡς πρέπει, καὶ καταπλήξεις καὶ ὑπαναστάσεις καὶ γονέων θεραπείας κτέ.*, ubi unus liber non optimus, Cod. Monac. B., *σιγήν* habet, ceteri omnes *σιγάς* tuentur, et ad hunc ipsum locum maxime est accommodatus, quod res ad totius Euripi amplitudinem pertinet, ut silentium non unum aut uno loco fuisse, sed ad plura loca pertinuisse videatur,

Ἀγάμεμνον ἄναξ;
ἔτι δ' ἡσυχία τῇδε κατ' Αὐλιν,
καὶ ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων.
στείχωμεν ἔσω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ζηλῶ σέ, γέρον,
ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον

Aldus edidit *στείχομεν εἴσω*. Ceterum vv. 16—19. habet Alexander Aphr. in Aristot. top. p. 117. Stobaeus flor. LVIII. 2. vol. II. p. 369. tum ultimo omisso Plutarchus de tranqu. anim. p. 471., qui *γέρων* pro *γέρον* scribit.

V. 19. *ἥσσον ἐπαινῶ* Stobaeus l. c., quemadmodum alibi loquitur Euripides, uti in Hippol. 264., liberius laudans.

id quod ipso numero plurali indicatur. Sic desolatae terrae alta silentia agere dicuntur ab Ovidio Metam. I. 349. De ipso Euripo, freto Boeotiam inter et Euboeam sito, conf. quae dixi ad Iphig. Taur. 6. p. 20 sq.

V. 12. *τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις —;*] Quod Agamemno silentia avium et maris et omnis regionis memoraverat, hac re quasi ansa utitur servus senex, ut ex rege quaerat, quamobrem, quum omnia quiescant, ipse e praetorio exierit. Inde tirones intelligent non sine idonea causa hoc loco *σὺ* pronomen in verbis *τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς, ἀΐσσεις;* appositum esse, quod aberat supra in verbis v. 2. *τί δὲ καινουργεῖς, Ἀγάμεμνον ἄναξ;* Ceterum de trisyllabo *ἀΐσσεις* conf. Hec. 31. *Ἐκάβης ἀΐσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἐμόν.* et quae Porsonus ad eum locum adnotavit et Pflugkius p. 19. ed. Goth. alt.

V. 14. *τῇδε κατ' Αὐλιν*] Quod Blomfieldius l. c. scribi voluit *τήνδε κατ' Αὐλιν*, quod supra v. 11. diceretur *τόνδε κατ' Εὔριπον* et infra v. 812. *ταῖσδέ γ' Εὐρίπου πνοαῖς*, id iniuria multi satis probabiliter esse coniectum dixerunt. Rectissime se habet quae in libris est scriptura, quae plane idem vult quod Latinum hic Romae aut hic secundum littus.

V. 15. *καὶ ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων*] Custodiae murorum tum demum moventur, si quid inexspectati fuerit aut quum illucescente die mutantur custodes.

V. 16 sq. *ζηλῶ σέ, γέρον, ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς κτέ.*] Quemadmodum in prima parte orationis et ipsa verborum collocatione et repetitione maximo opere effertur verbum *ζηλῶ*, quod est laudare et fortunatum praedicare aliquem, et veritas sententiae eo ipso confirmari videtur, ita in altera parte e contrario negatio, quae continetur verbis *ἧσσον ζηλῶ*, magis exstat, quod in extrema enuntiationis parte posita est. Recte autem et paene necessario factum est, ut idem verbum, quo supra usus erat poëta, rursus uteretur, ut quae apud Stobaeum est scriptura *ἥσσον ἐπαινῶ* nullo modo possit probari. Ceterum Cicero aut ille auctor, quem ipse sequitur Disput. Tusc. III. 25, 57. hunc Euripidis locum ante oculos habuisse videtur: nec siletur (in philosopho-

βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς ἀκλεής·
τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἥσσον ζηλῶ.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.
καὶ μὴν τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
τοῦτο δέ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερὸν
καὶ φιλότιμον,
γλυκὺ μέν, λυπεῖ δὲ προϊστάμενον.
τοτὲ μὲν τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέντ'

V. 22. *καὶ φιλότιμον* scripsi de Ier. Marklandi coniectura, ita tamen ut interpunctionem post *σφαλερὸν* tollerem. Vide infra adnot. exeget. *καὶ τὸ φιλότιμον* libri. *καὶ τὸ πρότιμον* scripsit Nauckius de coniectura sua.

V. 23. spectavisse videtur Macho apud Athenaeum lib. VI. p. 244. A. in trimetris suis haec ita reddens: *γλυκὺ μέν, προϊστάμενον δὲ λυπεῖ πανταχῇ*.

rum libris, ubi de contemnendo honore agitur) illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit et ignobilis ad supremum diem perventurus. Neque enim credo Ciceronem sua ab Ennio, qui Euripidis fabulam convertit, hoc quidem loco accepisse. Facit huc etiam illud Ovidii trist. III. 4, 25. Crede mihi, bene qui latuit bene vixit. vel potius illud totum Ovidii carmen.

V. 19. *τοὺς δ' ἐν τιμαῖς*] Similiter Plato de legibus lib. X. p. 999. extr. H. Steph. dicit: *παῖδας παίδων καταλιπόντας ἐν ταῖς τιμαῖς ταῖς μεγίσταις*. Frequentior est formula illa usitatissima *οἱ ἐν τέλει*, de qua vide Wesselingium et Valckenarium ad Herodoti IX. 106.

V. 20. *καὶ μὴν τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου*] De particulis *καὶ μήν — γέ*, atqui — quidem, interposita illa voce, quae effertur per particulam *γέ*, conf. quae posui ad Devarium vol. II. p. 652. Mox *ἐνταῦθα* est in honoribus aut penes eos, qui in honore sunt.

V. 22. *καὶ φιλότιμον κτέ.*] Hunc locum, quem fortasse iure Kirchhoffius mutilum esse dixit, interea sic constitui, ut probabilis huius loci sententia haec nascatur, quasi Latine dicas: Istud autem, quod dicis, bonum fallax est et in ambitione positum, ut aliquid dulcedinis ostendat, sed diuturnitate molestum esse videatur. Quod contra, si interpungas: *τοῦτο δέ γ' ἐστὶν σφαλερόν, καὶ φιλότιμον γλυκὺ μέν, λυπεῖ δὲ προϊστάμενον*, sententia quidem recte constabit, ut *φιλότιμον* substantive illud dicatur, quod modo *τὸ καλὸν* appellatum fuerat, sed exspectes tamen potius *τὸ φιλότιμον*, non *φιλότιμον*. Nam quem Aristophanis locum excitavit Bothius de Lysistr. 545 sqq. *αἷς Ἕνι φύσις, ἔνι χάρις, Ἔνι θράσος, ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι δὲ φιλόπολις Ἀρετὴ φρόνιμος.*, in eo loco *σοφόν* etiam sine articulo propter ea, quae

ἀνέτρεψε βίον, τοτὲ δ' ἀνθρώπων
γνῶμαι πολλαὶ
καὶ δυςάρεστοι διέκναισαν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως·
οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.
δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι·

V. 23—33. habet Stobaeus floril. CV. 6. vol. III. p. 308. 309. sed ordine in libris perturbato. V. 28. solum laudat Chrysippus apud Letronnium in Journal des savans a. MDCCCXXXVIII. p. 313.

V. 28. *ἀριστέως* Chrysippus et Stobaeus ll. cc. *ἀριστέος* libri.

V. 29—33. habet Plutarchus consol. ad Apollon. p. 103. V. 29—31. idem Plutarchus de audiendis poetis p. 33.

ante posita sunt, substantiva facilius nominis substantivi locum obtinere potest.

V. 23. *γλυκὺ μέν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον*] Quod huius modi Euripidis sententiae fere in ore populi fuerunt, Machon comicus hunc ipsum locum respiciens scripsit haec apud Athenaeum VI. p. 243. F. et p. 244. A. vol. I. p. 431, 23. Meinek. *Ὁ Χαιρεφῶν κρεάδι' ὠψώνει ποτέ, Καὶ τοῦ μαγείρου, φασίν, ὀστῶδες σφόδρα Αὐτῷ τι προσκόπτοντος ἀπὸ τύχης κρέας, Εἶπεν· μάγειρε, μὴ προσίστα τοῦτό μοι Τουστοῦν· ὁ δ' εἶπεν, ἀλλὰ μήν ἐστι γλυκύ· [Καὶ μὴν τὸ πρὸς ὀστοῦν φασὶ κρέας εἶναι γλυκύ·] Ὁ Χαιρεφῶν δὲ, καὶ μάλ', ὦ βέλτιστ', ἔφη, Γλυκὺ μέν, προσιστάμενον λυπεῖ πανταχῇ.*

V. 24. *τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέντ'*] Recte Brodaeus haec ita exposuit: sacrificia parum rite peracta, vota non reddita, ut ad id pertinere arbitraretur, quod olim Agamemno Dianae devovisset, quod in suo regno natum esset pulcherrimum illo anno, qua de re vide Iphig. Taur. 20. *ὅ τι γὰρ ἐνιαυτὸν τέκοι Κάλλιστον, ἐνξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.* et quae ad l. c. ascripsi p. 23.

V. 25. *ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαί*] Calchantis, Menelai, Ulixi, qui Agamemnoni de immolanda filia persuadere studuerunt. Vide quae dicta sunt in prooemio p. 6.

V. 27. *διέκναισαν*] De vi ac potestate verbi conf. Med. 164. *ὃν ποτ' ἐγὼ νύμφας τ' ἐσίδοιμ' Αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους.* et quae ad l. c. habet Pflugkius p. 31. ed. Goth. alt. De aoristis id fere, quod fieri soleat, denotantibus conf. Rost. gr. Gr. §. 116. 8. adn. 4. p. 588 sq. ed. sept.

V. 28. *ἀνδρὸς ἀριστέως*] De nomine *ἀριστέως* accurate disputavit Porsonus ad Med. 5. p. 16. ed. Germ. tert.

V. 29 sq. *οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς*] Non ea lege te genuit Atreus, ut omnia tibi prospere cederent. FR. H. BOTHE.

V. 31. *δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι*] Firnhaberus adsimulavit Sophoclis

θνητὸς γὰρ ἔφυς. κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.
σὺ δὲ λαμπτῆρος φάος ἀμπετάσας
δέλτον τε γράφεις 35
τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις,
καὶ ταὐτὰ πάλιν γράμματα συγχεῖς·
καὶ σφραγίζεις λύεις τ' ὀπίσω

V. 33. *οὕτω βουλόμεν' ἔσται* libri Euripidis et Plutarchus l. c., nisi quod in eius exemplaribus antiquis legitur *βουλομένων ἔσται. οὕτω νενόμισται* Stobaeus l. c., ut supra v. 19., sententiam potius quam ipsa Euripidis verba spectans.

V. 42. *μὴ οὐ μαίνεσθαι* Cod. *C*., ut videtur, certe Cod. *B*. a sec. m. *μὴ θυμαίνεσθαι* Cod. *B*. a pr. m. Quae sequuntur Cod. *B*. a pr. m. sic habet *τί πονεῖς τί· πονεῖς τί νέον περί σοι βασιλεῦ*., nisi quod *τί νέον* altera manus duplicavit, id quod recepit Aldus. De Trachin. 126. *ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' Ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς Ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας. Ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰν Πᾶσι κυκλοῦσιν οἷον ἄρ || κτον στροφάδες κέλευθοι.* et illud Schilleri nostri: Des Lebens ungemischte Freude ward keinem Irdischen zu Theil.

V. 32. *κἂν μὴ σὺ θέλῃς*] Recte Barnesius laudavit illud Senecae: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

V. 33. *τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται*] *Τὰ θεῶν βουλόμενα* est fere Latine quae placuerunt dis. Conf. infra v. 1272. *οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα.* et vide P. Elmsleium ad Sophocl. Oed. Col. 1219. p. 254 sq. Rost. gr.. Gr. §. 130. 7. adn. 6. p. 719. Ne quis auctore Stobaeo *οὕτω νενόμισται* scribendum putet, quod adrisit multis, commemoro et Plutarchum fere cum Euripidis libris conspirare et liberius etiam aliis locis scriptorum verba a Stobaeo adferri nec difficiliorem scripturam faciliori ad intelligendum scripturae postponendam videri.

V. 34. *λαμπτῆρος φάος ἀμπετάσας*] Hoc non ad accendendam candelam, sed ad excitandam atque augendam flammam, ut melius luceat, pertinet.

V. 36. *τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις*] Fr. Vaterus adsimulavit Rhes. 264. *μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν.* et Troad. 1207. *καὶ μὴν πρὸ χειρῶν οἵδε σοι σκυλευμάτων Φρυγίων φέρουσι κόσμον ἐξάπτειν νεκρῷ.*

V. 37. *καὶ ταὐτὰ πάλιν γράμματα συγχεῖς*] scribere solebant veteres in tabellis cera obductis, ut facile litteras scriptas rursus confundere atque inducere novasque earum loco reponere possent, qua de re conf. Herodoti VII. 239. et quae ad eum locum commentati sunt grammatici. Conscriptae litterae lino vinci et obsignari solebant. Quare is, qui apud Plautum in Bacch. IV. 4, 64 (715. Ritschl.) litteras conficere vult, sibi ecferri iubet: Stilum, ceram et tabellas, linum. cl. ib. v. 96 (748). Cedo tu ceram ac linum actutum. age obliga. obsigna eito. Eo spectant quae legun-

ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην, θαλερὸν
κατὰ δάκρυ χέων,
καὶ τῶν ἀπόρων οὐδενὸς ἐνδεῖς
μὴ οὐ μαίνεσθαι.
τί πονεῖς; τί νέον περί σοι, βασιλεῦ;
φέρε κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς.
πρὸς δ' ἄνδρ' ἀγαθὸν πιστόν τε φράσεις·
σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε Τυνδάρεως

Cod. *C.* parum constat. Recte Blomfieldius v. 42. *τί πονεῖς* delendum esse pronuntiavisse videtur, quem ego sequutus sum.

V. 45. *πρὸς ἄνδρ'* libri, nisi quod in Cod. *B.* δ' sec. m. addidit post *πρὸς* particulam. Potest olim etiam *πρὸς ἔμ' ἄνδρ' ἀγαθὸν* aut *πρός μ' ἄνδρ' ἀγαθὸν* scriptum fuisse.

V. 46. *τότε* libri. *ποτὲ* Barnesius pro varietate in margine.

tur v. 38. *καὶ σφραγίζεις λύεις τ' ὀπίσω.* et Hippol. 864. *ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων Ἴδω τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει.*

V. 39. *ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην*] Non est taeda intelligenda, sed *δέλτος ξυλίνη οὖσα καὶ ἴσως ἐκ πεύκης,* quemadmodum fere exponit Eustathius ad Il. VI. p. 489, 53. conf. Hippol. 1253. *καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις Πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.* et quae ad eum locum docte explicavit Valckenarius huius ipsius loci non immemor p. 338. sq. ed. Lips. Idem sit Racinium dans les memoires de litterature de l'Acad. Roy. des Inscr. et bell. lettr. tom. VIII. p. 290. admiratum esse hunc Euripidis locum eundemque videri ante oculos habuisse Ovidium Metam. IX. 522. Dextra tenet ferrum (stilum), vacuam tenet altera ceram. Incipit et dubitat. Scribit, damnatque tabellas: Et notat et delet. Mutat culpatque probatque: Inque vicem sumptas ponit positasque resumit.

V. 39 sq. *θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέων*] Vox Homerica, tam simplex atque rem ipsam indicans, ut plane popularis fuisse videatur, conf. Iliad. VI. 496. *θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσα.* Odyss. XI. 466. *θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.* XXII. 447. *θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσαι.*

V. 41 sq. *καὶ τῶν ἀπόρων οὐδενὸς ἐνδεῖς κτέ.*] i. e. nihil eorum, quae in consilii inopia ab hominibus fieri solent, omittens, quo insanire videare minus.

V. 44. *φέρε κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς*] Plerumque dativus ad verbum *κοινοῦν* adiungitur: hic videtur adiuncta vox *φέρε* aliquid momenti habuisse, ut *ἐς ἡμᾶς* diceret poëta. Neque dissimile est illud Platonis de legibus XI. p. 930. C. ed. H. Steph. *οἱ προσήκοντες πρὸς τὰς τῶν γάμων ἐπιμελουμένας γυναῖκας κοινούμενοι τὸ δοκοῦν αὐτοῖς τε καὶ ἐκείναις περὶ τῶν τοιούτων ποιούντων.*, de quo loco vide quae G. Stallbaumius nuper commentatus est vol. III. p. 248. ed. Goth.

V. 46 sq. *σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε T. πέμπει φερνὴν*]

πέμπει φερνὴν
συννυμφοκόμον τε δίκαιον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη Κλυταιμνήστρα τ' ἐμὴ ξυνάορος 50

V. 47. *πέμπει* Elmsleius cum Porsono. *πέμπε* a pr. m. *πέμπεν* a sec. m. Cod. *B*. De Cod. *C*. non satis constat, quod apographum Parisinum alterum habet *πέμπεν*, alterum *πέμπει*.

Recte hoc loco *πέμπει* restitutum est. Nam quo pertineat tempus praesens quom ex apposita voce *τότε*, qua de conf. Pflugk. ad Helen. 1081. p. 134. ed. alt. me ad Orest. 99, p. 43., tum e nomine *φερνήν* satis apparet, conf. Med. 955. *κεκτημένη τε κόσμον, ὃν ποθ' Ἥλιος Πατρὸς παιῆρ δίδωσιν ἐγγόνοισιν οἷς*. et Helen. 568. *ἣν σοι δίδωσι Τυνδάρεως ἐμὸς πατήρ*. et quae ad eum locum commentatus sum p. 78. ed. Goth. alt. tum quae nuper dixi ad Iphig. Taur. 23. p. 23. Vide infra v. 240. 577. Rost. gr. Gr. §. 117. 4. adn. b. p. 597. De re ipsa conf. infra v. 868. *χῶτι μ' ἐν ταῖς σαῖσι φερναῖς ἔμβαλεν Ἀγαμέμνων ἄναξ*.

V. 48. *συννυμφοκόμον τε δίκαιον*] Ne quis in adiectivo *δίκαιον* offendat, commemoro iure sibi aequitatis ac iustitiae laudem adsumere servum senem, non solum quod revera homo eius modi videtur fuisse, verum etiam propterea, ut Agamemnoni omnem fidem praestaret earum rerum, quas ut secum communicet illum adhortatur.

V. 49 sqq. iam Agamemno de fide senis nullo modo dubitans non veretur ei omnia, quae usque adhuc egerit, exponere eumque de commutato consilio suo edocere. Hoc ille ita facit, ut non tam senem quam spectatores fabulae ipsos ante oculos habeat et id demonstret, quod in aliis fabulis exponi solet a prologis. Si hoc offensioni fuit multis grammaticis, qui ad eam audaciam progressi sunt, ut de interpolatione hanc Agamemnonis narrationem suspectam haberent aut ex priore, quam finxerunt, fabulae editione petitam dicerent, eos recte iam G. Hermannus aliique in viam revocaverunt docueruntque idem etiam Menandrum aliosque comicos videri fecisse, quod Plautus interdum prologi partes ab initio fabulae retraxisset, veluti in Milite glorioso, in quo post colloquium inter Pyrgopolinicem et Artotrogum habitum v. 1 – 78. inde a v. 79. Palaestrio prologi partes suscipit, quas apertius etiam agit quam hic Agamemno.

V. 49. *Λήδᾳ Θεστιάδι*] „Testii filia a plurimis scriptoribus Leda vocatur, velut ab Euripide Hel. 133. *Θεστιὰς κόρη*, et in Meleagro Fr. 3. [n. 534. v. 6 sq. p. 418. ed. Nauck.] *οἱ Θεστίου κόροι* [*παῖδες*] fratres sunt Ledae, et ceteris accuratius Fr. 1. [n. 519. v. 3 sqq. p. 414. ed. Nauck.] praebet: *Οἰνεὺς ἀνάσσει τῇδε γῆς Αἰτωλίας, Πορθάονος παῖς, ὃς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ, Λήδας ὄμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.*“ FR. VATER.

V. 50. *Φοίβη*] Non satis recte Fr. Vaterus de Phoebe aliunde non constare pronuntiavit. Euripidem enim sequu-

Ἑλένη τε· ταύτης οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι
μνηστῆρες ἦλθον Ἑλλάδος νεανίαι.
δειναὶ δ' ἀπειλαὶ καὶ κατ' ἀλλήλων φόνος
ξυνίσταθ', ὅστις μὴ λάβοι τὴν παρθένον.
τὸ πρᾶγμα δ' ἀπόρως εἶχε Τυνδάρεῳ πατρί,

Vide adn. exeget.

V. 48. *σὺν νυμφοκόμον* Cod. *B.* a pr. m. *ἄν*

V. 54. *ὅστις μή* Cod. *C.*

tus est Ovidius in epist. VIII. 72 sq. Flebat avus Phoebeque soror fratresque gemelli, Orabat superos Leda suumque Iovem. Illud idem recte adnotavit Helenae et Clytaemnestrae sororem ab aliis Timandram appellari, velut ab Eustathio ad Il. II. p. 305, 68. Pausania VIII. 5, 1. Tzetze ad Lycophr. 511. Apollodoro bibl. III. 10, 7., qui quidem etiam quartam sororem Philonoën addit.

V. 51 sq. *ταύτης οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι μνηστῆρες κτέ.*] Aptius inter se coniungenda esse apparet verba *ταύτης μνηστῆρες* huius, nempe Helenae, proci venerunt Graeciae iuvenes, qui principes esse praedicabantur. *οἱ τὰ πρῶτ'· ὠλβισμένοι* sunt illi, qui cum fortunae quasi gratulatione principes totius Graeciae esse dicebantur. Sic *τὰ πρῶτα* dicitur in Med. 916 sq. *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας Τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι σὺν κασιγνήτοις ἔτι.* et in Oreste 1247. *Μυκηνίδες ὦ φίλιαι, Τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἔδος Ἀργείων.* Vide quae Pflugkius disputavit ad Hec. 794 sq. p. 76. et A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 438. 5. p. 818. ed. sec. Eadem loquendi consuetudine usi Latini sunt, uti Lucretius I. 86. Ductores Danaum delecti, prima virorum. Similiter *πάντα* et Latine omnia dicitur, qua de formula vide quae nuper dixi ad Orest. 733. p. 113.

V. 83 sq. *δειναὶ δ' ἀπειλαὶ καὶ κατ' ἀλλήλων φόνος κτέ.*] Permirum est quemquam de his verbis dubitavisse. Nam atroces minae et caedes mutua tamen res inter se ita similes et coniunctae sunt, ut summo iure a poëta componi potuerint. Hoc enim dicitur: Atroces vero minae et mutua inter ipsos caedes excitabatur, nempe ab eo, qui sibi videretur virginem non nancisci. Optativus autem sine *ἄν* particula recte tum locum habet, ubi cogitatio rei ad veritatem non revocatur, qua de re dixi ad Devarium vol. II. p. 104. et saepe in singulis particulis relativis, ibid. p. 491. sq. p. 544 sq. p. 549 sq. p. 560. p. 566 sq. p. 688 sq. De re conf. Isocratis Laud. Helen. §. 40. *οὔπω δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος· αὐτῇ (τῇ Ἑλένῃ) συνοικήσειν, ἀλλ' ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης, οὕτω πρόδηλος ἦν ἅπασιν ἐσομένη περιμάχητος, ὥστε συνελθόντες πέντε ἔδοσαν ἀλλήλοις ἢ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν, νομίζων ἕκαστος τὴν ἐπικουρίαν ταύτην αὑτῷ παρασκευάζειν.*, nisi quod Euripides non ipsos procos, sed Tyndareum potius auctorem huius pactionis fuisse facit.

δοῦναί τε μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως
ἄψαιτ' ἄριστα. καί νιν εἰςῆλθεν τάδε,
ὅρκους συνάψαι δεξιάς τε συμβαλεῖν
μνηστῆρας ἀλλήλοισι καὶ δι' ἐμπύρων
σπονδὰς καθεῖναι κἀπαράσασθαι τάδε,
ὅτου γυνὴ γένοιτο Τυνδαρὶς κόρη,
τούτῳ συναμυνεῖν, εἴ τις ἐκ δόμων λαβὼν
οἴχοιτο τόν τ' ἔχοντ' ἀπωθοίη λέχους,

V. 57. ἄψαιτ' ἄριστα libri Euripidis. Quod Hesychius vol. I. p. 130. ex hac Euripidis fabula adfert ἄθρανστα, quod per ἀκρόσκοπα explicavit, Hemsterhusius hic ἄψαιτ' ἄθρανστα scribendum esse coniecit, quem multi sequuti sunt, in his nuper etiam Nauckius. Ego in re admodum incerta nihil ausus sum mutare.

V. 62. συναμυνεῖν Heathius. συναμύνειν libri.

V. 63. ἀπωθοίη Cod. *C.* ἀπώσασθαι, sed ut litterae ὡσα in litura sint perscriptae, Cod. *B.*

V. 64. κἀπιστρατεύσειν Marklandus. κἀπιστρατεύειν libri. κατασκάψειν Cod. *B.* a pr. m. Cod. *C.* κατασκάπτειν Cod. *B.* a sec. m.

V. 66. ὧδέ πως Klotzius. εὖ δέ πως libri.

V. 68. δίδωσ' Marklandus. δίδωσιν libri. Alii de Elmsleii

V. 56. δοῦναί τε μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως κτέ.] Quod apud Aeschylum in Suppl. 364. ed. Herm. legeretur: ἀμηχανῶ δὲ καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας Δρᾶσαί τε μὴ δρᾶσαί τε, καὶ τύχην ἑλεῖν., Marklandus hoc quoque loco restitui voluit: τύχης θ' ὅπως ἄψαιτ' ἄριστα. Recte rettulit G. Hermannus haec valde dissimilia inter se esse. Apud Aeschylum enim dubitat rex et meticulosus haeret non faciatne an faciat verum fortunam cupereveretur omnino. Hic autem Euripides dicit: Res dubitationem maximam adferebat Tyndareo patri in dando et non dando, aut dicam: sive daret sive non daret, quo modo fortuna illa optime uteretur, ut coniunctione nullo modo usus fuisse videatur.

V. 57. καί νιν εἰςῆλθεν τάδε] Rem ita narrat Scholiastes Homeri ad Il. II. 339. vol. I. p. 113, 36. ed. Bachmann. τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀρίστων ἐπὶ μνηστείαν τῆς Ἑλένης παρόντων διὰ τὸ γένος καὶ τὸ κάλλος, Τυνδάρεως ὁ πατὴρ αὐτῆς, ὡς τινές φασι, φυλασσόμενος μή ποτε ἕνα αὐτῶν προκρίνας τοὺς ἄλλους ἐχθροὺς ποιήσηται, κοινὸν αὐτῶν ὅρκον ἔλαβεν, ἢ μὴν τῷ ληψομένῳ τὴν παῖδα ἀδικουμένῳ περὶ αὐτὴν σφόδρα πάντας ἀμυνεῖν. Pausanias III. 10, 9. refert immolato equo obligavisse iure iurando procos. Apollodorus bibl. III. 20, 9. et Hyginus fab. LXXVIII. Tyndareum hoc auctore Ulixe fecisse narrant. Euripides iam suo more modoque rem persequitur amplius.

V. 58. ὅρκους συνάψαι δεξίας τε συμβαλεῖν] De his vocabulis saepe παραλλήλως compositis conf. quae dixi in adnot. crit. ad Med. 21. p. 16. ed. Goth. alt., ubi huius quoque loci ratio habita est.

V. 59 sq. δι' ἐμπύρων σπονδὰς καθεῖναι κτέ.] He-

κἀπιστρατεύσειν καὶ κατασκάψειν πόλιν
Ἕλλην' ὁμοίως βάρβαρόν θ' ὅπλων μέτα.
ἐπεὶ δ' ἐπιστώθησαν, ὧδέ πως γέρων
ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενί.
δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα,
ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.
ἡ δ' εἵλεθ', ὥς γε μήποτ' ὤφελεν λαβεῖν,
Μενέλαον. ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς
κρίνας ὅδ', ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει,

coniectura scripserunt *διδούς*, in his nuper Nauckius, qui v. 66. sic constituit: *ἐπεὶ δ' ἐπιστώθησαν ἐμπέδως, γέρων — διδοὺς κτέ.*

V. 69. *ὅτου* libri. *ὅπου* Heathius, *ὅτῳ* Boissonadus, *ὅποι* Lentingius. Sine idonea causa omnia. Vide adn. exeget.

V. 70. *ὥς γε* libri. *ὅς σφε* editor Cantabrigiensis, quem nuper sequuti sunt Kirchhoffius et Nauckius.

V. 71—77. usque ad vocem *Μενέλαον* laudat Clemens Alexandrinus paedag. III. 2, 13. p. 259. 15. Pott., sed id quod ipse indicat, liberius, ut inde Euripidis libri non mutandi esse videantur.

V. 72. *κρίνας* libri Euripidis. *κρίνων* Clemens l. c., id quod

sychius: *ἔμπυρα τὰ καιόμενα ἱερά*. Si quando in eius modi pactionibus libationes in sacra flammis cremata infundebantur, eo religiosius sanctiusque id iusiurandum putabatur, conf. Dionysium, Halic. antiq. Rom. III. 18. *τὰ ἱερὰ θύσαντες ὤμοσαν ἐπὶ τῶν ἐμπύρων*. Appiani b. Hisp. 9. *ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων*. Vergilii Aen. XII. 201. Tango aras, medios ignis et numina testor.

V. 63. *τόν τ' ἔχοντ' ἀποθοίη λέχους*] *ὁ ἔχων*, id est, maritus. Conf. euangelium Ioannis III. 29. *ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν*. Androm. 970.

V. 64 sq. *πόλιν Ἕλλην'*] De forma nominis adiectivi vide quae habet Pflugkius ad Heraclid. 131. p. 42. ed. alt. et quae dixi ad Iphig. Taur. 432. p. 42.

V. 67. *ὑπῆλθεν αὐτοὺς T. πυκνῇ φρενί*] Decepit eos. Conf. Androm. 435. *δόλῳ μ' ὑπῆλθες, ἠπατήμεθα*. et quae Pflugk. adnotat p. 68. ed. alt. infra v. 440. *ὑπῆλθε δαίμων, ὥστε τῶν σοφισμάτων Πολλῷ γενέσθαι τῶν ἐμῶν σοφώτερος*. Respondet fere nostro beschleichen et Latino subire, in quam rem conferas Quinctiliani inst. or. IV. 5, 5. interim vero etiam fallendus est iudex et variis artibus subeundus, ut aliud agi quam quod petimus putet.

V. 69. *ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι*] Quod ut *χάριν πνέειν*, vide Aeschyli Agamemn. 1215., sic etiam *Ἀφροδίτην πνέειν* dici poterat, propterea Euripidi *Ἀφροδίτης πνοαί* nihil aliud erant nisi *Ἀφροδίσιαι πνοαί*, ut recte novus genetivus personae eius, unde illae proficiscerentur, adiungi posset. *φέροιεν* autem mutandum non est. Est quasi Latine dicas: cuius invitamenta amoris (eam) ducerent.

V. 72. *ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει*] Quod multi au-

Λακεδαίμον', ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ
χρυσῷ τε λαμπρὸς βαρβάρῳ χλιδήματι,
ἐρῶν ἐρῶσαν ᾧχετ' ἐξαναρπάσας
Ἑλένην πρὸς Ἴδης βούσταθμ', ἔκδημον λαβὼν
Μενέλαον· ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας δρόμῳ
ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται,
ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις·
τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ἄξαντες δορί,
τεύχη λαβόντες στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα

sine idonea causa receperunt Kirchhoffius et Nauckius. Deinceps *ἀνθρώπων* Euripidis libri, *Ἀργείων* Clemens l. c., quod iniuria a multis criticis, nuper etiam a Kirchhoffio et Nauckio receptum est. Deinde *λέγει* pro *ἔχει* dubitanter proponit Nauckius.

V. 73. *στολῇ* libri Euripidis ambo et plerique Clementis, nisi quod apud illum Ms. Exc. Reg. *στολήν*, id quod ex scriptura *στολῆι* facile oriri potuit.

V. 77. *μενέλαος οὖν καθ' ἑλλάδ'* Cod. *B.* e corr. m. sec. et sic volgo olim legebatur. *μενέλαον ὁ δὲ καθ' ἑλλάδ'* Cod. *BC.* Unde recte restitutum est: *Μενέλαον· ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδα*, id quod

ctore Clemente Alexandrino *Ἀργείων* pro *ἀνθρώπων* reponendum esse putaverunt, id aperte falsum est propterea, quod quum haec verba non aliorsum referenda sint nisi ad iudicium Paridis de tribus illis deabus, quae de pulcritudinis laude certaverunt, ea res non tam in Argivorum existimatione posita erat, quam omnino in hominum opinione, ut, si nationem certam appellare deberes, Phrygios potius homines quam Argivos commemorandos putares.

V. 73. *ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ χρυσῷ τε λαμπρός*] Scribi quidem ab Euripide alio quodam modo poterat: *ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ, λαμπρὸς δὲ χρυσῷ κτέ.* Sed non recte tamen fecerunt illi, qui pro *τε* post *χρυσῷ* reponi voluerunt *δέ*. Saepe enim factum est, ut praeposita *μὲν* particula immutata leviter constructione orationis inferretur *τέ*, ut in Orest. 1317 sq. *πάλιν κατάστηθ' ἡσύχῳ μὲν ὄμματι, χρόᾳ τ' ἀδήλῳ τῶν δεδραμένων πέρι.* de quo loco vide quae dixi ad Devarium vol. II. p. 659 sq. et ad Or. 24. p. 32 sq. Pflugkius ad Androm. 466. p. 73. ed. alt. Rost. gr. Gr. §. 134. B. 6. adn. 5. cc. p. 740. ed. sept. De re recte adsimulavit Fr. Vaterus Troad. 985 sq., ubi Hecuba Helenae dicit: *ὃν ἰδοῦσα βαρβάροις ἐσθήμασι Χρυσῷ τε λαμπρὸν ἐξεμαργώθης φρένας.*, quibus addas quae Clemens Alexandrinus l. c. exposuit.

V. 75. *ἐρῶν ἐρῶσαν ᾧχετ' ἐξαναρπάσας*] Helenam lubente animo cum Paride profectam esse aliis locis multis indicatur, Troad. 375. *καὶ ταῦθ' ἑκούσης, οὐ βίᾳ λελῃσμένης.* Troad. 1031 sq. *ἑκουσίως τήνδ' ἐκ δόμων ἐλθεῖν ἐμῶν Ξένας ἐς εὐνάς.* Electr. 1065. *ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ' ἑκοῦσ' ἀπῴχετο.* Alio modo Helena ipsa adulterium commissum excusare studet in

ἥκουσι τῆςδε, ναυσὶν ἀσπίσιν θ' ὁμοῦ
ἵπποις τε πολλοῖς ἅρμασίν τ' ἠσκημένοι.
κἀμὲ στρατηγεῖν κρᾶτα Μενέλεω χάριν
εἵλοντο σύγγονόν γε. τάξιωμα δὲ
ἄλλος τις ὤφελ' ἀντ' ἐμοῦ λαβεῖν τόδε.
ἠθροισμένου δὲ καὶ ξυνεστῶτος στρατοῦ,
ἥμεσθ' ἁπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα.
Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις

tuetur etiam Clemens l. c., qui *Μενέλαον* ad superiora verba adsumpsit. Deinde *οἰστρήσας δρόμῳ* Marklandus. *οἰστρήσας μόρῳ* Cod. *B*. *οἰστρήσας μου* (*υ* extrito ut legi non possit) Cod. *B*. unde in eo libro a sec. m. correctum est *οἰστρήσας μόνος*.

V. 79. *ἀδικουμένοις* Cod. *B*. a pr. m.

V. 80. habet Aristoteles rhet. III. 11., qui legit *ᾗξαντες ποσίν. ἀΐξαντες δορί* Euripidis libri.

V. 83. *ἵπποις τε πολλοῖς ἅρμασιν τ' ἠσκημένοι* Reiskius. *ἵπποις τε πολλοῖς θ' ἅρμασιν ἠσκημένοι* libri.

V. 84. *κρᾶτα*, ut id ad *σύγγονόν γε* pertineret, ego scripsi. *κἄτα* libri.

V. 89. *ἀπορίᾳ κεχρημένοις* Heathius et Marklandus. *κεχρημένος* libri.

Orest. 78 sq. *ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον Ἔπλευσ'. ὅπως ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ.*, ad quem locum vide quae adnotavi p. 41.

V. 76. *ἐκδημον λαβὼν Μενέλαον*] Menelaum peregre fuisse profectum et quidem ob idoneam causam testatur etiam Ptolemaeus Héphaest. apud Photium Bibl. Cod. 190. p. 150 extr. Bekk. *Ἀλεξάνδρου ἁρπάζοντος Ἑλένην Μενέλαος ἐν Γορτύνῃ τῆς Κρήτης ἑκατόμβην ἔθυε τῷ Διΐ.*, cuius loci mentionem Fr. Vaterus fecit.

V. 78. *ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω*] *ὅρκοι* cum genetivo trifariam componuntur, ut aut sint iura iuranda, quae aliquis iuravit, ut dicuntur *ὅρκοι Ἰάσονος*, aut sint eorum, per quos iurata sunt, ut dicuntur *ὅρκοι θεῶν*, aut sint eorum, a quibus exacta sunt, ut hic dicuntur *ὅρκοι Τυνδάρεω*, pro quo infra v. 386. dicit poëta *τὸν Τυνδάρειον ὅρκον*. Conf. Rost. gr. Gr. p. 539. ed. sept.

V. 80. *Ἕλληνες ᾗξαντες δορί*] Recte R. Porsonus adlato Aristophanis Lys. 1150. *Λάκωνες ἐλθόντες δορί.* hanc scripturam tutatus est.

V. 81. *στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα ἥκουσι τῆςδε*] Vide infra v. 1496 sq. *τᾶσδ' Αὐλίδος Στενοπόροισιν ὁρμοις.* et conf. Iphig. Taur. 890.

V. 84 sq. *κἀμὲ στρατηγεῖν — εἵλοντο*] Eustathius ad Il. I. p. 57, 30. *ὅτι δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς ἐξ αἱρέσεως ἦν βασιλεὺς ὁ Ἀγαμέμνων, Εὐριπίδης ἐν Ἰφιγενείᾳ δηλοῖ σαφέστατα.* cl. ib. II. p. 185, 3. conf. Electr. 1081 sq. *ἄνδρ' εἶχες οὐ κακίον' Αἰγίσθου πόσιν, Ὃν Ἑλλὰς αὐτῆς εἵλετο στρατηλάτην.* Vide huius fabulae prooem. p. 5.

V. 88. *ἥμεσθ' ἁπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα*] Vide Iphig. Taur. 15. et quae nuper adnotavi ad l. c. p. 22.

ἀνεῖλεν Ἰφιγένειαν ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ
Ἀρτέμιδι θῦσαι τῇ τόδ' οἰκούσῃ πίδον,
καὶ πλοῦν τ' ἔσεσθαι καὶ κατασκαφὰς Φρυγῶν
θύσασι, μὴ θύσασι δ' οὐκ εἶναι τάδε.
κλύων δ' ἐγὼ ταῦτ' ὀρθίῳ κηρύγματι
Ταλθύβιον εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατόν,
ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν.
οὗ δή μ' ἀδελφὸς πάντα προσφέρων λόγον

V. 92. *κατασκαφὰς* Cod. *B.* e corr. sec. m. *κατασφαγὰς* Cod. *B.* a pr. m. Cod. *C.* conf. v. 64. 531. 1379.

V. 93. pro suppositicio habet A. Nauckius, sine idonea causa. Vide infra adnot. exeget.

V. 90. *ἀνεῖλεν*] Vix dubito quin quae Hesychius habet *Ἀνεῖλεν· ἐχθρῶς ἔχρησε*, huc pertineant, quibus in verbis si *ἐχθρῶς* non adventicium est, propterea additum est a glossatore, ut inimicum Calchantis animum, quo haec non ut ex oraculo quiete proposuisse vates, verum Agamemnoni quasi opposuisse videretur infestus, denotaret.

Ibid. *ἣν ἔσπειρ' ἐγώ*] Recte observavit Vaterus haec dixisse Agamemnonem, non quod dubitaretur de patre Iphigeniae, quam alii alius filiam esse putaverunt, sed quo atrocitas rei ostenderetur magis, si filia, quam genuisset ipse, immolanda esset. Sic saepe numero *πατήρ, ὃς ἐγείνατο*, et quae sunt similia dicuntur.

V. 91. *τῇ τόδ' οἰκούσῃ πίδον*] Sic dicit quod Diana dea tutelaris illius loci erat, in quam sententiam conf. infra v. 183. *πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος' Ἀρτέμιδος ἤλυθον κτέ.* cl. v. 1541. et v. 429 sq., ubi Diana *Αὐλίδος ἄνασσα* appellatur.

V. 93. *θύσασι, μὴ θύσασι δ' οὐκ εἶναι τάδε*] Hic versus ad omnem hunc locum aptissimus est, quod hoc eo urguetur, hac una condicione posse felicem navigationem portendi, si immolaretur Iphigenia, nihil autem earum rerum futurum esse, si illa non immolaretur, ut mihi non satis prudenter egisse videatur is, qui nuper in suspicionem hunc versum vocavit.

V. 97. *οὗ δή μ' ἀδελφὸς πάντα προσφέρων λόγον*] Falso Firnhaberus *οὗ* ad *λόγον* referri voluit. *οὗ δὴ* de loco relatum est ad tempus et, si vim ac potestatem formulae spectamus, respondet fere Latinae voci in eiusmodi narrationibus usitatissimae: ibi tum. Conf. Andocidem de reditu suo §. 16. *δεσμά τε ὕστερον καὶ ὅσα τε καὶ οἷα τῷ σώματι ἀνεσχόμην, μικρὸν ἂν εἴη μοι λέγειν. οὗ δὴ καὶ μάλιστ' ἐμαυτὸν ἀπωλοφυράμην, ὅτις τοῦτο μέν, ἐν ᾧ ἐδόκει, δῆμος κακοῦσθαι ἐγὼ ἀντὶ τούτου κακὰ εἶχον κτέ.* Conf. infra v. 1158. *οὗ σοι καταλλαχθεῖσα περὶ σὲ καὶ δόμους Συμμαρτυρήσεις ὡς ἄμεμπτος ἦν γυνή.*

V. 98. *ἔπεισε τλῆναι δεινά*] Agamemno propter rei atrocitatem, de qua sibi persuasisse significat Menelaum fratrem, aperte loqui veretur, ut mirum non sit, praesertim quum praecesserit praefracta illa

ἔπεισε τλῆναι δεινά. κἀν δέλτου πτυχαῖς
γράψας ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν
πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ὡς γαμουμένην, 100
τό τ' ἀξίωμα τἀνδρὸς ἐκγαυρούμενος
συμπλεῖν τ' Ἀχαιοῖς οὕνεκ' οὐ θέλοι λέγων,
εἰ μὴ παρ' ἡμῶν εἶσιν εἰς Φθίαν λέχος·
πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμήν,

V. 98. *πτύχαις* Cod. *B.* a pr. m.

V. 100. Non erat commendanda, sed repudianda potius Marklandi coniectura *στέλλειν*.

V. 102. *οὕνεκ'* Barnesius. *τοὔνεκ'* Cod. *BC.* sec. apogr. Pariss.

denegatio regis de filiae immolatione, senem servum bonum atque innocentem hanc vocem non ad caedem Iphigeniae referre, sed id, quod Agamemno de nuptiis Iphigeniae moliri videatur, quibus nuptiis oppositis Iphigeniam servare studeat. Id unum debebant illi obtinere, qui hunc Agamemnonis prologum verum atque ab ipso poëta profectum demonstrare voluerunt, nec vero aut hoc contendere senem iam confectum aetate atque obliviosum fuisse, id quod valde discrepat ab eo, quod ipse dixerat v. 4 sq., aut id dicere, regem aversum a sene et submissiore voce, ut is non audiat, haec verba pronuntiare. Quae omnia neque locum suum habent nec ullo modo ad explicandum hunc locum requiruntur.

V. 98. *κἀν δέλτου πτυχαῖς*] in epistolae tabellis. Conf. infra v. 112. Iphig. Taur. 760. et vide quae supra diximus ad v. 37. p. 22.

V. 99 sq. *γράψας ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα — πέμπειν*] Ne quis de repetito verbo *πέμπειν* dubitet, conferat quae diligenter de eiusmodi repetionibus disputavit M Seyffert de dupl. recens. Iphig. Aul. p. 23. et quae dixi ego ad Androm. 1172 sq. p. 139. ed. Goth. alt.

V. 100. *ὡς γαμουμένην*] Etiam hoc ita dicitur, ut tam ad fictas quam ad veras nuptias pertinere possit, ut mirum non sit suspicionem non moveri servo seni. Dein etiam illa, quae versibus, qui proxime sequuntur, dicuntur, eiusmodi sunt, ut Clytaemnestrae commovendae causa etiam in veris nuptiis dici potuerint.

V. 104. *εἰ μὴ παρ' ἡμῶν εἶσιν εἰς Φθίαν λέχος·*] Non illud quidem dixerim, *λέχος* in eiusmodi locis potius coniugem significare quam conubium. Nam aliquanto plus sic audere videretur sermo Graecus quam conveniret. Sed eo, quod dicitur, *λέχος*, id est, lectum genialem Phthiam proficisci, una etiam coniugem adduci, quod sine coniuge lectus ille genialis nullus est et intelligi plane non potest, satis aperte declaratur. Neque vero infra v. 1355. *ἡ ἐμὴ μέλλουσα εὐνή* plane idem est quod *ἡ ἐμὴ μέλλουσα δάμαρ* aut *ἡ ἐ. μ. γυνή*., aut apud Propertium II. 6, 15. lectus idem quod uxor in loco, quem excitavit Marklandus: Felix Admeti coniunx et lectus Ulixi

ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον.
μόνοι δ' Ἀχαιῶν ἴσμεν ὡς ἔχει, τάδε
Κάλχας Ὀδυσσεὺς Μενέλεώς θ'. ἃ δ' οὐ καλῶς
ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν
εἰς τήνδε δέλτον, ἣν κατ' εὐφρόνης σκιὰν
λύοντα καὶ συνδοῦντά μ' εἰσεῖδες, γέρον.
ἀλλ' εἶα χώρει τάσδ' ἐπιστολὰς λαβὼν
πρὸς Ἄργος. ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς,
λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα·
πιστὸς γὰρ ἁλόχῳ τοῖς τ' ἐμοῖς δόμοισιν εἶ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

λέγε καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσσῃ
σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.

V. 105. ἀμφὶ Musgravius et Marklandus, ἀντὶ libri.
V. 109. κατ' εὐφρόνης σκιάν Cod. [B]. κατ' εὐφρόνης omisso σκιάν Cod. C.

Et quaecunque viri femina limen amat.

V. 105. ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον] Haec sine dubio ita Agamemno dixit, ut falsas nuptias has esse, non veras significaret. Sed facile tamen poterat servus senex, quoniam de amplificando et verbis exaggerando hoc matrimonio multa ante erant dicta, et ipsi propterea contrahi videbantur, ut his ipsis nuptiis salus Iphigeniae quaereretur, etiam haec verba ita intelligere, ut ad fallaces potius quam ad simulatas nuptias pertinere illa verba putaret, ut non tam submissiore voce haec pronuntiata esse existimem quam a poëta ita composita, ut ambigua oratio esset. Hoc si ita statuimus etiam, quae v. 106 sq. dicuntur ab Agamemnone, non poterunt senem eo permovere, ut Achillem nihil plane de his nuptiis scire intelligeret. Nam ille debebat sic interpretari illa verba, ut tantum modo ad istas fallacias, quibus per veras nuptias Iphigeniae et Achillis filiam servare vellet.

V. 110. λύοντα καὶ συνδοῦντά μ' εἰσεῖδες] Conf. supra v. 35 sq. Confecerat tamen Agamemno saepe solutas litteras et iam absolutas manibus tenet tabellas.

V. 111. ἀλλ' εἶα χώρει] Usitata in eiusmodi hortatione formula. Conf. Med. 820. Phoen. 997.

V. 113. λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα] Simili de causa etiam in Iphig. Taur. 748. idem fere fit: τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς Λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις κτέ. tum in Xenophontis Disciplina Cyri IV. 5, 26., ubi Cyrus Hyrcanio: Ἀναγνῶναι δέ σοι καὶ τὰ ἐπιστελλόμενα, inquit, βούλομαι, ἵνα εἰδὼς αὐτὰ ὁμολογῇς, ἄν τί σε πρὸς ταῦτα ἐρωτῶ.

V. 119 sqq. πρὸς τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας Αὐλὶν ἀκλύστων.] Recte G. Hermannus hoc vidit, haec non ita dicta esse ab Euripide, quasi

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πέμπω σοι πρὸς ταῖς πρόσθεν
δέλτοις; ὦ Λήδας ἔρνος,
μὴ στέλλειν τὰν σὰν ἶνιν πρὸς
τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας
Αὐλιν ἀκλύσταν.
εἰς ἄλλας ὥρας γὰρ δὴ
παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἁπλακὼν

V. 115. 116., qui in libris post v. 108. leguntur, huc vocavit Reiskius, quem plerique critici sequuti sunt.

V. 122. *εἰς ἄλλας* Cod. *C*. *εἰς τὰς ἄλλας* Cod. [*B*]. Inde hoc Aldus videtur adsumpsisse.

V. 124. *λέκτρων* Scaliger. *λέκτρ'* libri. Deinceps *ἁπλακών* recentiores omnes, *ἁμπλακών* libri.

verba *Αὐλιν ἀκλύσταν* appositionis loco ad verba *τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας* adiungerentur; sed primum per se constare verba *μὴ στέλλειν — πρὸς τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας*, quibus verbis sinuosa Euboeae quasi ala, quae tegat oppidum et portum Aulidis oppositum, designatur, ita dici, ut universam regionis designationem, quo mittenda non esset filia, contineret; quibus verbis deinceps novus accusativus per se constans *Αὐλιν ἀκλύσταν* adiiceretur, ut quo non mittenda esset filia, denotaretur. Exempla etiam posuit Hermannus verbi *στέλλειν* cum solo accusativo iuncti Sophoclis Oed. reg. 413, Euripidis Med. 668. Eleganter ad huius loci similitudinem Vaterus comparavit infra v. 750 sqq. *ἦξει δὴ Σιμόεντα καὶ Δίνας ἀργυροειδεῖς Ἄγγρις Ἑλλάνων στρατιὰς Ἀνά τε ναυσὶν καὶ σὺν ὅπλοις Ἴλιον εἰς τὸ Τροίας Φοιβήϊον δάπεδον.*

V. 122. *εἰς ἄλλας ὥρας γὰρ δή*] Non erat scribendum *εἰς τὰς ἄλλας ὥρας*, ut in proximum annum differrentur nuptiae, sed *εἰς ἄλλας ὥρας* quum sit in aliud omnino tempus, nullam certam spem nuptiarum relinquit, quod ad hunc locum aptissimum est. De post positis particulis *γὰρ δή* conferantur quae explicavi ad Devarium vol. II. p. 251 sqq.

V. 124 sqq. *καὶ πῶς Ἀχιλεὺς κτέ.*] Ubi servus senex intellexit nuptias in incertum tempus differri et Achillem Iphigenia privatum iri, monet Agamemnonem etiam hanc rem satis atrocem sibi videri, si Achilles eluderetur atque iram in Agamemnonem et Clytaemnestram conciperet, quoniam, ut v. 134. explicatius dicit, ipse quoque Achilles deae filius esset, eaque re etiam alius numinis ira excitari posset, ut praeter iram Dianae etiam Thetidis ira extimescenda esset.

V. 124. *λέκτρων ἁπλακὼν*] Conf. Alcest. 241 sq. *ὅστις ἀρίστης Ἁπλακὼν ἀλόχου τῆνδ' ἀ-*

οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ
σοὶ σῇ τ' ἀλόχῳ;
τόδε καὶ δεινόν. σήμαιν' ὅ τι φής.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὄνομ' ἀντ' ἔργου παρέχων Ἀχιλεὺς
οὐκ οἶδε γάμους, οὐδ' ὅ τι πράσσομεν,
οὐδ' ὅτι κείνῳ παῖδ' ἐπεφήμισα
νυμφείους εἰς ἀγκώνων
εὐνὰς ἐκδώσειν λέκτροις.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

δεινά γε τολμᾷς, Ἀγάμεμνον ἄναξ,

V. 125. φυσῶν Musgravius. φυσσῶν libri. ἐπαρεῖ Reiskius, Porsonus, Elmsleius, qui quidem recte ad Heracl. 323. docuit ἀρῶ futurum, quod esset ex ἀερῶ contractum, produci posse, et producta prima syllaba ἀρούμεν est in libris Euripidis Iphig. Taur. 117. et sine dubitatione legitur in Aeschyli Pers. 795. Vide praeter Elmsleium l. c. etiam Fr. Ellendtium in Lexic. Sophocl. vol. I. p. 43. et G. Hermannum ad Sophoclis Trachin. 491. p. 81. ed. sec. ἐπαίρει libri.

V. 128. ὄνομ' ἀντ' ἔργου probabiliter correxit Ungerus in Theban. paradox. p. 376. quod legitur apud Libanium epist. MCCCXCVIII. p. 642. τοῦτο δέ ἐστι δοκοῦντος φιλεῖν οὐ φιλοῦντος καὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα ἕν τέρπον παρεχομένου. Libri quidem Euripidis ὄνομ', οὐκ ἔργον, quod per se falsam sententiam

βίωτον Τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει.

V. 125. οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ σοὶ σῇ τ' ἀλόχῳ] μέγα φυσᾶν dicitur hic de irato, ut δεινὰ φυσᾶν infra v. 376. εἰπέ μοι, τί δεινὰ φυσᾷς αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων; eodemque modo Plautus loquutus est et in Bacch. IV. 2, 21 (603). Sufflatus ille huc veniet. et in Casina III. 3, 18 sq. Verum hic sodalis tuus, amicus optumus, nescio quid se sufflavit uxori suae. tum Horatius sat. I. 1, 20 sq. Quid causae est, merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet etc., ad quem locum vide quae attulit Orellius vol. II. p. 6. ed. tert. huius quoque loci non immemor.

V. 130. ὅτι κείνῳ παῖδ' ἐπεφήμισα κτέ.] Conf. infra v. 1356. ἦν ἐφήμισεν πατὴρ μοι.

V. 131 sq. νυμφείους εἰς ἀγκώνων εὐνὰς ἐκδώσειν λέκτροις] Ubertas orationis est et copia, non abundantia inanis. Et primum quidem ἐκδιδόναι λέκτροις est in matrimonium dare, ei quasi primariae notioni deinde accedit secundaria νυμφείους εἰς ἀγκώνων εὐνάς, id est, fere in coniugales genialis lecti amplexus.

V. 135. ἦγες] adducere conatus es. Nondum enim adducta erat.

V. 137. αἰαῖ, πίπτω δ' εἰς ἄτην] Hoc dicit Agamemno se inito malo consilio, quod etiam si ipsum vitet, tamen in-

ὃς τῷ τῆς θεᾶς σὴν παῖδ' ἄλοχον
φατίσας ἦγες σφάγιον Δαναοῖς.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
οἴμοι, γνώμας ἐξέσταν,
αἰαῖ, πίπτω δ' εἰς ἄταν.
ἀλλ' ἴθ' ἑρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
μηδὲν ὑπείκων.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.
σπεύδω, βασιλεῦ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
μή νυν μήτ' ἀλσώδεις ἴζου
κρήνας μήθ' ὑπνῳ θελχθῇς.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.
εὔφημα θρόει.

non habet. Deinceps Ἀχιλλεὺς Cod. *B.* a pr. m.

V. 130. ἐκεφήμισα Marklandus et Musgravius. ἐπέφησα libri.

V. 132. ἐκδώσειν Marklandus. ἐνδώσειν libri.

V. 134. ὃς τῷ τῆς θεᾶς Canterus. οὕτω τῆς θεᾶς libri.

V. 135. φατήσας Cod. *B.* a pr. m. propter iotacismum.

V. 137. αἳ αἳ Cod. *B.*

V. 139. ἀλλ' ἴθ' Aldus et, ut videtur, Cod. *C.* ἀλλ' εἶθ' Cod. *B.*

cidere videatur in aliam perniciem, quae inde proficiscatur.

V. 139. ἀλλ' ἴθ' ἑρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ μηδὲν ὑπείκων] Haec liberius in Iphigenia sua ita reddidit Ennius apud Festum p. 249, 28. et apud Scholiasten Veron. Vergilii Ecl. V. 88. p. 72. ed. Keil.: Procede: gradum proferre pedum Nitere: cessas, o fide senex? conf. O. Ribbeck Tragicorum Latinorum reliqu. p. 33 et p. 254. et Io. Vahlen Enniauae poesis reliqu. p. 120.

V. 140. μήτ' ἀλσώδεις ἴζου κρήνας] De accusativo a verbo ἵζεσθαι suspenso conf. Helen. 1573. ἄλλοι δὲ τοίχους — ἕζοντο. et quae ad eum locum habet Pflugkius huius ipsius loci non immemor p. 186. ed. alt. Similiter θάσσειν construitur, qua de re conf. Pflugk. ad Androm. 117 p. 36. ed. alt. Rost. gr. Gr §. 104. 3. b. suppl. 1. p. 494. ed. sept. Ad fontes autem eo lubentius acquiescere solebant viatores, si etiam nemus umbram praebebat. Umbrosum igitur fontem cavere iubet Agamemno senem non minus quam somnum, cui ipsi quoque itinere lassus viator facile indulgere solet.

V. 142. εὔφημα θρόει] Bona verba, quaeso! Hoc dicit hic senex sincero animo atque aperto pectore, ut per irrisionem Davus in Terentii Andr. I. 2, 33., ubi Donatus: „Bona verba, quaeso: Hic in εἰρωνείᾳ est εὐφημισμός, quasi dicat: Meliora loquere, rogo te. Ergo cum admonitione: Bona verba, inquit, rogo.“ Similiter εὔφημα φώνει

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πάντῃ δὲ πόρον σχιστὸν ἀμείβων
λεῦσσε φυλάσσων, μή τίς σε λάθῃ
τροχαλοῖσιν ὄχοις παραμειψαμένη 145
παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ' ἀπήνη
Δαναῶν πρὸς ναῦς.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἔσται.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κλῄθρων δ' ἐξόρμα.

V. 144. *μή τίς σε* Marklandus. *μή τί σε* libri.
V. 147. *ναὸς* Cod. *B.*, sed ab sec. m. *ναῦς*.
V. 148. *ἔσται* Cod. *B. ἔσται τάδε* Cod. *C.* Ceterum auctore G. Hermanno hunc versum post v. 151. posuit Nauckius. Vide adn. exeget.
V. 149. *ἦν γὰρ σὺν* Klotzius. *ἦν γάρ νιν* libri. Mox *ἀντήσῃς* Cod. *B.* a pr. m. Cod. *C. ἀντήσας* Cod. *B.* a sec. m.
V. 150. *ἐξόρμα, σεῖε χαλινοὺς* Blomfieldius. *ἐξορμάσῃς*

dicitur in Iphig. Taur. 672. et in Herc. fur. 1184.

V. 143. *πόρον σχιστόν*] Est *πόρος σχιστός* idem quod *ὁδὸς σχιστή* Sophocli in Oedipo rege v. 733. et Euripidi in Phoen. 38. In biviis enim maximo opere cavendum erat servo, ne rheda praetervecta eum fugeret. Non autem sine idonea causa dici videtur: *ἀμείβων λεῦσσε φυλάσσων, μή τίς σε λάθῃ τροχαλοῖσιν ὄχοις παραμειψαμένη — ἀπήνη* κτέ. nam *ἀμείβειν* et *παραμείβειν* inter se opponuntur. Quasi Latine dicas: Lege oculis viam, ne neglegatur et quae sunt eius modi. Conf. quae modo dixi ad v. 99 sq.

V. 148. *ΠΡΕΣΒ. ἔσται. ΑΓΑ. κλῄθρων δ' ἐξόρμα.*] Senex Agamemnoni, qui ei praeceperat, ut in via, maxime in biviis, accedentem rhedam cum filia ne neglegeret, respondet se id sedulo acturum esse, id quod verbo *ἔσται* indicatur, hac voce quodam modo regis orationem praecidens. Ille igitur, quod incohaverat, iam persequitur verbis his: *κλῄθρων δ' ἐξόρμα. ἦν γὰρ* κτέ. Eclaustris vero proficiscere. Quum enim pompis obviam fueris, retroversus move, concute lora, ad Cyclopum aras dimittens (equos). His verbis Agamemno mandata sua absolverat. Dubitat tamen senex num fidem sibi feminae habiturae sint eoque colloquium paulisper continuatur. Hoc si quis reputaverit, ut nunc exposuimus, credo de verborum collocatione ea, quae nunc in libris est, dubitaturum esse neminem.

V. 149. *ἦν γὰρ σὺν πομπαῖς ἀντήσῃς*] i. e. *ἦν γὰρ πομπαῖς συναντήσῃς*. Tmeses enim huiusce modi poëtis tragicis usitatae admodum sunt. conf. v. 263. Accusativus autem *νιν* quo referatur non habet et languet quod est eius loco positum *νῦν*.

V. 150. *σεῖε χαλινοὺς ἐπὶ Κυκλώπων ἑδρὰς θυμέλας*] loris quasi flagellis caedere e-

ἦν γὰρ σὺν πομπαῖς ἀντήσῃς,
πάλιν ἐξόρμα, σεῖε χαλινοὺς·
ἐπὶ Κυκλώπων ἰεὶς θυμέλας.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

πιστὸς δὲ φράσας τάδε πῶς ἔσομαι,
λέγε, παιδὶ σέθεν τῇ σῇ τ' ἀλόχῳ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σφραγῖδα φύλασσ' ἣν ἐπὶ δέλτῳ
τήνδε κομίζεις. ἴθι. λευκαίνει
τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠώς

χαλινοὺς Cod. *B.* a pr. m. ἐξορμάσεις τοὺς χαλινοὺς Cod. *B.* a sec. m. et, ut videtur, Cod. *C.*

V. 151. ἰεὶς Cod. *B.* a pr. m.

V. 154. Agamemnonis personae significatio nulla est in Cod. *C.*

τῇδε

V. 155. τήνδε Cod. [*B.*] et Aldus. τήνδε Cod. *C.*

V. 156. λάμπει δ' Ἠὼς suspicatur Kirchhoffius.

quos iubet, quo cursus eorum in patriam Mycenarum terram acceleretur. Idem quod σείειν χαλινοὺς Homerus in Il. XXIII. 363. expressit verbis his: πέπληγόν θ' ἵμασιν. Sophocles vero in El. 712. ἡνίας χεροῖν ἔσεισαν. Vergilius autem in simili causa lora concutere dixit in Aen. V. 146 sq. Non sic immissis aurigae undantia lora Concussere iugis pronique in verbera pendent. ἐπὶ Κυκλώπων ἰεὶς θυμέλας sic dicitur, non quasi θυμέλαι omnino pro muris sint, id quod quibusdam lexicographis in mentem venit, sed quod quum ceteri muri tum arae maxime, quae sanctissimae atque antiquissimae solent esse substructiones, Cyclopum manibus Mycenis exstructae esse dicebantur, qua de re conf. Orest. 965. p. 139. ed. nostr. Herc. fur. 15. et quae Pflugkius ad eum locum adnotavit p. 19. infra 260. 530. 1496. tum Pausaniam II. 16, 5. VII. 25, 6. et Hesychium in Κυκλώπων ἕδος.

V. 152. πιστὸς — παιδὶ σέθεν τῇ σῇ τ' ἀλόχῳ;] Πιστὸς hic est non fidelis, sed is, cui fides ab aliis habetur, id quod pro re nata saepius de rebus quam de personis dicitur.

V. 154. σφραγῖδα φύλασσ'] Apte Firnhaberus adsimulavit Sophoclis Electr. 1223 sq. ΗΛ. ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; ΟΡ. τήνδε προσβλέψασά μου Σφραγῖδα πατρός, ἔκμαθ', εἰ σαφῆ λέγω.

V. 155. τήνδε κομίζεις] τήνδε pronomen demonstrationem habet, quae magis ad verbum ipsum κομίζεις se applicat et fere adverbialem vim ostendit, qua de re vide quae nuper dixi ad Orest. 34. p. 34 sq., quasi Latine dicas: eccam.

V. 155 sq. λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠώς] Non satis recte Fr. Vaterus mihi adnotasse videtur: 'Nescio an φῶς sit idem quod v. 34.

πῦρ τε τεθρίππων τῶν Ἀελίου·
σύλλαβε μόχθων.
θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς,
οὐδ' εὐδαίμων·
οὔπω γὰρ ἔφυ τις ἄλυπος.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

ἕμολον ἀμφὶ παραχτίαν

V. 159—61. habet Clemens Alexandrinus Stromatorum lib. III. 3, 23. p. 187. ed. Sylb. p. 521. ed. Pott. Orion anth. VIII. 8. p. 53. θνατῶν Orion l. c. εἰς τέλος om. Clemens l. c. ἐς τέλος Orion l. c.

V. 162—203. iam sequitur stropha et antistropha Glyconeis numeris decurrentes hunc in modum:

⏑⏑ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑⏑ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –
– –, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ –
– –, ⏓ ⏑ ⏑ – –
– ⏑⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑, ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – –
⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
⏑ –, ⏓ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ –
⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ –
⏓ ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – –
– –, ⏓ ⏑ ⏑ – –

λαμπτῆρος φάος dicitur', quasi lumen facis obscurari dicatur a luce aurorae. τόδε φῶς λάμπουσ' ἠώς sic dicitur, ut τόδε φῶς ea ipsa lux sit, quae exoriente aurora nascitur diei. De accusativo a verbo λάμπειν suspenso vide Phoen. 228. Helen. 1131. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 496. 2. Rost. gr. Gr. §. 104. A. I. 1. suppl. p. 489. ed. sept.

V. 158. σύλλαβε μόχθων] Haec verba dum dicuntur, discessit servus senex. De constructione conf. Med. 946. ξυλλήψομαι δὲ τοὐδέ σοι κἀγὼ πόνου.

V. 161. communi, quam interponit Agamemno sententia, pronuntiata discedit rex. Adest chorus mulierum Chalcidicarum, qui postquam dixit unde venerit et cur venerit et aliquot Danaorum ductores, quos ad repetendam Helenam Aulidem congregatos viderat, naviumque, quas conspexerat, numerum commemoravit, ex tam fortium virorum virtute atque ex praestantia copiarum paratarum iam luctuosum Troianis belli exitum auguratur.

V. 162 sq. ἕμολον ἀμφὶ παραχτίαν φάμαθον] ἐλθεῖν, μολεῖν ἀμφί τινα τόπον non est

φάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας,
Εὐρίπου διὰ χευμάτων
κέλσασα, στενόπορθμον
Χαλκίδα πόλιν ἐμὰν προλιποῦσ',
ἀγχιάλων ὑδάτων τροφὸν
τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας,
Ἀχαιῶν στρατιὰν ὡς ** ἰδοίμαν
Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους



V. 162. παραχιὰν Cod. *B.* a pr. m.

V. 169. ὡς ἴδοιμ' ἄν libri, ὡς ἐσιδοίμαν Elmsleius. ὡς κατιδοίμαν G. Hermannus.

V. 170. Ἀχαιῶν alii ex superiore versu illatum, ut plane aliud nomen olim fuisse videretur, alii corruptum esse putaverunt, et aut Ἀχρειδᾶν, ut Camperus ad Electr. p. 246., aut ἀρῆων, ut G. Hermannus, aut ἀγανῶν, ut Nauckius corrigendum esse pronuntiaverunt. Repetitum genetivum Ἀχαιῶν defendit F. G. Schoene in Museo philol. Rhen. vol. V. p. 94 sq.

simpliciter venisse in aliquem locum, sed aliquo venisse et in eo loco circumvagari aut circa eum locum versari aut agere aliquid, id quod et in hunc ipsum locum cadit et in similes Aeschyli Prom. 854. ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ γάπεδα τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην. et Euripidis ex Orest. 114. ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον Μελίκραι' ἄφες γάλακτος κιέ.

V. 165. κέλσασα] De hoc in melicis carminibus admodum frequenti verbo conf. quae habet Pflugkius ad Hec. 1057. p. 98 sq. ed alt.

V. 166. Χαλκίδα πόλιν ἐμὰν] Chalcis, civitas Euboeae clarissima, adversum Aulidem sita, nunc Egripo vel Negroponte appellata, quam Strabo X. 1, 8. p. 446. extr. quodam modo urbem Euboeae capitalem, maximam quidem certe esse dicit, ut ab aliis civitatibus differretur, Chalcis Euboïca Columellae de re rust. I. 4, 9. et Lucano V. 227. Chalcis Euboeae Plinio hist. nat. XI. 37 (74), 191. dicta.

V. 168. τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας] Scholiastes Homeri Odyss. XIII. 408. ἰστέον ὅτι Ἀρέθουσαί εἰσι τέσσαρες, ἐν Συρακούσαις, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλ-

ἡϊθέων, οὓς ἐπὶ Τροί-
αν ἐλάταις χιλιόναυσιν
τὸν ξανθὸν Μενέλαον
ἀμέτεροι πόσις
ἐνέπουσ' Ἀγαμέμνονά τ' εὐπατρίδαν στέλλειν ἐπὶ τὰν Ἑλέναν, ἀπ'
Εὐρώτα δονακοτρόφου
Ἱάριος ὁ βουκόλος ἂν ἔλαβε
δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας,
ὅτ' ἐπὶ χρηναίαισι δρόσοις

V. 171. ἡϊθέων Marklandus. ἡμιθέων libri. Deinceps οὓς Scaliger. ὡς libri.

V. 175. ἐννέπουσ' Cod. *B.* a pr. m.

V. 178. ἔλαβε Cod. *C.* ἔλαβες, sed a sec. m. ἔλαβεν, Cod. *B.* Ultima Glyconei syllaba soluta est. Conf. v. 199.

V. 184. ὀρομένα Canterus. ὀρωμέναν libri.

κίδι καὶ ἐν Ἰθάκῃ. conf. Strabonis I. 3, 16. p. 58. X, I, 13. Athenaei VIII. p. 331. B. Eustath. ad Dionys. 475. Id. ad Odyss. p. 1746, 58. Plinii hist. nat. IV. 12 (21), 64.

V. 172. ἐλάταις χιλιόναυσιν] De hoc navium numero conf. quae adnotata sunt ad Orest. 352., ubi huius quoque loci ratio habita est p. 72.

V. 173. τὸν ξανθὸν Μενέλαον] Epitheton Homericum hoc est Menelai, conf. Iliad. III. 284. 434. et alios locos multos. De articulo vide quae dicta sunt ad v. 179.

V. 177. ἀπ' Εὐρώτα δονακοτρόφου] De hac Eurotae fere usitata appellatione conf. Pflugkium ad Helen. 205. p. 43 sq.

V. 179. δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας] Quod G. Hermanno frequentatio articuli in hoc carmine τὸν ξανθὸν Μενέλαον, ἐπὶ τὰν Ἑλέναν, δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας, ἃ Κύπρις offensioni fuit in praef. p. XV. de eaque re Firnhaberus disputavit in Excurs. II. p. 265., id facile explicari potest. Chorus enim haec canit non solum de rebus notis, verum etiam praesentibus et plane ante oculos positis, ut lenior illa monstratio, quam habet articulus, ut rei aut ante explicatae aut per se notae, hic maxime suo loco esse videatur ibi, ubi chorus non ignaris res explicare novas vult, sed notas res et ante oculos positas tantum modo commemorare iis, qui cognoverunt ipsi. Sic τᾶς Ἀφροδίτας in Hippol. 532. et in Aeschyli Sept. ad Th. 555. legitur, τᾶς Θέτιδος in Euripidis Electr. 438. et alia huiusce modi multa in aliis tragicorum locis. Vide Rost gr. Gr. § 98. 3. A. b. p. 429.

V. 180. ὅτ' ἐπὶ χρηναίαισι δρόσοις] Postquam tres illae deae a nuptiis Pelei et Thetidos in Idam montem ad Paridem a Iove erant iussae proficisci, ut eius iudicium, quaenam ceteris praestaret formae pulcritudine, experirentur, rem Paridi commiserunt ad aquas fontanas, isque Venerem pulcherrimam esse iudicavit. Vide Hygini fab. XCII. Servium ad Aen. I. 27. De voce δρόσος vide

Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν, ἔριν
μορφᾶς ἁ Κύπρις ἔσχεν.
ἀντισιροφή.
πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος Ἀρ-
τέμιδος ἤλυθον ὀρομένα,
φοινίσσουσα παρῇδ' ἐμὰν 185
αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ,
ἀσπίδος ἔρυμα καὶ κλισίας
ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλουσ'
ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι.
καταῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω, 190

V. 185. *παρῇδ'* Marklandus. *παρήϊδ'* libri, ut fere in eius modi locis iota adscribi, non subscribi solitum est.

V. 188. *ἐθέλουσ'* Cod. *B.* a pr. m.

V. 189. *ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι* Heathius et Marklandus. *ἵππων ὄχλον ἰδέσθαι* Cod. *C.* *ἵππων ὄχλον τ' ἰδέσθαι* Cod. *B.*

Valckenar. ad Hippol. 121. p. 149. ed. Lips.

V. 183. *πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος Ἀρτέμιδος*] Conf. quae supra dicta sunt ad v. 91. p. 30.

V. 185. *φοινίσσουσα παρῇδ' ἐμὰν αἰσχύνα*] Recte Firnhaberus observavit, non tam de consilio castra videndi, sed quod conspectum virorum reverita esset, pudore fuisse perfusam mulierem, quae chorum duceret. Sic infra Clytaemnestra de Iphigenia dicit v. 994. *ἥξει, δι' αἰδοῦς ὄμμ' ἔχουσ' ἐλεύθερον.* et v. 1341. Iphigenia dicit: *Ἀχιλλέα τόνδ' ἰδεῖν αἰσχύνομαι.* *νεοθαλής* autem dicitur *αἰσχύνη*, quod quo minores aetate virgines sunt, eo maior pudor esse solet.

V. 190 sqq. iam chorus varia armatorum genera, quae in castris Argivorum conspexerit, enumerat, tum singulos principes Argivorum, quos in castris agere cognoverit, paullo accuratius describit, qua in re etiam si, ut aequum erat, Homerum potissimum ante oculos habuisse videtur, tamen non ita eius vestigia pressit, ut modum fabulae excederet iustum.

V. 190. *καταῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω*] Recte haec, quae de duobus Aiacibus dicuntur, per se constare viderunt recentiores grammatici, quae si Graeca verba recte intelligimus, hanc habent eamque aptissimam ad hunc locum sententiam: conspexi vero binos Aiaces ad consultandum considentes. Hanc enim vim habet vox *σύνεδρος*, non ut unum quemque, qui forte fortuna cum aliquo consederit, significet, sed ut denotet eum, qui deliberandi causa cum altero consederit. Conf. Sophoclis Ai. 749. *ἐκ γὰρ συνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου Κάλχας μετασταὰς κτέ.*, ad quem locum vide quae adnotavit Wunderus p. 91. ed. tert. Eiusd. Oed. Col. 1381 sq. *εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.*, ad quem locum recte comparaverunt simile nomen *πάρεδρος*, quod ita tamen differt a *σύνεδρος*, ut hoc eum, qui fere pari potestate est, de-

τὸν Οἰλέως Τελαμῶνός τε γόνον,
τὸν Σαλαμῖνος στέφανον·
Πρωτεσίλαόν τ' ἐπὶ Θάκοις
πεσσῶν ἡδομένους μορ-
φαῖσι πολυπλόκοις
Παλαμήδεά θ', ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσει-

V. 191. *τε γόνον* Cod. *B.* a sec. m. et, ut videtur, Cod. *C.* *ἔγγονον* Cod. *B.* a pr. m.

V. 192. *τὸν Σαλαμῖνος* Hartungius, quem sequutus est Nauckius. *τοῖς σαλαμινίοις* Codd. *BC.*, nisi quod Cod. *B.* ab alt. manu correctum habet *τοῖς σαλαμῖνος*. *τῆς Σαλαμῖνος* Bro-

notet, id est, iustum consiliarium, illud eum, qui maiori potestati quasi adsidet, quum eius potestas minor sit, id est, assessorem. Si saepe *πάρεδρος* et *σύνεδρος* una eademque vi dici videntur, hoc in dicentis arbitrio positum erat, utrum hac an illa dignitate aliquem esse vellet, interpretis est autem verba ipsa sequi. De nomine *σύνεδρος* conf. etiam Herodotum III. 34. Thucydidem IV. 22. Demosthenem de corona §. 154. ed. Bekk. p. 278. 20 sqq. ed. Reisk. Eundem in Timocr. §. 150. p. 747. 5. ed. Reisk. Livium XLV. 32, 2. ut isti interpretes vehementer erravisse videantur, qui poëtam indicavisse negaverunt quamobrem consedissent Aiaces aut etiam eos ita consedisse voluerunt, ut una cum Protesilao luderent. Poëta enim, si quis recte eius verba interpretatur, ipse quid illa verba intelligenda essent satis aperte declaravit.

V. 192. *τὸν Σαλαμῖνος στέφανον*] illud Salaminis insulae decus. Nam non minus honesta civitati persona decus esse dici potest quam res, ut in Troad. 403. *στέφανος οὐκ αἰσχρὸς πόλει καλῶς ὀλέσθαι.* Illud vix opus est me admonere adolescentes discendi cupidos Aiacem Oïlei filium Locrum fuisse, Salaminium autem Aiacem filium Telamonis. Sophoclis Ai. 134 sq. *Τελαμώνιε παῖ τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.*

V. 193. *Πρωτεσίλαον*] Protesilaus, Iphicli filius, qui Thessalos e Phylace ad Troiam expugnandam duxit, quum primus e nave in littus Troianum prosiluisset, ab Hectore confestim est interfectus, quo mortuo Podarces eius copias duxit. Vide Iliad. II. 695 sqq. XV. 704 sq.

V. 194 sq. *ἡδομένους μορφαῖσι πολυπλόκοις*] Est illud constructionis schema, quod vulgo Alcmanicum vocant, quo posito uno nomine appositio nascitur vel praedicatum numero aut plurali aut duali, quia alterum nomen, quod post adiungitur, quasi quadam prolepsi adsumitur, conf. hoc Alcmanis apud Th. Bergk. Anthol. lyr. p 252. ed. sec. *Κάστωρ τε πωλέων ὠκέων δματῆρες, ἱππόται σοφοί, Καὶ Πολυδεύκης κυδρός.* Homeri Iliad V. 774. *ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος*, et XX. 138. *αἱ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων.* Quam rationem tamen apparet locum non habere nisi ibi, ubi aptissime duo aut plura nomina inter se coniunguntur. Conf. Rost. gr.

δᾶνος, Διομήδεά θ' ἡδο-
200 ναῖς δίσκου κεχαρημένον,
παρὰ δὲ Μηριόνην, Ἄρεος
ὄζον, θαῦμα βροτοῖσι, 200
τὸν ἀπὸ νησαίων τ' ὀρέων

daeus, quem Elmsleius et Kirchhoffius sequuti sunt, qui scribunt τὰς Σαλαμῖνος. τοὺς Σαλαμῖνος στέφανον insolenti constructione scripsit G. Hermannus.

V. 194 sq. habet Scholiastes Aristophanis Ran. 1400. πεσῶν Cod. B. a pr. m.

Gr. §. 477 sq. ed. sept. ἡδομένους μορφαῖσι πολυπλόκοις autem sic dicitur, ut illi se variis figuris, quae collocatione calculorum nascerentur, oblectasse dicerentur, eoque magis ad hunc lusum adsumendus erat Palamedes, Nauplii et Clymenes filius, cuius Homerus quidem nullam mentionem fecit, quum qui post Homerum scripserunt eum belli Troiani participem satis gravem fuisse volueruṇt, quod talorum lusum et tesserarum bello Troiano ad belli calamitates tolerandas invenisse dicebatur, vide Sophoclem ap. Eustath. ad Il. p. 228, 6. οὐ λιμὸν οὗτος τῶνδ' ἀπῶσε, σὺν θεῷ Εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας Ἐφεῦρε φλοίσβου μετὰ κοπὴν καθημένους, Πεσσοὺς κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος; et Eustath. ad Odyss. p. 1397, 9. cl. A. Nauckii Tragic. Graec. fragm. 187 sq. Plinii hist. nat. VII. 56 (57), 202. De Palamede omnino conf. Scholiastes Euripidis Orest. 422.

V. 196 παῖς ὁ Ποσειδᾶνος] De Nauplio Neptuni filio conf. Apollodori bibl. II. 1, 5. Hygini fab. XCV.

V. 197. Διομήδεα θ' ἡδοναῖς δίσκου κεχαρημένον] Diomedes, Tydei et Deipylae filius, dux Argivorum ad Troiam. v. Iliad. II. 559 sqq. De disci lusu in castris Argivorum conf. Homeri l. c. 773 sq. λαοὶ δὲ παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης Δίσκοισιν τέρποντο. Ex quo ipso loco probabile est, id quod etiam ipsis verbis ab Euripide indicatur, illos etiam, qui post enumerantur, Merionem, Ulixem, Nireum eiusdem lusus fuisse participes.

V. 199. παρὰ δὲ Μηριόνην] Meriones dux Cretensium, minorum quidem gentium, sed homo tamen fortissimus, Idomenei socius, de quo vide Homeri Iliad. II. 650 sqq. τῶν μὲν (Κρητῶν) ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν, Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. Si is Ἄρεος ὄζος appellatur, potest videri Euripidis ea appellatione virtutem bellicam significare voluisse, ut fit notissimo illo Homerico ὄζος Ἄρηος, quod Iliad. II. 540. 663. 704. 745. 842. et saepe alias legitur, dicitur tamen Meriones Moli filius filii Martis fuisse, v. Apollodori Bibl. I. 7, 7.

V. 201. τὸν ἀπὸ νησαίων τ' ὀρέων Λαέρτα τόκον] De Ulixe, qui Cephallenas asperae et saxosae Ithacae insulae incolas (ἀπὸ νησαίων ὀρέων) ad Troiam duxit, conf. Homeri Il. II. 631 sqq. De Ithaca saxosa (κραναῇ) conf. Iliad. III. 201. Odyss. I. 247. et aspera (τρη-

Λαίφτα τόχον, ἅμα δὲ Νι-
ρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν·
ἐπωδός.
τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν
λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα,
τὸν ἁ Θέτις τέκε καὶ
Χείρων ἐξεπόνασεν,
εἶδον αἰγιαλοῖσι

V. 204—225. sequitur epodus, qui numeris Glyconeis et eis, qui cum illis consociari solent, sic decurrit:



χείῃ) v. Odyss. X. 417. 463. — De particula postposita conf. infra v. 1570.

V. 202. *ἅ μ α δὲ Ν ι ρ έ α, κ ά λ λ ι σ τ ο ν Ἀ χ α ι ῶ ν*] Nireus. Charopi et Aglaiae filius, qui e Syme insula copias ad Troiam duxit, pulcherrimus omnium ducum Achaeorum dicitur fuisse excepto tamen Achille, vide H o m e r i Iliad. II. 673 sqq. *Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα· Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἦν, παῦρος δέ οἱ εἵπετο λαός.*

V. 204 sq. *τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα*] Iam Achillem se vidisse chorus dicit ea agere, quae eius naturae consentanea esse viderentur, id est, cursu se exercentem, dum in arena littoris cum quadrigis Eumeli onustus armis certat. *ἰσάνεμος* est fere expressum ex Homerico illo *ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο* Iliad. XXIV. 342. Odyss. I. 98. etc. Ipse autem Achilles Homero *ποδάρκης* dicitur, Iliad. II. 688. et saepe alias.

V. 602. *τὸν ἁ Θέτις τέκε*] De articulo *ἁ* conf. quae modo diximus ad v. 179. p. 40. De genere autem Achillis ipse Agamemno infra explicatius dicit v. 695 sqq.

V. 207. *Χείρων ἐξεπόνασεν*] „Theocritus XIII. 14. Herculem dicit in formanda Hylae indole spectasse, *ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς κεπονημένος εἴη, Αὐτῷ δ' αὖ ἔλκων ἐς ἀλαθινον ἄνδρ' ἀποβαίη.* Milites *ἐκπεπονημένους, ὡς ἂν κράτιστοι εἶεν* commemorat Xeno-

παρά τε κροκάλαις δρόμον ἔχοντα σὺν ὅπλοις·
ἅμιλλαν δ' ἐπόνει ποδοῖν
πρὸς ἅρμα τέτρωρον
ἑλίσσων περὶ νίκας.
ὁ δὲ διφρηλάτας ἐβοᾶτ'
Εὔμηλος Φερητιάδας,
ᾧ καλλίστους ἰδόμαν
χρυσοδαιδάλτους στομίοις

– ⏑́ –, ⏑́ ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑́ –, ⏑́ ⏑ ⏑ –
– ⏑́ –, ⏑́ ⏑ ⏑ –
– ⏑́ ⏑, ⏑́ ⏑ ⏑ –
– – ⏑́ –, ⏑́ ⏑ ⏑ –
⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
– –, ⏑́ ⏑ – ⏑ – –

V. 209. κροτάλαις Cod. *B*. De Hesychio vide infra adnot. exeget.
V. 213. ἐβοᾶτ' G. Dindorfius. βοᾶτ' libri.
V. 215. ἰδόμαν G. Dindorfius. εἰδόμαν libri.
V. 216. στομίοις Cod. *C*. στομίοισι Cod. *B*.

phon Hell. VI. 4, 28" FR. VATERUS. De re conf. infra v. 707. 1065.

V. 209. παρά τε κροκάλαις] Hesychius II. p. 352. κροκάλαι· ψῆφοι, ἀκταί, ψάμμος. Eustathio ad Iliad. XI. p. 855, 51. κροκάλαι sunt αἰγιαλίτιδες ἄμμοι.

V. 210 sqq. iam copiosius chorus quid Achillem agentem viderit exponit, idque non sine idonea causa institutum est a poëta, quia magnae illius in hac ipsa fabula sunt partes.

Ibid. ἅμιλλαν δ' ἐπόνει ποδοῖν] certamen pedum cum labore perficiebat. Conf. Hippol. 1359 sq. μόχθους δ' ἄλλως τῆς εὐσεβίας εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα.

V. 211 sq. πρὸς ἅρμα τέτρωρον ἑλίσσων] ἑλίσσειν de celerrimo motu in currendo usurpatur eodem modo etiam in Orest. 1292. ἀλλ' αἱ μὲν ἐνθάδ', αἱ δ' ἐκεῖσ' ἑλίσσετε.

V. 124. Εὔμηλος Φερητιάδης] Eumelus, quem Admeto peperit Alcestis, conf. Homeri Il. II. 714 sq., qui ad Troiam optimos equos adduxerat, qua de re Homerus l. c. 763 sqq. haec habet: Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο, Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε, ποδώκεας, ὄρνιθας ὥς, Ὄτριχας, οἰέτεας σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας· Τὰς ἐν Πηρείῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων, Ἄμφω θηλείας, φόβον Ἄρηος φορεούσας.

V. 216. χρυσοδαιδάλτους στομίοις πώλους] equos dicit aureolis frenorum ornamentis instructos. Adiectivum hoc Euripideum

πώλους κέντρῳ θεινομένους,
τοὺς μὲν μέσους ζυγίους,
λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς,
τοὺς δ' ἔξω σειροφόρους,
ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων,
πυρρότριχας, μονόχαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ
ποικιλοδέρμονας· οἷς παρεπάλλετο

V. 220. σειροφόρους G. Dindorfius. σειραφόρους libri.
V. 222. μονόχαλα Cod. [*B.*] μονόλαχα Cod. *C.*
V. 223. ποικιλοδέρμονας H. Stephanus. ποικιλλοδέρμονας Cod. *C.* et Aldus. De Cod. *B.* non constat.
V. 224. ὅπλοισι Heathius. ὅπλοις libri.
V. 225. ἁρματίους Cod. *B.* a. pr. m.
V. 226—247. iam novum strophae et antistrophae par numeris trochaicis sequitur, hoc metro:

– –, ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– –, ⏑⏑ ⏑ – ⏑ [⏑] – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ –

χρυσοδαίδαλτος ridere Aristophanes videtur in Eccles. 793. ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν μέλημα, Κύπριδος ἔρνος.

V. 218. τοὺς μὲν μέσους ζυγίους κτέ.] Isidorus Orig. XVIII. 35, 1. sq. Quadrigarum currus duplici olim temone erant perpetuoque et qui omnibus equis iniiceretur. Iugo primus Clisthenes Sicyonius (de quo conf. Pausaniam X. 7, 6.) tantum medios ingavit eisque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Graeci σειραφόρους, Latini funarios vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur. Conf. Blomfield. ad Aesch. Agam. 815., ubi huius quoque loci ratio habita est p. 221. ed. Lips.

V. 221. ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων] In cursuum flexibus equus funarius is, qui erat exterior in flexu, contentiore cursu tendere debebat, quia spatium, quod ei emetiendum erat, erat amplius. Hanc ob causam quoniam in flexibus diversis modo hic funarius, modo ille velocius currere debebat, illi ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων rectissime a poëta appellantur.

V. 221 sq. μονόχαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ ποικιλοδέρμονας] sub talis solidipedibus cute varia. Sic ποικιλοδέρμονας rectissime dixit, quia in talis equorum pili et rarissimi et brevissimi sunt, ut color in cute magis ipsa quam in pilis appareat.

V. 224 sq. παρ' ἄντυγα καὶ σύριγγας ἁρματείους] ἄντυξ eam partem currus, in qua sedes est, denotat, σύριγγες sunt modioli rotarum (die Radbüchsen), quae et πλῆμναι et χοινικίδες appellantur, conf. Hippol. 1220. et 1223. et quae ad hunc locum exposuit Valckenarius p. 335. ed. Lips.

Πηλεΐδας σὺν ὅπλοισι παρ' ἄντυγα
καὶ σύριγγας ἁρματείους. 225

στροφὴ ά.

ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον
καὶ θέαν ἀθέσφατον,
τὰν γυναικεῖὸν ὄψιν ὀμμάτων.
ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἀδονάν.
καὶ κέρας μὲν ἦν 230

⏑ – ⏑ – ⏑ –
– –, ⏑ – ⏑ – ⏑ –
– –, ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ –, – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ –
– –, ⏑ – ⏑ – ⏑ –

V. 228. *γυναικεῖον* G. Hermannus et A. Boeckhius. *γυναικείαν* libri.

V. 229. *μείλινον* plerisque corruptum esse visum est. Marklandus et Musgravius *μείλιχον* scribi voluerunt, quod ipsum quoque metro non satis facit. G. Hermannus audacius scripsit *μᾶλλον ἁδονᾶν*.

V. 226. *ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον*] *εἰς ἀριθμὸν ἔρχεσθαι* dupliciter dicitur, ut aut sit illud, quod Latine eodem modo dicitur, in numerum venire, id est, numerari, veluti apud Thucydidem II. 72. *καὶ ἄλλο εἴ τι δυνατὸν ἐς ἀριθμὸν ἐλθεῖν*. cl. Euripidis Electr. 1053 sq. *ἥ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε, Οὐδ' εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκει λόγων*. aut dicatur active, ut is in numerum alicuius rei venire dicatur, qui ipse numerare conatur, uti hoc loco, in quo quae accedunt verba *καὶ θέαν ἀθέσφατον*, si quae dubitatio poterat esse, eam plane tollunt et praecidunt.

V. 228 sq. *τὰν γυναικεῖον ὄψιν ὀμμάτων ὡς πλήσαιμι*] Est lusus in verbis ab eadem radice ductis, sententia autem fere huiusce modi: ut muliebre spectandi studium oculorum explerem. De verborum ab eadem radice profectorum similitudine conf. Hec. 704. *ἔμαθον ἐνύπνιον, ὀμμάτων Ἐμῶν ὄψιν, οὗ με παρέβα φάντασμα μελανόπτερον κτέ.* Iphig. Taur. 1141. *ὄψιν δ' ὀμμάτων ἐξήρμοσεν*. Orest. 513. *εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ ἐλθὼν περᾷν*. et quae ad h. l. adnotavi p. 90. ed. Goth.

V. 230 sq. *καὶ κέρας μὲν ἦν δεξιὸν κτέ.*] De accusativo hoc, qui locum, quem quis, dum alicubi versatur aut agit aliquid, occupat, denotat, conf. Heracl. 671. *καὶ δὴ λαιὸν ἔστηκεν κέρας*, id est, laevum in statione cornu occupavit aut, ut dicam simplicius, laevo in cornu stat. Rhes. 474 sq. *ἀλλ' εἴτε λαιὸν εἴτε δεξιὸν κέρας Εἶκ' ἐν μέσοισι συμμάχοις πάρεστί σοι Πέλιην ἐρεῖσαι κτέ.* Suppl. 660. *καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δεξιὸν τεταγμένους Κέρας*. conf. Rost. gr. Gr. §. 104. B. p. 505 sq., ubi tamen huius ipsius usus exempla desidero.

δεξιὸν πλάτας ἔχων
Φθιώτας ὁ Μυρμιδὼν Ἄρης
πεντήκοντα ναυσὶ θουρίαις.
χρυσείαις δ' εἰκόσιν κατ' ἄκρα Νη-
ρῇδες ἕστασαν θεαί,
πρύμναις σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.
ἀντιστροφὴ ά.
Ἀργείων δὲ ταῖσδ' ἰσήρετμοι
ναῦες ἕστασαν πέλας·
ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας

V. 232. *Μυρμιδὼν* G. Hermannus. *μυρμιδόνων* libri.

V. 234. *χρυσείαις* Aldus et, ut videtur, Cod. *C*. *χρυσέαισι* Cod. *B*. *κατ' ἄκρα* Piersonus Verisimil. p. 26. *κατ' ἄκραν* libri, id quod ex continua scriptione *κατακρανηρήιδες* natum est.

V. 235. *ἕστασαν* Cod. *B*.

V. 236. *πρύμναις* Aldus et, ut videtur, Cod. *C*. *πρύμναισι* Cod. *B*.

V. 238. *ἕστασαν* Cod. *B*.

V. 242. *Ἀτθίδας* Dobraeus. Sine idonea causa. Vide infra adnot. exeget.

V. 243. *ναῦς* Cod. *C*. et Cod. *B*., nisi quod is a sec. m. habet *νῆας*.

V. 246. *θετὴν* scribendum esse suspicatur Nauckius.

V. 247. *εὔσημόν τι* Marklandus.

V. 248—271. sequitur altera stropha cum antistropha sua numero trochaico, in hunc fere modum:

– –, ⏑ – ⏑ – ⏑ –

V. 231 sqq. *πλάτας ἔχων Φθιώτας ὁ Μυρμιδὼν Ἄρης κτέ.*] Phthioticus Myrmidon Mars (id est Phthioticus Myrmidonum belli apparatus cl. Androm. 106., palmulas tenet (remos ad navigandum paratos habet) quinquaginta navibus. Tantum numerum navium Myrmidonibus, qui Achillis ductu ad Troiam venerunt, dedit etiam Homerus Iliad. II. 68 sq. *Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί· Τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλεύς.*

V. 234. *κατ' ἄκρα*] in extremitatibus, est fere idem quod infra v. 253. dicitur *ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα*. Nereidas autem insigne navium Achillis fuisse propter Thetida matrem non est quod dicam.

V. 237. *ταῖσδ' ἰσήρετμοι*] non potest dubitari quin hoc sit: naves, quae simili remigio ut illae Phthioticae fuerunt. Ex similitudine enim remorum ipsarum navium similitudo ostenditur. Numerum ipsum maiorem fuisse dicit Homerus, qui octoginta fuisse ait l. c. 568.

V. 239. *ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας παῖς ἦν*] Est is Euryalus Mecistei filius. Mecistei autem pater erat Talaus. Conf. Homeri Iliad. II. 565 sq. *τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν ἰσόθεος φώς, Μηκιστέος υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος.* Apollodori Bibl. I. 8, 13.

παῖς ἦν, Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ·
Καπανέως τε παῖς
Σθένελος· Ἀτθίδος δ' ἄγων
ἑξήκοντα ναῦς ὁ Θησέως
παῖς ἑξῆς ἐναυλόχει θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις ἔχων πτερω-
τοῖσιν ἅρμασιν θετὸν
εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.
στροφὴ β.
Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα, ποντίας



V. 248 *βοιωτῶν* Cod. *B.*, nisi quod in eo articulus *τῶν* a sec. m. praepositus est. *τῶν βοιωτῶν* Cod. *C.*

V. 240. *Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ*] *ὃν* referendum est ad Megisteum, non ad eius filium. De tempore praesenti conf. quae supra ad v. 46 sq. adnotavi p. 24.

V. 241 sq. *Καπανέως τε παῖς Σθένελος*] Hunc eundem praefuisse Argivis navibus dicit Homerus l. c. 564. *καὶ Σθένελος, Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός.*

V. 242 sqq. *Ἀτθίδος δ' ἄγων ἑξήκοντα ναῦς ὁ Θησέως κτέ.*] Homerus, qui facit Menestheum, Petei filium, ducem navium Atheniensium, quinquaginta tantum ei dedit naves. Conf. Iliad II. 552 sqq., quum poëta noster alium, ut videtur, auctorem secutus et Thesei filium fuisse vult, sive Acamanta sive Demophonta, eique sexaginta naves tribuat.

V. 244 sq. *θεὰν Παλλάδ' ἐν μωνύχοις ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν*] Minervae equis currui iunctis vectae effigiem commemorat Pausanias VIII. 47, 1. hodieque eius modi signa exstare testatur K. O. Müllerus in Archaeol. §. 371. 3.

V. 244 sqq. *Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα κτέ.*] Homerus quidem l. c. v. 494 sqq. similem facit numerum navium Boeotiarum, sed plures commemorat duces, in his tamen ipsum quoque Leïtum Alectryonis filium, quem eundem cum Hectore pugnantem facit Homerus Iliad. XVII. 601 sqq.

πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν
σημείοισιν ἐστολισμένας·
τοῖς δὲ Κάδμος ἦν
χρύσεον δράκοντ' ἔχων
ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα·
Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς
ἄρχε ναΐου στρατοῦ·
Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός,
Λοκρὰς δὲ τοῖςδ' ἴσας ἄγων
ἦν ναῦς Οἰλέως, τόκος κλυτὰν
Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν.
ἀντιστροφὴ β.
Μυκήνας δὲ τὰς Κυκλωπίας

V. 250. *ἐστολισμένας* Scaliger. *εὐστολισμένας* libri.
V. 253. *κόρυβα* Cod. *B.* a pr. m.
V. 255. *ἄρχε* Cod. *B.* a pr. m. et, ut videtur, Cod. *C.*
V. 256. post hunc versum spatium duorum versuum vacuum est in Cod. *B.*
V. 257. *Λοκρὰς* de Marklandi coniectura A. Matthiae, G. Hermannus, A. Nauckius. *Λοκρῶν* Heathius, quem sequutus est Fr. Vater. *Λοκρὸς* Scaliger et Canterus. *λοκροῖς* libri. Omnis hic locus nondum persanatus esse videtur.
V. 258. *ἦν ναῦς* Nauckius. *ναῦς ἦν* G. Hermannus. *ναῦς ἦλθ'* A. Matthiae.
V. 260. *Μυκήνας* A. Nauckius. *ἐκ μυκήνας* libri. *τὰς* Cod. *C.* secundum Victorium. *τὰς* Cod. *B.* Deinceps *κυκλωπείας* Codd.

V. 251 sq. *τοῖς δὲ Κάδμος ἦν χρύσεον δράκοντ' ἔχων*] Aptissimum insigne navium Boeotiarum et Thebanarum, quod Cadmus olim, priusquam colere illam terram ei concessum erat, infestum draconem interficere debebat, conf. Apollodori bibl. III. 4, 1. Hygini fab. CLXXVIII.

V. 253. *ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα*] rotundas extremitates dicit in puppibus, in quibus ipsis erant insignia navium, v. Homeri Iliad. IX. 241. *στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα.* cl. Aeschyli Pers. 405. ed. Herm. tum Valerii Flacci I. 273. et auratis Argo reditura corymbis. IV. 691. Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis.

V. 254. *Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς*] Prognatus erat Leïtus ex eo numero, qui e dentibus draconis a Cadmo occisi sparsis et inaratis orti erant, qua de re conf. Apollodorum l. c.

V. 256 sq. *Λοκρὰς δὲ τοῖςδ' ἴσας ἄγων ἦν ναῦς Οἰλέως τόκος*] Homerus Iliad. II. 527. *Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας κτέ.*

V. 259. *Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν*] Urbs haec Locrorum Epicnemidiorum primaria ad Boagrium fluvium sita Thronion est Homero l. c. 533. cl. Strabonis IX. 3, 20. p. 60.

V. 260. *Μυκήνας δὲ τὰς Κυκλωπίας*] De muris Mycenarum Cyclopiis vide quae diximus supra ad v. 150 p. 37.

V. 261 sq. *παῖς Ἀτρέως ἑ-*

παῖς Ἀτρέως ἔπεμπε ναυβάτας
ναῶν ἑκατὸν ἡθροϊσμένους.
σὺν δ' ἀδελφὸς ἦν
ταγός, ὡς φίλος φίλῳ,
τᾶς φυγούσας μέλαθρα
βαρβάρων χάριν γάμων
πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι.
ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος
Γερηνίου κατειδόμαν
πρύμνας σῆμα ταυρόπουν ὁρᾶν,
τὸν πάροικον Ἀλφειόν.

στροφὴ γ'.

Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι

BC., nisi quod κυκλωπίας in Cod. *B.* a sec. m. correctum est.

V. 261. Ἀτρέως παῖς scripsit G. Hermannus propter metri rationem.

V. 264. σὺν δ' ἀδελφὸς Marklandus. σὺν δ' ἄρ' αὐτὸς Mehlhornius. σὺν δ' ἄδραστος libri.

V. 271. τὸν πάροικον Cod. *C.* et sic Cod. *B.*, nisi quod a sec. m. pro τὸν habet ὅταν. πάροικον omisso articulo Aldus.

V. 272—296. sequebatur iam, ut videtur, tertia stropha cum antistropha sua, sed ita corrupta huius partis oratio est, ut vix sententia agnosci, nedum metrum tuto constitui possit.

V. 272 sq. δωδεκάστολοι νᾶες G. Hermannus. δώδεκα στόλοι ναῶν libri.

πεμπε ναυβάτας ναῶν ἑκατὸν] Concordant haec cum Homero l. c. 576 sq. τῶν ἑκατὸν νηῶν ἦρχε κρείων Ἀγαμέμνων Ἀτρεΐδης.

V. 263. σὺν δ' ἀδελφὸς ἦν ταγὸς κτέ.] Etiam haec cum Homericis consentiunt, quae leguntur l. c. 586 sqq., ubi aliarum civitatium navalibus copiis commemoratis hoc dicit poëta: τῶν αὖ ἀδελφεὸς ἦρχε, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, Ἑξήκοντα νεῶν· ἀπάτερθε δὲ θωρήσσοντο. Ἔν δ' αὐτὸς κίεν ἦσι προθυμίησι πεποιθώς, Ὀτρύνων πόλεμόνδε· μάλιστα δὲ ἴετο θυμῷ Τίσασθαι Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε, in quibus illa omissa sunt ab Euripide, quae ei ab huius fabulae ratione abhorrere videbantur.

V. 267. πρᾶξιν] Hesychius: πρᾶξις ἀπαίτησις, ut videtur ex hoc aut simili loco habet.

V. 268 sqq. ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος κτέ.] Quae Homerus copiosius persequitur l. c. 591—602., brevissime commemorat Euripides, insigni tamen navium, quam imaginem Alphei amnis ait fuisse, regionem, unde venerint, designans, quamquam de situ urbis Nestoris iam olim dubitatum est. Vide Strabonem VIII. 3, 1. p. 336. VIII. 3, 7. p. 339.

V. 270. πρύμνας σῆμα ταυρόπουν ὁρᾶν] De taurina amnium specie Musgravius conferri iubet Strabonem X. 2, 19. p. 458. et Aelianum var. hist. II. 33.

V. 272 sq. Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι· νᾶες κτέ.] Hos

νᾶες ἦσαν, ὧν ἄναξ Γουνεὺς
ἄρχε· τῶνδε δ' αὖ πέλας
Ἥλιδος δυνάστορες,
οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς·
Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε·
λευκήρετμον δ' Ἄρη
Τάφιον ἦγεν, ὧν Μέγης ἄνασσε
Φυλέως λόχευμα,
τὰς Ἐχίνας λιπὼν .....
νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους.

V. 273. *Γουνεὺς* Canterus. *ἰουνεὺς* libri. Ceterum G. Hermannus post *ἦσαν* lacunam esse statuit eamque coll. Homeri Il. II. 748 sq. sic complevit:

Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι
νᾶες ἦσαν [ἔκ τε Περ-
ῥαιβίας,] ὧν ἄναξ
Γουνεὺς ἄρχε.

V. 276. *ὠνόμαζε* Cod. *B.*

V. 277—285. sic supplendos censuit G. Hermannus:

Εὐρύτου δ' ἄνασσε τῶνδ'
[ἔκγονος κλυτός,
σὺν τρισὶν τέταρτος ὤν
ταξιάρχοισι,] λευ-
κήρετμον δ' [ἔτασσ'] Ἄρη
Τάφιον ἡγεμὼν Μέγης,

Enienas appellat Homerus l. c. 748 sq. *Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας· Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο κτέ.*

V. 275. *Ἥλιδος δυνάστορες, οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς*] Euripides hic quoque, quae multis verbis persequutus erat Homerus l. c. 615. sqq., brevius dixit, ita tamen ut, quum duces ipsos non nominaret, qui ad bellum profecti essent, regem Epeorum Eurytum fuisse diceret, id quod recte Fr. Vaterus mihi videtur ita explicavisse, ut vivo etiam tum et regnante Euryto alios duces, in quibus fortasse etiam filium Euryti, in bellum profectos videri diceret. Quod si ita interpretamur, Euripidis narratio non discrepat ab Homerica.

V. 276. *οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς*] De imperfecto conf. infra 412. et quae ad eum locum adnotata sunt.

V. 278 sqq. *λευκήρετμον δ' Ἄρη Τάφιον κτέ.*] Haec etsi nondum persanata videntur, tamen non multum recessisse videtur ab Homero Euripides. Ille enim l. c. 625 sqq. haec habet: *Οἳ δ' ἐξ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων Νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλός, Ἥλιδος ἄντα· Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης, ἀτάλαντος Ἄρηι, Φυλεΐδης, ὃν τίκτε Διὶ φίλος ἱππότα Φυλεύς. Τάφιος* enim *Ἄρης* dicitur, quod Taphos erat maxima insularum Echinadum, de qua conf. Homeri Odyss. I. 417. et illae insulae omnino Taphiae appellabantur, v. Plinii hist. nat. IV. 12 (19), 53.

ἀντιστροφὴ γ'.

Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος
δεξιὸν κέρας πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε,
τῶν ἄσσον ὥρμει πλάταισιν
ἰσχάταισι συμπλέκων
δώδεκ' εὐστροφωτάταισι ναυσίν· ὡς
ἄϊον καὶ ναυβάταν
εἰδόμαν λεών·
ᾧ τις εἰ προσαρμόσει
βαρβάρους βάριδας,

Φυλέως λοχευμα,
τὰς Ἑλένας λιπὼν [θοαῖς ναυσὶν]
νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους.

V. 281. Ἑλένας Brodaeus. ἑλίδνας libri.

V. 283. quae sequitur antistropha, eius prior pars a G. Hermanno sic constituta est:

[Λαερτίου παῖς δὲ] δεξιῷ κέρας
λαιὸν [ὅς] ξυνάγε, τῶν
ἄσσον ὥρμει πλάταις·
Αἴας Θ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
ἐσχάταισι συμπλέκων
δωδεκ' εὐστροφωτάταισι ναυσίν.

V. 290. προσαρμόσει Cod. C. προσαρμόσει Aldus. De Cod. B. non satis constat.

V. 282. *νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους*] Taphii enim ob piraticam male audiebant, conf. Strabonem X. 2, 20. p. 459. Scholiasten Apollonii Rhod. I. 747. vol. II. p. 344, 14.

V. 283. *Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος κτέ.*] De hoc nihil aliud nisi haec habet Homerus l. c. 557 sq *Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας. Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.* Euripides autem finxit eum cornu dextrum coniunxisse cum laevo, ut in media parte stetisse videretur.

V. 285. *ὥρμει πλάταισιν*] Eandem formulam habemus in Orest. 55. *Λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτη Ἀκταίσιν ὁρμεῖ.* et in Iphig. Taur. 1043. *οὐ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σέθεν.*

V. 286. *ἐσχάταισιν*] haec vox cum genetivo *τῶν* coniungenda est, non cum *πλάταις*, ut haec constructio sit: *δεξιὸν κέρας πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε, ἐσχάταισι τούτων, ὧν ἄσσον ὥρμει πλάταισιν, συμπλέκων δώδεκ' εὐστροφωτάταισι ναυσίν.* Firnhaberus adsimulavit Sophoclis Ai. 4. *Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει.* et Homerica illa ex Iliad. VIII. 224 sqq. *ἡμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίης Τελαμωνιάδαο, Ἠδ' ἐπ' Ἀχιλῆος· τοὶ ᾧ' ἔσχατα νῆας ἔἴσας Ἕλρυσαν κτέ.*

V. 291. *βαρβάρους βάριδας*] *βάριδες* dicuntur rates barbarorum populorum, quas pro justis navibus habere Graeci detrectaverunt, ut Persarum in Aeschyli Pers. 553, ad quem locum vide quae adnotavit Scholiastes, et Aegyptiorum apud

νόστον οὐκ ἀποίσεται,
ἐνθάδ' οἷον εἰδόμαν
νᾶϊον πόρευμα,
τὰ δὲ κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου
μνήμην σώζομαι στρατεύματος.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

Μενέλαε, τολμᾷς δεῖν', ἃ σ' οὐ τολμᾶν χρεών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἄπελθε· λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.

V. 293 ἐνθάδ' οἷον G. Hermannus. ἐνθάδ' ἄϊον Cod. *C.* sec. apogr. Pariss. et Victorium. ἔνθα δ' ἄϊον Cod. *B.*

V. 295. τὰ δὲ Cod. *C.* sec. apogr. Paris. itemque Cod. *B.*, nisi quod a sec. m. habet τάδε.

V. 298. λίαν δεσπόταισι Cod. *C.* itemque Cod. *B.* nisi quod a sec. m. insertum est γε post λίαν.

V. 300. κλαίεις ante corr. Cod. *B.*

Aeschylum in Suppl. 874. 882. et apud Herodotum II. 96. Conf. quae praeterea attulit Fr. Vaterus ad h. l. p. 256.

V. 295. τὰ δὲ κατ' οἴκους κλύουσα κτέ.] Apparet in his verbis illud quod antepositum est κατ' οἴκους non cum iis verbis, quae proxime posita sunt, coniungendum esse, sed cum verbo σώζομαι. Id ne quis praepostere factum esse existimet, commemoro saepe numero Graecos propter lenem quandam, quae inter singulas voces intercederet, oppositionis rationem singula verba alio loco collocasse, atque exspectaveris. Vide Med. 473 sq. ἐγώ τε γὰρ λέξασα κουφισθήσομαι, Ψυχὴν κακῶς σέ, καὶ σὺ λυπήσει κλύων. et quae ad eum locum a me adnotata sunt p. 57. ed. Goth. alt.

V. 297 sqq. iam Menelaum et servum senem, quem cum epistola dimiserat Agamemno, altercantes videmus in scaenam prodire, ut appareat iam ante quam huc venirent eos inter se litigasse. Nunc enim res iam in ipsum discrimen venisse videtur.

V. 298. ἄπελθε·] Hoc dicit Menelaus servo, qui ipsi instat, ut ei epistolam a se ablatam rursus eripiat, veluti in Hippol. 333. nutrici, quae eius manus et genua amplectitur, dicit Phaedra: ἄπελθε, πρὸς θεῶν, δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες. Neque enim est leniter refellentis haec oratio, ut cuidam grammatico visum est, sed, etiam si res ad manus iniectionem non venit, tamen acerbe reiicientis, ut in Alcest. 729. ἄπελθε κἀμὲ τόνδ' ἔα θάψαι νεκρόν.

V. 300. κλαίοις ἄν, εἰ πράσσοις κτέ.] Menelaus pro imperio minatur, ut in Aeschyli Suppl. 892. ed. Herm. rex verbis his: κλαίοις ἄν, εἰ φανόεσσας, οὐ μάλ' ἐς μακράν,

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

κλαίοις ἄν, εἰ πράσσοις ἃ μὴ πράσσειν σε δεῖ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οὐ χρῆν σε λῦσαι δέλτον, ἣν ἐγὼ ᾿φερον.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐδέ γε φέρειν σε πᾶσιν Ἕλλησιν κακά.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἄλλοις ἀμιλλῶ ταῦτ᾽· ἄφες δὲ τήνδ᾽ ἐμοί.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐκ ἂν μεθείμην.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οὐδ᾽ ἐγωγ᾽ ἀφήσομαι.

V. 301. *ἐγὼ ᾿φερον* Codd. [*B*]*C*. *ἐγὼ φέρω* Aldus.

V. 302. *οὐδέ γε φέρειν σε δεῖ*, ita tamen ut sec. manus *γε* in *σε* mutaverit et *σε* pronomen deleverit, Cod. *B*. *οὐδέ σε φέρειν δεῖ* [Cod. *C*]. *δεῖ* auctore etiam Elmsleio delevit Kirchhoffius.

V. 303. *ἄλλοις* Marklandus. *ἄλλως* libri. *ἀμιλλῶ* Codd. [*B*]*C*. *ἀμιλλᾷ* Aldus.

V. 304. *ἔγωγ᾽* libri. *ἐγώ γ᾽* Kirchhoffius.

cui reddit praeco: *ἤκουσα τοὐπος οὐδαμῶς φιλόξενον*.

V. 302. *οὐδέ γε φέρειν σε πᾶσιν Ἕλλησιν κακά*] Invidiose atque accusatorie Menelaus loquitur, qui illum, quod epistolam ad servandam Iphigeniam datam ferebat, omnibus Graecis mala tulisse dicit.

V. 303. *ἄλλοις ἀμιλλῶ ταῦτ᾽*] Sic recte Marklandus haec restituit et explicavit: „Cum aliis disvepta de his rebus;“ inquit, „nempe, cum Agamemnone. Ita Suppl. 195. *ἄλλοισι δὴ 'πόνησ' ἀμιλληθεὶς λόγῳ Τοιῶδε*, Androm. 128. *δεσπόταις ἀμιλλᾷ*. Plutarch. Cat. Mai. 10. p. 342. B. *βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἀμιλλᾶσθαι καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας*. cum praepositione *πρὸς* ibid. 11. *τῶν δημοτικῶν ὑμιλλωμένων ἀρετῇ πρὸς τοὺς τῷ γένει καὶ τῇ δύξῃ προήκοντας*.“ De dativo vide Orest. 456. et conf. Rost. gr. Gr. §. 105. 3. a. p. 512. ed. sept.

Ibid. *ἄφες δὲ τήνδ᾽ ἐμοί*] In simili causa est apud Sophoclem Philoct. 981. *ἀπόδος, ἄφες μοι, παῖ, τὰ τόξα*.

V. 304. *οὐκ ἂν μεθείμην*] Eodem modo in Sophoclis Philoct. 1301 sq. Philoctetae precanti: *Μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον*. reddit Neoptolemus: *Οὐκ ἄν μεθείην*. Nec aliter in Alcest. 1111. dicitur: *οὐκ ἂν μεθείην τὴν γυναῖκα προσπόλοις*. aut apud Aristophanem in Ran. 830. *οὐκ ἂν μεθείμην τοῦ θρόνου*. Et de optativo quidem cum *ἄν* particula ibi posito, ubi etiam verbum finitum futuro tempore usurpari poterat, conf. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 525. *β*. Rost. gr. Gr. §. 119. 3. c. bb. p. 604. ed. sept.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα. 305

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἀλλ' εὐκλεές τοι δεσποτῶν ὑπηρετεῖν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

μέθες· μακρὸς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ὦ δέσποτ', ἀδικούμεσθα. σὰς δ' ἐπιστολὰς
ἐξαρπάσας ὅδ' ἐκ χερῶν ἐμῶν βίᾳ,
Ἀγάμεμνον, οὐδὲν τῇ δίκῃ χρῆσθαι θέλει. 310

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα·

τίς ποτ' ἐν θύραισι θόρυβος καὶ λόγων ἀκοσμία;

V. 312. *τίς ποτ' ἐν θύραισι* Grammaticus in Bekkeri Anecd. I. p. 369, 8. *τίς δῆτ' ἐν πύλαισι* Cod. *B*. *τίς δῆτ' ἐν πύλαις* Cod. *C*. „Post hunc versum deesse alium, qui Agamemnonis item fuerit, valde probabilis est coniectura Hermanni." KIRCHHOFFIUS. Vide infra adnot. exeget.

V. 305. *σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα*] Iam etiam scipione imperii insigni Menelaus seni minatur eisdem fere verbis, quibus Peleus Menelao in Androm. 589. *σκήπτρῳ δὲ τῷδε σὸν καθαιμάξω κάρα*. In eius modi enim locis tragici fere usitatis formulis uti soliti sunt.

V. 306. *ἀλλ' εὐκλεές τοι δεσποτῶν ὑπηρετεῖν*] Simili sententia chorus utitur in Helen. 1640 sq. *ἀλλ' ἔμ', ὡς πρὸ δεσποτῶν Τοῖσι γενναίοισι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν*. De *ἀλλὰ — τοί* particulis conf. Aeschyli Agam. 1304. *ἀλλ' εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ*. et Euripidis Phoen. 1659. *ἀλλ' εὐκλεὲς τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας*. et quae scripsi ad Devarium vol. II. p. 69 sq.

V. 312. *τίς ποτ' ἐν θύραισι θόρυβος κτέ.*] Quod adscripsit Scholiastes apud A. Matthiae vol. V. p. 595. *διὰ τὸ μετὰ δρόμου ἐξελθεῖν τὸν Ἀγαμέμνονα*, id apparet eo pertinere, quod numerum trochaicum iam infert Agamemno, adnotavitque Vaterus similia simili numero inferri verba a Theseo in Sophoclis Oed. Col. 886. *τίς ποθ' ἡ βοή; τί τοὔργον; ἐκ τίνος φόβου ποτὲ κτέ.*

V. 313. *οὔμὸς οὐχ ὁ τοῦδε μῦθος κτέ.*] Haec dicit Menelaus ipse quoque progrediens, quoniam se a servo sene iam apud Agamemnonem incussari audierat et viderat Agamemnonem ad illum potius conversum loqui quam ad se. Hoc si statuimus, quod ut statuamus adduci possumus etiam eo, quod etiam infra Menelaus v. 315. dicit: *βλέψον εἰς ἡμᾶς.*, nihil est quod quisquam in hac oratione desideret.

V. 315. *βλέψον εἰς ἡμᾶς*] Ut dixi, pudore confusus et conscientia victus Agamemno potius ad servum respexis-

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐμὸς οὐχ ὁ τοῦδε μῦθος κυριώτερος λέγειν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σὺ δὲ τί τῷδ' ἐς ἔριν ἀφῖξαι, Μενέλεως, βίᾳ τ' ἄγεις;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

βλέψον εἰς ἡμᾶς, ἵν' ἀρχὰς τῶν λόγων ταύτας λάβω. 315

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

320 μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον, Ἀτρέως γεγώς;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τήνδ' ὁρᾷς δέλτον, κακίστων γραμμάτων ὑπηρέτιν;

V. 313. seni in libris tribuitur, Menelao reddidit G. Hermannus.

V. 315. *ἐς ἡμᾶς* Cod. *B*.

se, certe Menelaum rectis oculis non spectasse videtur. Recte adsimulavit Firnhaberus Hippol. 946., ubi in simili causa Theseus Hippolyto dicit haec: *δείξον τὸ σὸν πρόσωπον δεῦρ' ἐναντίον πατρί.*

V. 316. *μῶν τρέσας — Ἀτρέως γεγώς;*] Recte Fr. Vaterus sensit, poëtam eo auxisse vim orationis, quod *τρέσαντι* opponeret *Ἀτρέως*, id est, *ἀτρέως* sive *ἀτρέστου, γεγῶτα*. „Sententia", inquit, „haec est: Mene oculos deiicere timidum Atreo natum! id est, filium *ἀτρέστου*. Plato Cratyl. p. 395. B. Steph. *τοῖς δ' ἐπαΐουσι περὶ ὀνομάτων ἱκανῶς δηλοῖ ὃ βούλεται ὁ Ἀτρεύς. καὶ γὰρ κατὰ τὸ ἀτειρὲς καὶ κατὰ τὸ ἄτρεστον καὶ κατὰ τὸ ἀτηρὸν πανταχῇ ὀρθῶς αὐτῷ τὸ ὄνομα κεῖται.* Euphorio apud Hermog. de Id. II. 5. vol. III. p. 325. *Ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν ἀντὶ τοῦ ἄτρεστον καὶ ἄφοβον*, quod repetivit non nominato auctore Ioseph. ibid. p. 502. cf. Zenob. Cent. II, 34. *Ἀτρέως ὄμματα· οἱονεὶ ἄτρεπτα καὶ σκληρά.* Rursus etymi ratione habita infra vs. 1458. legitur: *δόλῳ δ' ἀγεννῶς, Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως.* Nam licet Plato l. l. Atreum exemplum plurimorum vitiorum ponat, et licet ille *δόλῳ ἀγεννῶς* fabulis testantibus cenam istam apposuerit Thyestae, ut alia taceam, tamen concessum erat poëtae cum laude Atreum commemorare, qui in Rheso 497. scripserat: *οὐδεὶς ἀνὴρ εὔψυχος ἀξιοῖ λάθρα Κτεῖναι τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὼν κατὰ στόμα.* Illo enim loco Agamemno dicitur indigno dolo perdidisse filium et contra morem Atrei." Et gaudere Graecos poëtas, maxime tragicos, his similitudinibus a radicibus verborum ductis non semel in Euripidis fabulis explicandis cognovimus.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἰςορῶ, καὶ πρῶτα ταύτην σῶν ἀπάλλαξον χερῶν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὔ, πρὶν ἂν δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι τἀγγεγραμμένα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἦ γὰρ οἶσθ' ἃ μή σε καιρὸς εἰδέναι, σήμαντρ' ἀνεὶς; 320

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

325 ὥστε σ' ἀλγῦναί γ', ἀνοίξας, ἃ σὺ κἀκ' εἰργάσω λάθρᾳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός.

V. 319. *δείξω γε δαναοῖς πᾶσι* Cod. *C.* sec. apogr. Pariss. *δείξω γε δαναοῖς ἅπασι* Cod. *B. δείξω δαναοῖς ἅπασι* Aldus. *τὰ ἐγγεγραμμένα* Cod. *B.* a pr. m.

V. 320. *ἦ γὰρ οἶσθ'* Codd. [*B*]*C. ἦ γὰρ ἦσθ'* Aldus.

V. 319. *πρὶν ἂν δείξω γε Δαναοῖς*] Collocatione particulae *γὲ* maximo opere effertur verbum *δείξω*, in quo ipso summum pondus positum est, qua de re vide quae scripsi ad Devarium vol. II. p. 323 sqq. Conf. mox v. 321. Ceterum similem minationem Firnhaberus attulit e Sophoclis Philoct. 1257. *τῷ δὲ σύμπαντι στρατῷ Λέξω τάδ' ἐλθών, ὅς σε τιμωρήσεταται.*

V. 321. *ἀνοίξας*] Nempe, *οἶδα*, id quod facile ex interrogatione, quae praecedit, elicitur. Vide Rost. gr. Gr. 130. 2. adn. p. 716. ed. sept.

V. 322. *ποῦ δὲ κἄλαβές νιν;*] Multis locis multa a multis adlata sunt exempla, quibus docerent *καὶ* particulam post interrogationem haud raro sicuti hoc loco inlatam esse a poëtis atque oratoribus Graecis, sed pauci enucleare studuerunt quae subesset sententia et qua ratione hoc genus dicendi explicandum esset. De ea re ad Devarium vol. II. p. 633 sqq. diligentius dixisse mihi videor. Declaratur enim hac particula id unum, quod iam' indicatur verbo, quo spectat *καὶ* particula, nos quaerere iam velle, omissis rebus ceteris, quae in illa causa requiri possint. Exempla habent Porsonus ad Phoen. v. 1373. Pflugk. ad Hec. 515. p. 59. ed. Goth. alt. et ad Alcest. 834. p. 113. ed. alt. Conf. Rost. gr. Gr. p. 734. ed. sept.

V. 823. *προσδοκῶν σὴν παῖδ' ἀπ' Ἄργους εἰ στράτευμ' ἀφίξεται;*] Sic interpunxisse rectissime orationem Bothium is sentiet, qui intellexit quanto facilius ita intelligatur accusativus *στράτευμα* a verbo *ἀφίξεται* suspensus, si cum hoc ipso enuntiationis membro *ἀπ' Ἄργους* aptius coniungitur.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

προςδοκῶν σὴν παῖδ', ἀπ' Ἄργους εἰ στρατεύμ' ἀφίξεται.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί δέ σε τἀμὰ δεῖ φυλάσσειν; οὐχ ἀναισχύντου τόδε;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὅτι τὸ βούλεσθαί μ' ἔχνιζε· σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἦφυν. 325

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

330 οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πλάγια γὰρ φρονεῖς, τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ' αὐτίκα.

V. 322. *κἄλαβέσιν* Cod. *B.* a pr. m. Deinde suspicatur Kirchhoffius: *τῆς ἀναισχύντου φρενός.*

V. 326. *οὐχὶ δεῖν', εἰ τόν* G. Hermannus. *οὐκ ἐᾷς ἐμὲ* Nauckius.

V. 324. *οὐκ ἀναισχύντου τόδε;*] Huc respicere videntur, quae habet M. Tullius Disput. Tusc. IV. 36, 77. cuius (irae) impulsu exsistit etiam inter fratres tale iurgium: AGAM. Quis homo te exsuperavit umquam gentium impudentia? MEN. Quis autem malitia te? Nosti quae sequuntur. Alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse., quae auctore Düntzero in Mus. Rhen. a. 1837. p. 444 sq. huc vocaverunt O. Ribbeck. tragicor. Lat. reliqu. p. 34. et p. 255. et Io. Vahlen in Ennianae poesis reliqu. p. 121., altero versu ita constituto: Quis tete autem malitia?

V. 325. *ὅτι τὸ βούλεσθαι μ' ἔχνιζε*] Eadem plane Menelai oratio est quae Simonis in Terentii And. V. 2, 21. DAV. Quam ob rem? SIM. Quia lubet. Interpretes adsimulaverunt Aeschyli Prometh. 933. ed. Herm. *ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ' ἃ βούλομαί λέγω.* et Sophoclis Ai. 1050., ubi Teucer interrogat: *Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον;* respondet Menelaus: *δοκοῦντ' ἐμοί, δοκοῦντα δ' ὅς κραίνει στρατοῦ.*

V. 326. *οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον κτέ.*] Huc fere pertinere videntur quae Ennii habet Rufinianus de fig. sent. et eloc. §. 11. p. 205. ed. Ruhnk. Menelaus me obiurgat? Id meis rebus regimen restitat? quibus verbis imitatur Latinus poëta etiam allitterationem illam, quae est in formula *τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον*, res regere suas, qua de formula dixi ad Phoen. 489., ubi huius quoque loci ratio habita est p. 91.

V. 327. *πλάγια γὰρ φρονεῖς*] id est, ambigua ac lubrica animo volvis, quibus alios fallere studes.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εὖ κεκόμψευσαι· πονηρῶν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

νοῦς δέ γ' οὐ βέβαιος ἄδικον κτῆμα κοὐ σαφὲς φίλοις.

βούλομαι δέ σ' ἐξελέγξαι, καὶ σὺ μήτ' ὀργῆς ὕπο

ἀπορρίπτου τἀληθές, οὔτε κατατενῶ λίαν ἐγώ.

οἶσθ', ὅτ' ἐσπούδαζες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον,

τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι θέλων,

V. 328. *εὖ κεκόμψευσαι* Ruhnkenius ad Timaeum p. 154. *ἐκκεκόμψευσαι* libri. Deinceps *πονηρῶν* Bothius et Nauckius. *πονηρὸν* libri. *πονηρὰ* exempl. Cantabrig.

V. 329. *νοῦς δέ γ' οὐ* [Cod. *C.*] et sic Cod. *B.* a sec. m., in quo est a pr. m. *νοῦς δ' οὐ*. Deinde Nauckius suspicatur *κοὐ σοφοῖς φίλον*.

V. 330. *βούλομαι δέ σ' ἐξελέγξαι* [Cod. *C.*] et sic a sec. m. Cod. *B.* in quo a pr. m. est *δέ σ' ἐλέγξαι*. Kirchhoffius existimavit posse etiam scriptum fuisse: *βούλομαι δ' ἐγώ σ' ἐλέγξαι*. Sine idonea causa, opinor. Nec magis placet coniectura Nauckii, qui proposuit: *βούλομαι δὲ δή σ' ἐλέγξαι*.

V. 331. *ἀποστρέφου* Cod. *B.* a pr. m. *οὔτε κατατενῶ λίαν*

V. 328. *πονηρῶν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή*] „Si quidem non quaevis *γλῶσσα σοφὴ* dici potest *ἐπίφθονον*, potest *πονηρῶν*, qui pravitatem animi sapientibus verbis involvunt occuluntque.“ BOTHIUS.

V. 329. *κοὐ σαφὲς φίλοις*] *κτῆμα οὐ σαφὲς φίλοις* est res non perspicua aut spectata satis amicis, ut certo ei confidere possint.

V. 330 sq. *μήτ' ὀργῆς ὕπο — οὔτε*] De *μήτε — οὔτε* particulis inter se respondentibus conf. quae dixi ad Devarium vol. II. p. 715., ubi hoc Demosthenis pro exemplo posui de rebus Cherson. §. 53. *ἃ μήτε γένοιτο οὔτε λέγειν ἄξιον*.

V. 332. *οἶσθ', ὅτ' ἐσπούδαζες κτέ.*] De *ὅτε*, ubi dici poterat etiam *ὅτι*, conf. Pfugk. ad Hec. 112. p. 24 sq. ed. Goth. alt. me ad Devarium vol. II. p. 687. Rost. gr. Gr. §. 121. I. 8. c. adn. 3. p. 648 sq. ed. sept.

V. 333. *τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων κτέ.*] id est, specie quidem non desiderans (nempe imperium), voluntate vero tua cupiens, ut *βούλεσθαι* ad veram hominis voluntatem et ad id, quod sibi apud animum suum proposuerit, spectet, ut recte *τῷ δοκεῖν* opponi possit, *θέλων* autem omnino significet, quid velit aut quid ei lubeat. In quam sententiam recte disputavit Fr. Ellendtus, qui dixit *θέλειν* proclivitatem quandam animi, desiderium quoddam libenter faciendi significare sibi

ὡς ταπεινὸς ἦσθα πάσης δεξιᾶς προσθιγγάνων
καὶ θύρας ἔχων ἀκλήστους τῷ θέλοντι δημοτῶν,
καὶ διδοὺς πρόσρησιν ἐξῆς πᾶσι, κεἰ μή τις θέλοι,
τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου;
κἄπειτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχάς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους
τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος,
δυσπρόσιτος ἔσω τε κλῄθρων σπάνιος. ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν

ἐγώ G. Hermannus, L. Dindorfius. οὗτοι κατανῶ λίαν σ' ἐγώ libri. Boeckhius, qui v. 330. scribi voluit καὶ σὺ μή γ', hic scripsit οὗτοι κατανεύω λίαν ἐγώ.

V. 332. δαναΐδες Cod. *B*.

V. 333 Nauckius dubitanter proponit: τῷ λέγειν μὲν οὐχὶ χρήζων, τῷ δὲ φαίνεσθαι θέλων. Vide adnot. exeget.

V. 334. ἦσθα πάσης Marklandus. ἦς ἁπάσης Aldus et [Cod. *C*]. ἦς πάσης Cod. *B*. ἦσθα πᾶσι, δεξιᾶς Nauckius. Vide adnot. exeget.

V. 336. ἐξῆς Cod. *B*.

V. 339. ἦσθα Codd. [*B*]*C*. οἶσθα Aldus.

V. 340. κλῄθρων Codd. [*B*]*C*. κλείθρων Aldus.

vider; (Lust haben), βούλεσθαι autem consilium aliquod secundum deliberationem apud nos constitutum et propositum (sich entschliessen, sich vornehmen). Vide eius Lexic. Sophocl. vol. I. p. 316.

V. 334. ὡς ταπεινὸς ἦσθα] ταπεινὸς non eum in his locis significat, qui semper humilis est, sed temporis causa se humilem facit et abiicit, dum humiliter aliquid ambit, velut in Hecuba 245. Orest. 1411. Androm. 165.

Ibid. πάσης δεξιᾶς προσθιγγάνων] Contemptius dicitur: πάσης δεξιᾶς προσθιγγάνειν, quam si diceret πᾶσι, quamvis licet humilem aut etiam sordidam manum praehendens. In simili causa dixit Horatius epist. I. 6, 51. qui — cogat trans pondera dextram Porrigere., ad quem locum vide quae adnotaverunt grammatici.

V. 337. ἐκ μέσου] Brodaeus hoc explicat: id quod propositum in medio fuerat omnibus.

V. 337. μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους] Abundare videri potest ἄλλους, sed adiicitur tamen rectissime. Est: mutando alios adsumere mores. Vide infra v. 358. μεταβαλὼν ἄλλας γραφάς.

V. 340. δυσπρόσιτος ἔσω τε κλῄθρων σπάνιος] non satis recte illi videntur iudicavisse, qui tautologiam in his verbis inesse putaverunt. Illud

τὸν ἀγαθὸν πράσσοντα μεγάλα τοὺς τρόπους μείθιστάναι,
ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶναι τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατός ἐστιν εὐτυχῶν.
ταῦτα μέν σε πρῶτ' ἐπῆλθον, ἵνα σε πρῶθ' εὕρον κακόν.
ὡς δ' ἐς Αὐλιν ἦλθες αὖθις χὠ Πανελλήνων στρατός,
οὐδὲν ἦσθ', ἀλλ' ἐξεπλήσσου τῇ τύχῃ τῇ τῶν θεῶν
οὐρίας πομπῆς σπανίζων. Λαναΐδαι δ' ἀφιέναι
ναῦς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Αὐλίδι.

V. 342. ἀλλὰ χρὴ proponit Nauckius.

V. 344. μέν σε Cod. C. et sic Cod. B. nisi quod a sec. m. correctum est μέν σοι. Deinde εὕρον Reiskius. εὕρος Cod. B. εὕρω Aldus et [Cod. C.].

V. 345. ἦλθες Musurus. ἦλθεν libri. Deinceps αὖτις καὶ ὁ Codd. BC., nisi quod in Cod. B. a sec. m. est: αὖθις χ' ὡ. αὖτὸς exempl. Cantabrig. Kirchhoffio scribendum videtur: ὡς δ' ἐς Αὐλιν ἦλθεν αὐτίχ' ὅδε Πανελλήνων στρατός.

V. 346. suppositicium esse existimavit Nauckius.

V. 349. ὡς δ' ἄνολβον Cod. B. a sec. m. et [Cod. C.] ὡς ἄνολβον Cod. C. a pr. m. ὄμμα Cod. C. ὄνομα Cod. B.

enim δυσπρόσιτος nihil aliud significat nisi difficilem aditum ad eum fuisse, hoc, quod adiungitur: ἐσω κλήθρων σπάντιος, est, et si quando admissus aliquis erat, parcus erat verborum (zurückhaltend).

V. 344. ταῦτα μέν σε πρῶτ' ἐπῆλθον] Conf. Androm. 689. ταῦτ' εὖ φρονῶν σ' ἐπῆλθον, οὐκ ὀργῆς χάριν. De duplici accusativo conf. Rost. gr. Gr. §. 104. II. 4, d. bb. p. 503 sq., ubi tamen mentionem verborum νουθετεῖν, ἐπέρχεσθαί τινά τι desidero.

V. 346. οὐδὲν ἦσθ'] Id hoc loco non aliter dicitur nisi aliis locis multis, ut sit: nihil eras, id est, nihil valebas, nulla auctoritate, nulla fortitudine eras, abiecto animo inveniebare, nostra lingua: du warst ohne Halt. Vide infra v. 967. Androm. 642. 1078. Phoen. 406. cl. A. Matthiae gr. Gr. ampl. §. 437. adn. i. p. 816. ed. alt

V. 349. ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τε] Vide infra v. 1127. σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων. Eodemque modo voltum confusum dixerunt Livius XLI. 15. et Ovidius trist. III. 5, 11. ore confuso Curtius VI. 7, 18. confusioremque faciem Tacitus ab exc. divi Aug. IV, 65. De re Marklandus conferri iussit Caelium apud M. Tullium epist. VIII. 14, 1. numquam tibi oculi dolu issent, si in repulsa Domitii voltum vidisses.

V. 350. μὴ — ἐμπλήσας] Iniuria in participio aoristi hae-

ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τε, μὴ νεῶν
χιλίων ἄρχων τὸ Πριάμου πεδίον ἐμπλήσας δορός. 350
καμὲ παρεκάλεις· „τί δράσω; τίνα δὲ πόρον εὕρω πόθεν;“
ὥστε μὴ στερέντα σ' ἀρχῆς ἀπολέσαι καλὸν κλέος;
κἄτ' ἐπεὶ Κάλχας ἐν ἱεροῖς εἶπε σὴν θῦσαι κόρην
Ἀρτέμιδι καὶ πλοῦν ἔσεσθαι Δαναΐδαις, ἡσθεὶς φρένας
ἄσμενος θύσειν ὑπέστης παῖδα· καὶ πέμπεις ἑκών, 355

V. 350. *τὸ πριάμου τε πεδίον* Cod. *B.*, in quo virgula traducta manus secunda delevit articulum. *πριάμου τε πεδίον* Cod. *C.* Veram scripturam iam P. Elmsleius restituerat. Nauckius autem hunc et antecedentem versum pro suppositiciis habuit.

V. 351. *τίνα δὲ πόρον εὕρω πόθεν* [Cod. *C.*] *τίνα πόρον εὕρω πόθεν* (*τίνα δὲ πόρον* a m. sec.) Cod. *B.* *τίν' ἀπορῶν εὕρω πόρον* scripsit Nauckius. *τίνα πόρον τέμω πόθεν* suspicatur Kirchhoffius.

V. 352. *στερέντα σ'* Codd. *BC.* *στερέντας* Marklandus. *ἀρχῆς* Codd. [*B.*]*C.* *ἀρχᾶς* Aldus.

sitasse A. Matthiae recte animadvertit G. Hermannus. Est enim hoc: quum non implevisset, non: quum non impleturus esset, quod esset *μὴ — ἐμπλήσων*. Eo enim tempore Agamemno statuere debebat de ea re iam actum esse.

V. 351. *καμὲ παρακάλεις*] Et me advocasti. Id quoniam eo pertinuit, ut cum illo consilium caperet, iam illud, de quo se ab illo consultum esse dicit directis interrogationibus infertur. De duplici interrogatione in uno enuntiato Graecis admodum usitata conf. Rost. gr. Gr. §. 123. b. IV. 10. d. p. 686. ed. sept.

V. 352. *ὥστε μὴ στερέντα σ' ἀρχῆς κτέ.*] Quod dicitur hic Agamemno veritus esse ne fieret, alii factum esse statuerunt, ut imperio privaretur ipse, Palamedes autem in eius locum sufficeretur, in quam sententiam Fr. Vaterus laudavit Ptolemaeum Heph. apud Photium Bibl. Cod. 190. p. 151. pr. Bekk. *τοῦ δὲ (Ἀγαμέμνονος) μὴ ἀνασχομένου (θῦσαι τὴν Ἰφιγένειαν) ὀργισθέντες οἱ Ἕλληνες ἀφεῖλοντο αὐτοῦ τὸ κράτος καὶ κατέστησαν βασιλέα Παλαμήδην.*

V. 353. *ἐπεὶ Κάλχας ἐν ἱεροῖς εἶπε*] *εἶπεν* est hic idem quod iussit, ut supra v. 95. *θαλθύβιον εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατόν.* Orest. 269. *οἵς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνασθαι θεάς.* Conf. Pflugk. ad Hec. 303. p. 41. ed. alt. Similiter infra v. 355 sqq. dicitur *πέμπεις — παῖδα σὴν δεῦρ' ἀποστέλλειν*, quoniam *πέμπειν* verbo iubendi notio adhaerescit.

οὐ βίᾳ, μὴ τοῦτο λέξῃς, σῇ δάμαρτι παῖδα σὴν
δεῦρ' ἀποστέλλειν, Ἀχιλλεῖ πρόφασιν ὡς γα-
μουμένην.
κἄπ' ὑποστρέψας λέληψαι μεταβαλὼν ἄλλας
γραφάς,
ὡς φονεὺς οὐκέτι θυγατρὸς σῆς ἔσει μάλιστά γε.
οὗτος αὐτός ἐστιν αἰθήρ, ὃς τάδ' ἤκουσεν σέ-
θεν.
μυρίοι δέ τοι πεπόνθασ' αὐτὸ πρὸς τὰ πράγματα·
ἐκπονοῦσ' ἐκόντες, εἶτα δ' ἐξεχώρησαν κακῶς,
τὰ μὲν ὑπὸ γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου, τὰ δ'
ἐνδίκως

V. 357. ἀκόστειλ' ἀχιλλεῖ Cod. *B.* a pr. m.
V. 358. λείηψαι Codd. *BC.*, nisi quod in Cod. *B.* a sec. m. correctum est λέλησαι.
V. 359. κάλλιστά γε Lud. Dindorfius.
V. 360. αὐτὸς Marklandus. αὐτὸς libri.
V. 362. ἑκόντες Canterus. ἔχοντες libri.
V. 363. γνώμης Cod. *C.* γνώσης (γνώμης a sec. m.) Cod. *B.* γνώμας Aldus.
V. 365. respicit Eubulus apud Athen. XIII. p. 569. A.
V. 367. τὴν σὴν κάκην dubitanter proposuit Nauckius.

V. 359. ὡς φονεὺς οὐκέτι θυγατρὸς σῆς ἔσει μάλιστά γε] μάλιστά γε in hoc versu non sine maiore quadam vi extremo loco positum est, ut esset: quasi nunc filiae tuae interfector esse vel maxime nolis. Itaque ab hac quidem parte librorum auctoritati nihil contrarium est. Illud autem prorsus falso est iudicatum, quod duos hos versus quidam grammatici tollere voluerunt. Nam illud quidem ipsum est, in quo Menelaus accusat Agamemnonem, quod quum antea lubenti animo voluerit immolare filiam, nunc nolit id ipsum vel maxime. Si autem aethera harum rerum testem deinde facit Menelaus, apparet testem invocari non in rem eam, quam nunc cupiat Agamemno, sed in eam, quam olim promiserit se facturum, nunc autem nolit, ut facile appareat τάδε v. 360. ad illam Agamemnonis orationem spectare, qua ille se filiam suam immolaturum esse promisisse dicitur.

V. 360. οὗτος αὐτός ἐστιν αἰθήρ, ὃς τάδ' κτέ.] Conf. Troad. 1017 sq.

V. 361. πρὸς τὰ πράγματα] in rebus publicis. Satis enim apparet in iis, quae sequuntur, de publicis causis haec dici.

V. 363 sq. ἐνδίκως ἀδύνατοι γεγῶτες] G. Hermannus praecepit ἐνδίκως aptius cum verbis ἀδύνατοι γεγῶτες coniungendum esse, ut verten-

ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.
'Ελλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω, 365
ἢ θέλουσα δρᾶν τι κεδνὸν βαρβάρους τοὺς οὐδένας
καταγελῶντας ἐξανήσει διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν κόρην.
μηδέν' ἀγνοίας ἔχατι προστάτην θείμην χθονός,
μηδ' ὅπλων ἄρχοντα· νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν·
πόλεος ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἢν ἔχων τύχῃ. 370

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους
μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν.

V. 368. *μηδέν' ἀγνοίας ἔχατι* Klotzius. *μηδέν' ἄν χρέος ἔχατι* [Cod. *C.*] itaque habet a sec. m. Cod. *B.*, in quo a prima manu est *χρειους*. Alii alia coniecerunt, quae enumerare longum est.

V. 370. *πόλεος* Grotius. *πόλεως* libri. Vide Sophoclis Antig. 150. *ἄνδρες τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ Πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν.*, ubi eadem scripturae discrepantia est.

V. 371 sq. adfert Stobaeus floril. LXXXIV. 3. tom. III. p. 136.

V. 371. *γίγνεσθαι* Cod. *C.* secundum apogr. Pariss. et Stobaeus l. c. *γίνεσθαι* Cod. *B.*

dum esset vere impotentes, hoc, si sententiam spectamus universam, sic sane statui potest, sed si ipsum verbum consideramus, est *ἐνδίκως*, ut iure hoc sic haberi possit, ut iure hoc in illos cadat.

V. 366. *βαρβάρους τοὺς οὐδένας*] „Verte homines nullius numeri. Vide Sophoclis Ai. 1114. Euripidis Androm. 701. Aristophanis Equ. 158. ubi vid. Bergler.“ A. MATTHIAE.

V. 368. *μηδέν' ἀγνοίας ἔχατι*] Sic non dubitavi scribere, etsi haec vox *ἀγνοίας* a librorum scriptura aliquantum recedit, quia sententia ad h. l. maxime accommodata visa est. *ἀγνοίᾳ* opponitur *τὸ νοῦν ἔχειν*.

In altercatione autem huiusce modi Menelaus debebat usque ad iniuriam pervenire, ut ipsum *ἄνουν* appellaret, eo quod negavit se non ita existimare, ut aliquis insaniae causa, id quod in Agamemnonem cadere significat, sed potius ob prudentiam imperator sibi eligendus esse videretur.

V. 371. *λόγους μάχας θ'*] Hoc dicit chorus: Iniquum videtur fratribus nasci altercationes et certamina, si quando in contentionem alicuius rei venerint. *λόγοι* enim ex eo, quod appositum est, nomine *μάχαι* in malam partem accipiendum esse intelligitur. Vide Markland. ad Euripidis Suppl. 565.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ βραχέα, μὴ λίαν ἄνω
βλέφαρα πρὸς ταναιδὲς ἀγαγών, ἀλλὰ σωφρονεστέρως,
ὡς ἀδελφὸν ὄντ'. ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ.
εἰπέ μοι, τί δεινὰ φυσᾷς αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων;
τίς ἀδικεῖ σε; τοῦ κάχρησαι; χρηστὰ λέκτρ' ἐρᾷς λαβεῖν;
οὐκ ἔχοιμ' ἄν σοι παραστεῖν· ὧν γὰρ ἐκτήσω κακῶς
ἦρχες. εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς;

V. 373—375. habet Stobaeus floril. XXXI. 2. t. II. p. 29.

V. 373. *εἰπεῖν κακῶς εὖ* Euripidis libri et Stobaeus l. c. *αὖ* pro *εὖ* Marklandus coniecit. G. Hermanno magis placuerit haec oratio: *βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς μέν, βραχέα δ' οὐ λίαν ἄνω βλέφαρα πρὸς ταναιδὲς ἀγαγών.* Vide adnot. exeget. Deinceps *ἄνω* Stobaeus. *ἄν ὦ* Cod. *B. ἂν ὦ* (*γρ ἀνῶ*) Cod. *C.*

V. 374. *σωφρονεστέρως* Stobaeus l. c. *σωφρονέστερος* Codd. *BC* secundum apogr. Pariss.

V. 375. *ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ* Grotius. *ἀνὴρ*

V. 373. *βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ*] Est oxymeron quodam modo, quod dicitur hic bene alicui maledicere, sed eo tamen genere orationis, quod adamavisse videtur Euripides, quasi Latine dicas tibi male dicam, sed eo quo par est modo, ut brevis mea oratio sit nec acerba aut severa nimis. Permultas possumus similitudines adferre, Iphig. Taur. 544. *ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰσεπράξατο.*, ad quem locum vide quae dixi p. 86 sq. Phoen. 360. *μῆτερ, φρονῶν εὖ κοὐ φρονῶν ἀφικόμην Ἐχθρούς ἐς ἄνδρας*, Hippol. 1034. *ἐσωφρόνησεν οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν.* Helen. 138. *τεθνᾶσι κοὐ τεθνᾶσι.* Conf. Valckenarium ad Hipp. l. c. p. 298 sq. ed. Lips. Pflugk. ad Helen l. c. p. 36. ed. Goth. alt. et ad Alcest. 521. p. 84. ed. alt. Klotz. ad Iphig. Taur. 497. p. 81 sq. ed. Goth. Bergler. ad Aristoph. Acharn. 395. Conferas etiam infra v. 462. *παρὼν δ' Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται Οὐ συνετὰ συνετῶς.*

V. 376. *τί δεινὰ φυσᾷς αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων;*] Respicit hunc locum Phrynichus in Bekkeri anecd. I. p. 36, 1. *δεινὰ φυσᾶν· οἷον ὀργίζεσθαι καὶ ὑπὸ ὀργῆς σχετλιάζειν.* Vide quae supra ad v. 125. adnotavimus p. 34.

V. 378. *ὧν γὰρ ἐκτήσω κακῶς ἦρχες*] Recte Fr. Vaterus dixit similia in Menelaum a Peleo coniici maledicta in Androm. 592 sqq. *σοὶ ποῦ μέτεστιν ὡς ἐν ἀνδράσιν λόγου; Ὅστις πρὸς ἀνδρὸς Φρυγὸς ἀπηλλάγης λέχος, Ἀλίῳσι, ἄδουλα*

385 ἦ δάκνει σε τὸ φιλότιμον τοὐμόν; ἀλλ' ἐν ἀγ-
κάλαις 380
εὐπρεπῆ γυναῖκα χρῄζεις τὸ λελογισμένον παρεὶς
καὶ τὸ καλὸν ἔχειν; πονηροῦ φωτὸς ἡδοναὶ κακαί.
εἰ δ' ἐγὼ γνοὺς πρόσθεν οὐκ εὖ μετετέθην εὐ-
βουλίᾳ,
μαίνομαι; σὺ μᾶλλον, ὅστις ἀπολέσας κακὸν λέχος
390 ἀναλαβεῖν θέλεις, θεοῦ σοι τὴν τύχην διδόν-
τος εὖ. 385
ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ κακόφρονες
φιλόγαμοι μνηστῆρες. ἡ δέ γ' ἐλπὶς οἶμαι μὲν
θεός,

γὰρ χρηστος χρηστὸν αἰδεῖσθαι φιλεῖ Stobaeus l. c. *ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς οὐκ αἰδεῖσθαι φιλεῖ* Cod. *B. ἀνὴρ γὰρ αἰσχρῶς οὐκ αἰδεῖσθαι φιλεῖ* Cod. *C.*

V. 377. *χρηστὰ λέκτρ' ἐρᾷς λαβεῖν.* Reiskius *λέκτρα χρήστ' ἐρᾷς λαβεῖν* Heathius. Sine idonea ratione. *λέκτρ' ἐρᾷς χρηστὰ λαβεῖν* Cod. *C.* itemque Cod. *B.* nisi quod in eo est a pr. m. *λέκτ'* addito a sec. m. *ρ.*

V. 379. *δῶ σῶν* Dawesius in Miscell. critic. p. 341. et sic fortasse Cod. *B. δώσου* Aldus et [Cod. *C.*]

V. 387. *ἡ δέ γ' ἐλπὶς* libri. *ἦγε δ' ἐλπὶς* de A. Matthiae coniectura Nauckius.

δώμαθ' ἑστίας λιπών, Ὡς δὴ γυναῖκα σώφρον' ἐν δόμοις ἔχων Πασῶν κακίστην., ut ipsius culpa factum esse videretur, ut uxor corrumperetur.

V. 384 sq. *σὺ μᾶλλον ὅστις ἀπολέσας κακὸν λέχος κτέ.*] Etiam his similia sunt, quae Peleus dicit apud Euripidem in Androm. 606 sqq. *Κἄπειτ' ἐκείνης οὕνεχ' Ἑλλήνων ὄχλον Τοσόνδ' ἀθροίσας ἦγαγες πρὸς Ἴλιον· Ἦν χρῆν σ', ἀποπτύσαντα μὴ κινεῖν δόρυ Κακὴν ἐφευρόντ', ἀλλ' ἐᾶν αὐτοῦ μένειν, Μισθόν τε δόντα μήποτ' εἰς οἴκους λαβεῖν.*

V. 386. *ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον*] Vide supra v. 67. et v. 78. et quae ad hunc locum adnotata sunt p. 27. 28.

Ibid. *οἱ κακόφρονες φιλόγαμοι μνηστῆρες*] id est, imprudentes, nuptiarum cupiditate ducti proci. Itaque spes eos fefellit.

V. 387. *ἡ δέ γ' Ἐλπὶς οἶμαι μὲν θεὸς κτέ.*] „Spes, inquit, opinor quidem, dea est, effecitque illud magis, quam tu robur que tuum. Sed haec Euripides non satis cogitate scripsit, confundens iurantes et iurata facientes. Nam iuraverant, quod unusquisque Helenam sibi coniugem fore sperabat: in qua re nullae Menelai partes fuerunt: congregati autem ad bellum Troianis inferendum sunt, ut quidem Agamemno censet, non auctoritate Menelai, sed quia iurati fidem dederant." G. HERMANNUS. De ipsa forma orationis contulit Firnhaberus Orest. 213. *ὦ πότνια λίθη τῶν*

κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος.
οὓς λαβὼν στράτευε γ', οἶμαι δ', εἴσει μωρίᾳ φρενῶν·
οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους καὶ κατηναγκασμένους.
τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα· κοὐ τὸ σὸν μὲν εὖ
παρὰ δίκην ἔσται κακίστης εὔνιδος τιμωρίᾳ,
ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις,

V. 388. *κἀξέπραξεν* Codd. *BC.*, nisi quod in Cod. *B.* a sec. m. est *ἐξέπραξεν*.

V. 389. *οὓς λαβὼν στράτευ'· ἕτοιμοι δ' εἰσὶ μωρίᾳ φρενῶν* exemplum Cantabrigiense, quod sequutus est Nauckius. *οὓς λαβὼν στράτευέ γ', οἶμαι δ', εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν* libri, nisi quod γ' omittit Cod. *C.* secundum apogr. Pariss.

V. 390. omissum in libris habent una cum sequenti versu Theophilus ad Autolycum II. 54. p. 258 et Stobaeus floril. XXVIII. 10. vol. I. p. 384.

V. 391. *κατηναγκασμένους* Theophilus et Stobaeus ll. cc. *συνηναγκασμένους* libri Euripidis.

V. 392. *τἀ δ' ἀμ' οὐκ* Cod. *C.* *κοὐ* Lentingius ad Euri-

κακῶν, ὡς εἰ σοφὴ Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός. et quae habet Pflugkius ad Helen. 560. p. 77 sq. ed. Goth. alt.

V. 389. *οὓς λαβὼν στράτευέ γ'*] *γε* particulam ad imperativum saepe adiungi et hoc quidem ipso loco recte adiunctam videri, quod acerba oratio esset, docui ego ad Devarium vol. II. p. 285. et ante me G. Hermannus ad Vigerum p. 826. ed. tert. Sed tamen de hoc ipso loco dubitari potest propter ipsam verborum scripturam, quae in libris admodum dubia est. Etenim ea quoque, quae sequuntur, corrupta sunt.

V. 392. *τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα*] Ad hanc ipsam orationem et quae antecedunt et quae sequuntur pertinent illa, quae Ennii habet Rufinianus de fig. sent. et eloc. §. 37. p. 222. Ruhnk. Ego proiector, quod tu pecces: tu delinquis, ego arguor? Pro malefactis Helena redeat, virgo pereat innocens? Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia. Conf. O. Ribbeck Tragic. Lat. reliqu. p. 34 sq. et p. 255. et Io. Vahlen Ennianae poesis reliqu. p. 122.

V. 392. *κοὐ τὸ σὸν μὲν εὖ — ἔσται*] Conf. Med. 460. *τὸ σὸν δὲ προσκοπούμενος, γύναι.* et Androm. 257. *κοὐ τὸ σὸν προσκέψομαι.*

V. 394. *ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες κτέ.*] Recte noctes et dies, quibus aliquis aegrimonia contabescit, eum contabefacere dicuntur. Alio quodam modo hoc idem dicitur in Med. 24 sq. *Κεῖται δ' ἄσιτος, σᾶμ' ὑφεὶς ἀλιγηδόσι, Τὸν πάντα συντήκουσα δακρύοις χρόνον κτέ.*

V. 395. *παῖδας οὓς ἐγεινάμην*] Invidiosa oratio est

ἄνομα δρῶντα κοὐ δίκαια παῖδας οὓς ἐγεινάμην.

ταῦτά σοι βραχέα λέλεκται καὶ σαφῆ καὶ ῥᾴδια· εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν εὖ, τἄμ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

ΧΟΡΟΣ.

οἵδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων μύθων, καλῶς δ' ἔχουσι, φείδεσθαι τέκνων.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

αἰαῖ, φίλους ἆρ' οὐχὶ κεκτήμην τάλας.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τὶ τοὺς φίλους γε μὴ θέλεις ἀπολλύναι.

pidis Androm. 307. et G. Hermannus. καὶ libri.

V. 393. παρὰ δίκην Personus. πέρα δίκης libri. εὔνιδος Nauckius scripsit de praeceptis grammaticorum, conf. Ellendt. Lexic. Sophocl. vol. I. p. 706. Lobeck. ad Phrynich. p. 326. εὐνίδος libri. τιμωρία Musgravius. τιμωρία libri.

V. 395. ἐγεινάμην Codd. [*B*]*C*. ἐγείναμεν Aldus.

V. 397. φρονεῖν σὺ Marklandus, quo opus non est.

V. 400. αἳ αἳ Cod. *B*. οὐκ ἐκεκτήμην Hartungius, quod non accipio.

eodemque modo liberos Latini appellaverunt filium unum aut filiam, veluti M. Tullius de imp. Cn. Pomp. XII. 33. dicit: Ex Miseno autem eius ipsius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat, a praedonibus esse sublatos., quo in loco unam M. Antonii filiolam dici edocemur a Plutarcho Vit. Pomp. 24. Vide quae adnotavi ad Ciceronis orationum vol. II. p. 671. cl. Ciceronis or. de prov. cons. XIV. 35. Philipp. I. 1, 2.

V. 399. φείδεσθαι τέκνων] Non satis recte Fr. Vaterus iudicavit, quod haec verba sublato commate aptius cum eis, quae proxime antecedunt: καλῶς δ' ἔχουσι, coniungi voluit. Est quaedam appositio haec referenda potius ad superiora verba: οἵδ' αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων μύθων, quae tamen propterea retracta est, quod extremo loco maiore quadam vi efferuntur.

V. 400. φίλους ἆρ' οὐχὶ κεκτήμην τάλας] ἆρα particula iam illud infertur, quod denique inita subductave ratione ex Agamemnonis verbis colligi posse videatur, vide Orest. 721. ἄφιλος ἦσθ' ἄρ', ὦ πάτερ, πράσσων κακῶς, et quae adnotavi ad Devar. Vol. II. p. 169 sq.

V. 401. εἰς τοὺς φίλους γε μή] Hoc explicari quodam modo potest, si ponamus hanc fere adfirmationem: Quin habebis amicos, si amicos quidem non vis in perniciem adducere. Facile tamen adducor ut credam Euripidem potius γὲ δή, non γὲ μή scripsisse in his verbis, quibus receptis particulis facilior ad intelligendum oratio est: Non habebis amicos, si quos

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

συνσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εὖ δρῶν παραινεῖ μ', ἀλλὰ μὴ λυπῶν ἐμέ. 405

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

410 οὐκ ἄρα δοκεῖ σοι τάδε πονεῖν σὺν Ἑλλάδι;

V. 408. *συσσωφρονεῖν γαρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυν* Plutarchus de discrim. adul. et amic. p. 64. C., qui sententiam, non verba Euripidis expressit, ut neque Fixii coniectura: *βουλάμεσθ', οὐ συννοσεῖν*, nec Nauckii *βούλομαι κοὐ συννοσεῖν* probanda esse videatur.

V. 408. *ἀΰχει* Tyrwhittus. *αὐχεῖς* libri.

habes amicos quidem aperte vis pessumdare.

V. 403. *συνσωφρονεῖν*] Quod haec verba composita raro usurpabantur ideoque praepositio suam ac propriam vim in his verbis diutius obtinebat, factum esse videtur, ut in his compositis adsimulatio litterarum, quoad librorum auctoritas testatur, repudiaretur potius quam quaereretur. Itaque et hic *συνσωφρονεῖν* obtinendum fuit, non *συσσωφρονεῖν* scribendum et infra v. 1211. *συνσώζειν* servandum et in Helena v. 1389. *συνσῶσαι*. Sententiam explicavit Plutarchus de discr. adul. et am. 23. p. 64. C. *ὁ μὲν γὰρ φίλος οὐχ ὥσπερ ἀπεφαίνετο Γοργίας, αὐτῷ μὲν ἀξιώσει τὰ δίκαια τὸν φίλον ὑπηρετεῖν, ἐκείνῳ δ' αὐτὸς ὑπηρετήσει πολλὰ καὶ τῶν μὴ δικαίων. Συνσωφρονεῖν γάρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυ· μᾶλλον οὖν ἐκεῖνον ἀποτρέψει τῶν μὴ προσηκόντων.* conf. etiam Sophoclis Antig. 523. *οὗτοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.* et in contrariam quidem partem scolion illud apud Athen. XV. p. 695. D. *σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σωφρονοῦντι σωφρόνει.*

Ibid. *βούλομ'*] De elisione diphthongi *αι* in eius modi formis verborum usitatissimorum conf. Rost. gr. Gr. p. 357. ed. sept. Tum *οὐ συννοσεῖν* eo pertinet, quod Agamemno negat se eo occaecatum esse velle, ut, ulciscendi studio, liberos suos trucidandos exhibeat, eodem fere modo, quo infra v. 407. dicitur: *Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα. νοσεῖν* enim his in locis idem est quod *ἀφρονεῖν*. Conf. Sophoclis Antig. 1007, ubi Creonti dicenti: *ὅσῳπερ, οἶμαι, μὴ φρονεῖν πλείστη βλάβη*, Tiresias reddit: *Ταύτης σὺ μέντοι τῆς νόσου κλήρης ἔφυς.*

V. 409. *ἐπ' ἄλλας εἶμι μηχανάς τινας*] alias vias ac rationes dicit, quibus id, quod ipsi cordi est, consequi studet. Neque enim *μηχαναί* semper in malam partem dicuntur. Conf.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

σκήπτρῳ νιν αὔχει σὸν καπίγνητον προδούς.
ἐγὼ δ' ἐπ' ἄλλας εἶμι μηχανὰς τινας,
φίλους τ' ἐπ' ἄλλους.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ Πανελλήνων ἄναξ, 410
Ἀγάμεμνον, ἦκω παῖδά σοι τὴν σὴν ἄγων,
ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμαζες ἐν δόμοις.

V. 409—411. pro suppositiciis habuerunt Ludov. et Guilelm. Dindorfii, Kirchhoffius, Nauckius. Defenderunt G. Hermannus, Fr. Vaterus, alii. Vide infra adnot. exeget.

V. 412. *ὠνόμαζες* Marklandus, Lentingius ad Androm. 380., G. Hermannus, alii. *ὠνόμαξας* Codd. *BC.* nisi quod in Cod. *B.* a sec. m. additum est *ποτ'* post *ὠνόμαξας*, unde Musurus scripserat: *ὠνόμασάς ποτ' ἐν δόμοις.*

Hippol. 481. *εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.*

V. 410. *ὦ Πανελλήνων ἄναξ*] Quoniam oratio Menelai improviso interventu nuntii turbatur et praeciditur, rectissime institutum G. Hermannus dicit a poëta, quod eius oratio ordiretur a versu medio. Exemplum etiam posuit huius loci simillimum e Sophoclis Philocteta, ubi postquam Neoptolemus et Philocteta aliquamdiu inter se collocuti erant, in hoc ipso Neoptolemi versu 956. *Τί δρῶμεν, ἄνδρες;* supervenit Ulixes eumque versum sic absolvit: *ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, τί δρᾶς;* Fr. Vaterus addidit huius fabulae v. 1368., ubi Iphigenia incohatum ab Achille versum absolvit. Nec alia est ratio eius loci, quem Firnhaberus adfert e Suppl. 514., ubi Adrastum, qui orditur longiorem, ut videtur, orationem a voce: *ὦ παγκάκιστε.* tacere iubet Theseus verbis: *σίγ', Ἄδραστ', ἔχε στόμα κτέ.* Qui autem intervenit, est servus qui Iphigeniam cum Clytaemnestra in castra, quae sunt Aulide, adducit, cuius adventu non solum colloquium, quod est inter Agamemnonem et Menelaum, solvitur, sed status causae omnino commutatur, quo magis etiam externa orationis forma mutatio haec indicanda erat. Ne quis autem spectaterum dubitet quis ille sit qui accesserit, ipse, qui advenerat, statim exponit quam rem adferat, unde etiam de eius persona recte iudicari potest.

V. 412. *ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμαζες κτέ.*] Dubium non est, quin Euripides *ὠνόμαζες*, non *ὠνόμαξας*, quod in libris est, scripserit. Nam et facilis mutatio est et imperfectum ad h. l. maxime idoneum, quo non dicitur a patre semel hoc nomen puellae fuisse inditum, sed quam diu domi fuerit pater, eum solitum esse illam isto nomine appellare, ex eoque, quod ita appellabatur, nomen ipsum esse natum. In eam sententiam omnes similitudines, quas multas

μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ, σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας,
καὶ παῖς Ὀρέστης, ὥστε τερφθείης ἰδών,
χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν. 415
ἀλλ' ὡς μακρὰν ἕτεινον, εὔφρυτον παρὰ
χρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν,
αὐταί τε πῶλοί τ'· εἰς δὲ λειμώνων χλόην
καθεῖμεν αὐτάς, ὡς βυρᾶς γευσαίατο.

V. 413. *ὁμαρτῆ* Cod. *B.* a pr. m.
V. 418. *πῶλοί τ'* Marklandus. *πῶλοί γ'* libri.
V. 421. *ταχεῖα γὰρ* Cod. *C.* *ταχεῖα ἂν* (*δὲ* a sec. m.) Cod. *B.*

attulerunt grammatici, accipiendae sunt, veluti Aeschyli Agam. 659 sq. ed. Herm. *τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως.*, ad quem locum vide quae Schneidewinus adnotavit p. 90. supra v. 281. *οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς.* Phoen. 27. *ὅθεν νιν Ἕλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.* Cyclop. 692. *ὅπερ γ' ὁ φύσας μ' ὠνόμαζ' Ὀδυσέα.* Suppl. 1217. *παῖς Τυδέως, ὃν ὠνόμαζε Διομήδην πατήρ.* Euripidis Aeg. fragm. l. p. 289. ed. Nauck. *τί σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν;* neque alia ratio est passivi, veluti apud Sophoclem in Philoct. 605. *Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο Ἕλενος.* et in Trachin 381. *Πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου ποτὲ Ἰόλη καλεῖτο.*, ad quem locum vide quae Schneidewinus habet et quae ad h. l. Fr. Vaterus.

V. 413. *σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας*] hanc personae Clytaemnestrae amplificationem hic suo loco esse vix est quod dicam. Vide Electr. 1333 sq. *Πολάδη, χαίρων ἴθι, νυμφεύου Δέμας Ἠλέκτρας.* Orest. 107. *τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις δέμας;* Hecub. 724. *ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας Ἀγαμέμνονος.*, ad quem locum vide quae habet Pflugkius p. 72. ed. alt. De Sophocle conf. Trachin. 908. *εἴ του φίλων βλέψειεν οἰκετῶν δέμας.* cl. Fr. Ellendt in Lexic. Soph. s. v., qui tamen iniquius de Euripide iudicavit, vol. I. p. 407.

V. 414. *ὥστε τερφθείης ἰδών*] Quod de hac constructione vehementer dubitatum est a grammaticis, commemoro, quod praesens illud tempus, quod est in verbis *μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ*, tamen natura sua, id est, prima susceptione itineris ad tempus praeteritum pertinet, rectissime potuisse in consecutione rerum designanda optativum poni in verbis his: *ὥστε τερφθείης ἰδών*, ita ut putaremus te oblectatum iri quom videres. Dixit de eiusmodi locis Rostius v. cl. in gr. Gr. §. 122. II. 9. a. p. 649 sq. Conf. etiam quae dixi ad Devarium vol. II. p. 771.

V. 415. *χρόνον παλαιὸν*] id est, quum magnum iam temporis spatium consumptum esset, ex quo a domo abes peregre. Conf. Hippol. 907 sq. *ἦν ἀρτίως ἕλειπον, εἰς φάος τόδε Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο.*, ad quem locum vide quae adnotavit Valckenarius, ubi etiam huius loci ratio habita est p. 276. ed. Lips. Simile etiam illud est, quod comparavit Fr. Vaterus ex Rhes.

ἐγὼ δὲ πρόδρομος σῆς παρασκευῆς χάριν
ἦκω· πέπυσται γὰρ στρατός, ταχεῖα γὰρ
διῆξε φήμη, παῖδα σὴν ἀφιγμένην.
πᾶς δ' εἰς θέαν ὅμιλος ἔρχεται δρόμῳ,
σὴν παῖδ' ὅπως ἴδωσιν· οἱ δ' εὐδαίμονες
ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.
λέγουσι δ'· ὑμέναιός τις ἢ τί πράσσεται;

V. 422. διῆξε Portus. διῆξε libri.

V. 426. πράσσεται [Cod. *B.*] πράσσεται Cod. *C.*

371. παλαιᾷ σ' ἡμέρᾳ προσεννέπω.

V. 416. ἀλλ' ὡς μαχρὰν ἔτεινον] Quod iniuria quidem de hac constructione erat dubitatum, summo iure G. Hermannus comparavit Xenophontis locum e Disc. Cyri IV. 2, 29. *Κροῖσος δὲ ὁ Λυδῶν βασιλεύς, ὡς θέρος ἦν, τάς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προανεπέμψατο τῆς νυκτός, ὡς ῥᾷον πορεύοιντο κατὰ ψύχος, καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς ἱππέας ἐπηκολούθει.* Quamquam etiam sine exemplo de constructione dubitandum non erat. Illud dubitari potest utrum *εὔρυτον* an *Εὔρυτον* scribendum sit. Nam ex natura fontis, qui bene flueret, etiam nomen natum esse potuit. In re incerta reliqui *εὔρυτον*. Illud vix est quod dicam fessos maximo opere frigidas perennitates fontium ad requiescendum quaesivisse. Conf. quae supra diximus ad v. 140 p. 35.

V. 418. αὐταί τε πῶλοί τ'] De scriptura dubitandum non est. Saepe numero enim personae a bestiis sic discriminantur, neque illud offendere potest, quod quae mox adduntur ad sola iumenta referenda sunt.

V. 419. ὡς βορᾶς γευσαίατο] De forma verbi conf. Rost. gr. Gr. p. 381 sq.

V. 420. σῆς παρασκευῆς χάριν] Quod haec quoque inique vituperata erant a L. Dindorfio, qui ad animum Agamemnonis a nuntio ad adventum coniugis et filiae praeparandum rettulerat, recte reposuit G. Hermannus haec: „At non Agamemnonem ille in adventum filiae praeparare vult, sed parari ab Agamemnone quae rite excipiendae virgini nupturae fieri oporteat.“

V. 421. πέπυσται γὰρ στρατός] Haec, si rem spectamus, aptissime dixit nuntius, si auxium Agamemnonis animum, in eius quidem animo summam aegrimoniam excitare debebat haec oratio, ut etiam haec omnia rectissime ab Euripide instituta esse intelligamus. De repetita γὰρ particula, quae nihil habet offensionis, si recte interpuncta oratio est et illud obtinemus, verba: ταχεῖα γὰρ διῆξε φήμη, nihil aliud sibi velle nisi rationem reddere quamobrem exercitus rem compererit, vide Porsonum ad Med. 139. p. 27, ed. in Germ. tert. et Fr. Ellendt. in Lex. Sophocl. vol. I. p. 340.

V. 424. σὴν παῖδ' ὅπως ἴδωσιν] De numero plurali post nomen collectivum illato conf. Rost. gr. Gr. §. 100. 4. b. p. 471 sq et adn. 7. p. 472.

ἢ πόθον ἔχων θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ
ἐκόμισε παῖδα; τῶν δ' ἂν ἥκουσας τάδε·
Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεάνιδα,
Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεταί ποτε; 430
435 ἀλλ' εἶα, τἀπὶ τοισίδ' ἐξάρχου κανᾶ,
στεφανοῦσθε κρᾶτα, καὶ σύ, Μενέλεως ἄναξ,

V. 431. τοῖσιδ' Cod. *B.* τοῖσιν Cod. *C.*

V. 429. Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεάνιδα] Rem ordine exponit Pollux III. 38. p. 264 sq., ubi verbum προτελίζειν e libris mss. nunc restitutum est in verbis his: ἡ δὲ πρὸ γάμου θυσία προτέλεια.. προτελίζεσθαι δὲ ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι ἀλλὰ καὶ οἱ νόμφιοι. καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο καὶ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τελεία ἡ ζυγία. ταύτῃ γὰρ τοῖς προτελείοις προυτέλιζον τὰς κόρας καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Μοίραις. καὶ τῆς κόμης τότε ἀπήρχοντο ταῖς θεαῖς αἱ κόραι.

V. 430. τίς νιν ἄξεταί ποτε;] Haec non nuntii oratio est, in qua sententia fuit Firnhaberus, sed eorum, quorum voces a se auditas refert. Is hortationem suam denique incipit a verbis his:

V. 431. ἀλλ' εἶα κτέ.] de qua hortandi voce vide quae ascripsi ad v. 111. p. 32.

Ibid. ἐξάρχου κανᾶ] iam illa canistra, in quibus mola salsa et cetera, quae essent ad sacrificandum idonea, ferebantur, expediri iubet nuntius oratione sua, qua quo laetiora portendebantur, eo magis contristari oportuit Agamemnonem. Hoc ipsum, quod hic dicitur ἐξάρχεσθαι κανᾶ, aliis locis est ἐνάρχεσθαι κανᾶ, ut infra v. 1470. κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις. et in Electr. 1142. κανοῦν δ' ἐνῆρκται. tum apud Aeschinem in Ctesiph. §. 120. ἐνῆρκται μὲν τὰ κανᾶ, παρέστηκε δὲ τοῖς βωμοῖς τὰ θύματα, μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθὰ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ. conf. etiam v. 459.

V. 432. στεφανοῦσθε κρᾶτα] Haec dicit chorus ad utrumque conversus, et ad Menelaum et ad Agamemnonem, quoniam in nuptiis utrumque par erat esse coronatum. Illa, quae sequuntur, sicuti ipsa forma orationis satis indicat, pertinent ad unum Menelaum, qui quum cognatione liberis Agamemnonis maxime propinquus esset, eum iam nuntius iubet, quasi παράνυμφον, [οὗτος δέ ἐστι φίλος ἢ συγγενὴς ὅ, τι μάλιστα τιμώμενος καὶ ἀγαπώμενος. Suidas s. v. ζεῦγος ἡμιονικόν] hymenaeum, id est, carmen nuptiale meditari, eique carmini iam adiungit tibiae cantum et reliqua, quae in nuptiarum laetitia fieri solent. Et ὑμέναιον non ad universas nuptias pertinere, quod falso statuit etiam G. Hermannus, sed ad carmen nuptiale, iam inde apparet, quod tibia adiungitur, uti infra v. 1036 sq. τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος Μετά τε φιλοχόρου κιθάρας κτέ.

V. 434. λωτὸς βοάσθω] Est λωτὸς Λιβυκός s. Λίβυς Theophrasti, celtis australis Linnaei, ex cuius ligno tibias solitas esse fieri refert Theophrastus histor. plant. IV. 3, 4. vol. I. p. 100 sq. ed. Wimmer., unde λωτὸς saepe a Graecis poëtis tibia dicitur, veluti infra

ὑμέναιον εὐτρέπιζε καὶ κατὰ στέγας
λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος·
ὡς γὰρ τόδ' ἥκει μακάριον τῇ παρθένῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐπήνεσ', ἀλλὰ στεῖχε δωμάτων ἔσω·
τὰ δ' ἄλλ' ἰούσης τῆς τύχης ἔσται καλῶς.

V. 432. *στεφανοῦσθαι* Cod. C. sec. apogr. Paris.

v. 1036. *διὰ λωτοῦ Λίβυος.* in Herc. fur. 10 sq. *ἣν πάντες ὑμεναίοισι Καδμείοι ποτε Λωτῷ συννηλάλαξαν.* Helen. 170. *Σειρῆνες, εἴθ' ἐμοῖς γόοις Μόλοιτ' ἔχουσαι τὸν Λίβυν Λωτὸν ἢ σύριγγας.* ad quem locum vide quae adnotavit Pflugkius p. 40. De verbo *βοᾶσθαι* Fr. Vaterus appellavit G. Hermannum, qui docte de eo verbo disputavit ad Helen. 1456., ubi huius quoque loci habita ratio est p. 143. Cum Hermanni adnotatione conferantur etiam ea, quae Pflugkius et ego ad eum locum disputavimus p. 172 sq. ed. Goth. alt. Optimus autem huius vocis interpres est Homerus, qui Il. XVIII. 495. in simili causa dicit *βοὴν ἔχειν.* Conf. adnot. seq.

Ibid. *καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος*] etiam saltatio in nuptiarum celebritate abesse non debebat, in quam sententiam testem habemus Homerum Il. XVIII. 494 sq. *κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν Αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον.* tum Euripidem Electr. 710. *χοροὶ δ' Ἀτρειδᾶν ἐγέραιρον οἴκους. Ποδῶν* autem *κτύπον* ad saltationem pertinere notum est, conf. infra v. 1042 sq. *χρυσεοσάνδαλον ἴχνος Ἐν γᾷ κρούουσαι.* et Lucianum de salt. 2. *καὶ ποδῶν κτύπῳ καταγέλαστα ὡς ἀληθῶς πράγματα.* et Ennii illud annal. I. 2. p. 3. ed. Vahlen: Musae quae pedibus magnum pulsatis Olimpum, tum Horatii carm. I. 37, 1 sq. nunc pede libero pulsanda tellus. cl. ib. III. 18. 15.

V. 436. *ἐπήνεσ'*] Regi quamvis molestissima esset nuntii oratio, non poterat tamen temporis causa improbare, itaque ea formula utitur, qua laudare veteres rem, sed tamen deprecari solebant, ita tamen, ut nuntius ipse ne sentiret quidem quam regi eius oratio odio esset, quod dicit *ἐπήνεσα.* Conf. Scholiasten Aristophanis Ran. 515. *παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον· κάλλεστ' ἐπαινῶ καὶ ἐπήνουν.* Conf. Xenophontis conv. I. 7. *οἱ οὖν ἀμφὶ τὸν Σωκράτην πρῶτον μέν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν οὐχ ὑπισχνοῦντο συνδειπνήσειν.* et Krügerum ad Xenoph. Exped. Cyri VII. 7, 52. Eadem ambiguitate Agamemno etiam in iis, quae sequuntur, usus est.

V. 437. *τὰ δ' ἄλλ' ἰούσης τῆς τύχης κτέ.*] „Improvide iudicatum est *ἰούσης τῆς τύχης*, nihil esse, et nemini sic dictum pro favente fortuna. *ἰούσης τῆς τύχης* non est favente fortuna, sed cursum suum persequente. Sophocles in Oed. R. 1458. *ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ' ὁποιπερεῖσ' ἴτω.*" G. HERMANNUS. Haec verba ubi pronuntiavit Agamemno, discedit nuntius, ut iam fratres remoto molesto arbitro libere inter se colloqui possint.

οἴμοι, τί φῶ δύστηνος; ἄρξωμαι πόθεν;
εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτώκαμεν.
ὑπῆλθε δαίμων, ὥστε τῶν σοφισμάτων
πολλῷ γενέσθαι τῶν ἐμῶν σοφώτερος.
ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον.
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
ἅπαντά τ' εἰπεῖν. τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἄνολβα ταῦτα· προστάτην γε τοῦ βίου
τὸν δῆμον ἔχομεν τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν,
ἐγὼ γὰρ ἐκβαλεῖν μὲν αἰδοῦμαι δάκρυ,

V. 438. *ἄρξωμαι* Burgesius. *ἄρξομαι* libri. Conf. Aeschyli Choeph. 841. *Ζεῦ Ζεῦ, τί λέγω, πόθεν ἄρξωμαι*; Vide tamen adn. ad v. 451. *πόθεν* Grotius. *σέθεν* libri.

V. 439. *εἰς οἷ' ἀνάγκης* Cod. *B. ἐς ολά γ' ἀνάγκης* Cod. *C. ἐκπεπώκαμεν* Cod. *B.* a pr. m.

V. 444. *ἅπαντά τ'* Musgravius. *ἄνολβά τ'* libri.

V. 445. *ἄνολβα* Musgravius. *ἅπαντα* libri. Ceterum hunc versum inde a voce *προστάτην* et sequ. habet Plutarchus in Nicia c. 5., ubi haec ita leguntur: *προστάτην δὲ τοῦ βίου τὸν ὄγκον ἔχομεν, τῷ δ' ὄχλῳ δουλεύομεν*, quam tamen Plutarchi auctoritatem minime id censeo valere, ut ex eius verbis corriga-

V. 440. *ὑπῆλθε δαίμων*] Vide quae supra ad v. 67. adnotavimus p. 27.

V. 442 sq. *ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον κτέ.*] Ad hunc locum pertinent haec Ennii, quae habet Hieronymus in Epitaph. Nepotiani p. 598. Mign. cl. O. Ribbeck. Tragicor. Lat. reliqu. p. 35. et Io. Vahlen. Enniauae poesis reliqu. p. 123. Plebes in hoc regi antistat loco: licet Lacrumare plebi, regi honeste non licet. De ipsa sententia conf. Iust. Lipsium ad Taciti ann. III. 6. p. 210. ed. Bekk.

V. 443. *αὐτοῖς*] id est, *τοῖς δυσγενέσιν*. Conf. de hoc orationis schemate *κατὰ τὸ νοούμενον*, quo Graeca potissimum oratio luxuriatur, Rost. gr. Gr. §. 100. b. 471. et adn. 7. p. 472.

V. 445. *προστάτην γε τοῦ βίου τὸν δῆμον ἔχομεν κτέ.*] Haec verba quemadmodum in Euripidis libris scripta sunt, aptissimam habent sententiam: magistrum quidem vitae populum habemus multitudinique imperitae servimus vel dicam docendi causa serviendum nobis est., quibus in verbis *ταυτολογία*, quam inesse putabant, nulla est, nisi forte eam esse *ταυτολογίαν* putabis, quod quem primum honestius *δῆμον* populum appellavit, mox in deteriorem partem *ὄχλον* multitudinem imperitam dixit, quae non *ταυτολογία* est, sed poëtarum atque oratorum propria sermonis elegantia.

V. 448. *αὖθις αἰδοῦμαι τάλας*] Quod in repetito verbo *αἰδοῦμαι* offenderant quidam grammatici, rectissime Fr. Vaterus: „Repetitio tantum abest“ inquit, „ut absurda sit ut nihil aptius videatur excogitari

τὸ μὴ δακρῦσαι δ' αὖθις αἰδοῦμαι τάλας,
εἰς τὰς μεγίστας συμφορὰς ἀφιγμένος.
εἶεν, τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν;
πῶς δέξομαί νιν; ποῖον ὄμμα συμβαλῶ;
καὶ γάρ μ' ἀπώλεσ' ἐπὶ κακοῖς ἃ μοι πάρα
ἐλθοῦσ' ἄκλητος. εἰκότως δ' ἅμ' ἔσπετο
θυγατρὶ νυμφεύσουσα καὶ τὰ φίλτατα
δώσουσ' ἵν' ἡμᾶς ὄντας εὑρήσει κακούς.
τὴν δ' αὖ τάλαιναν παρθένον, τί παρθένον;
Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα,

mus verba Euripidis, quae ille sententiae suae lenocinaturus liberius laudavisse videtur, qua in sententia iam G. H. Schaeferum video fuisse ad Plutarchi l. c. vol. V. p. 165. Vide etiam adnot. exeget.

V. 448. *αὐθις οὐ σθένω* Dobraeus. Sine idonea causa. Vide adnot. exeget.

V. 451. *συμβάλω* Cod. *C.* *συμβαλῶ* [Cod. *B.*]

V. 452. *πάρος*, sed a prima m. mutatum in *παρά*, Cod. *B.* *πάρος* Cod. *C.*

V. 454. *νυμφεύσουσα* Marklandus. *νυμφεύουσα* libri.

posse. Nam qui toti pendent ex iudicio aliorum, ii quum lacrimare dubitant ne molles esse videantur, tum non lacrimare, ne dicantur duri. Non magis autem absurda est vulgata, si alterius pudoris causa est Agamemnonis conscientia: pudet eum lacrimas fundere, ne mollitiei suspicio nascatur, et rursus ipsa rei atrocitas tanta erat, ut sui eum oporteret pudere, si siccis oculis de sacrificio cogitaret."

V. 451. *ποῖον ὄμμα συμβαλῶ;*] Quamquam negare non possumus saepe in uno enuntiato propter summam coniunctivi et futuri cognationem in eius modi locis et futurum et coniunctivum *ἐκ παραλλήλου* esse solita poni a Graecis, veluti in Sophoclis Trach. 972. *τί πάθω; τί δέ μήσομαι, ὦ πάτερ;* tamen hic *συμβαλῶ* futurum anteponendum putavi, quod non tam deliberatio in hoc enuntiato continetur quam desperationis significatio. In quam rem conf. Plauti Cas. V. 3, 2. nec meam ut uxorem aspiciam contra oculis (scio).

V. 454. *θυγατρὶ νυμφεύσουσα καὶ τὰ φίλτατα δώσουσ'*] Rem, quam putat a Clytaemnestra suscipi, Agamemno in utramque partem dicit, primum quidem eo, quod sponsum filiae datura est (*θυγατρὶ νυμφεύσουσα*), deinde quod filiam traditura est sponso (*τὰ φίλτατα δώσουσα*), et in hac ipsa causa videt se pessimum inventum iri ipse.

V. 457. *Ἅιδης νιν — νυμφεύσει τάχα*] „Frequens loquendi genus de morituris, praecipue virginibus, apud tragicos." MARKLANDUS. Conf. grandem illam orationem in Sophoclis Antigona v. 779

ὡς ᾤκτισ· οἶμαι γάρ νιν ἱκετεύσειν τάδε·
ὦ πάτερ, ἀποκτενεῖς με; τοιούτους γάμους
γήμειας αὐτὸς χὤστις ἐστί σοι φίλος.
παρὼν δ' Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται
οὐ συνετὰ συνετῶς· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
αἰαῖ, τὸν Ἑλένης ὥς μ' ἀπώλεσεν γάμον
γήμας ὁ Πριάμου Πάρις, ὃς εἴργασται τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

κἀγὼ κατῴκτειρ', ὡς γυναῖκα δεῖ ξένην
ὑπὲρ τυράννων συμφορᾶς καταστένειν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἀδελφέ, δός μοι δεξιᾶς τῆς σῆς θιγεῖν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

δίδωμι· σὸν γὰρ τὸ κράτος, ἄθλιος δ' ἐγώ.

V. 458. *ἱκετεύσειν* Marklandus. *ἱκετεῦσαι* libri.
V. 462. *ξυνετὰ ξυνετῶς* Cod. *B. οὐ συνετὰ συνετῶς* [Cod. *C.*] *συνετοῖς* Piersonus ad Moerin p. 106. et Marklandus.

sqq., *ἀλλά μ' ὁ παγ || κοίτας Ἄιδαι ζῶσαν ἄγει Τὰν Ἀχέροντος Ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων Ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινυμφίδιος Πώ μέ τις ὕμνος ὕμ || νησεν ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.* et Euripidis Orest. 1109. *ἀλλ' οὐκέθ', Ἅιδην νυμφίον κεκτημένη.*

V. 462. *οὐ συνετὰ συνετῶς*] „*Οὐ συνετὰ* sunt Orestis verba, quippe balbutientis: *ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.* Sed eadem tamen adfectus, amoris, significationem habent; itaque *συνετῶς ἀναβοήσεται*, ita ut sensus eius et quid velit intelligi possint. Conf. infra 1243 sqq. "A. MATTHIAE. Vide quae supra adnotata sunt ad v. 373. p. 66.

V. 464. *ὁ Πριάμου Πάρις*] Mirum est quemquam in hoc genetivo potuisse offendere, qui item infra legitur v. 660. *οὐ μήποτ' οἰκεῖν ὤφελ' ὁ Πριάμου Πάρις.* Non ita tamen intelligendum est quasi cogitatione vox *παῖς* adsumenda sit, quae ipsa vox aut similis aliis in locis sane adiuncta est, sed quom plures Paride esse possent, alii aliorum hominum filii, hoc ipsum nomen Paridis accuratius adiuncto genetivo *Πριάμου* definitum est, eodem prorsus modo, quo Gellertus nostras scripsit: als ihn Schulmeister's Adelheid das erste Mal „Herr Doctor" nannte, aut Vergilius in Aen. III. 319. Hectoris Andromache, Pyrrhin conubia servas? Conf. infra v. 587 sqq. *τὴν τοῦ βασιλέως Ἴδεσ' Ἰφιγένειαν ἄνασσαν ἐμὴν Τὴν Τυνδαρέου τε Κλυταιμνήστραν.* conf. Rost. gr. Gr. §. 98. 5. b. *a.* p. 441.

V. 465 sq. *ὡς γυναῖκα δεῖ ξένην κτέ.*] De cautis his adsensionibus chori Firnhaberus iure adsimulavit Phoen. 500 sq. *ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ'*

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Πέλοπα κατόμνυμ', ὃς πατὴρ τοὐμοῦ πατρὸς
τοῦ σοῦ τ' ἐκλήθη, τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα, 470
ἢ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς
καὶ μὴ πίτηδες μηδέν, ἀλλ' ὅσον φρονῶ.
ἐγώ σ' ἀπ' ὄσσων ἐκβαλόντ' ἰδὼν δάκρυ
ᾤκτειρα καὐτὸς ἀνταφῆκά σοι πάλιν
καὶ τῶν παλαιῶν ἐξαφίσταμαι λόγων, 475
οὐκ εἰς σὲ δεινός· εἰμὶ δ' οὑπὶρ εἰ σὺ νῦν·
καί σοι παραινῶ μήτ' ἀποκτεῖναι τέκνον
μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν. οὐ γὰρ ἔνδικον
σὲ μὲν στενάζειν, τἀμὰ δ' ἡδέως ἔχειν,
θνήσκειν τε τοὺς σούς, τοὺς δ' ἐμοὺς ὁρᾶν φάος. 480
τί βούλομαι γάρ; οὐ γάμους ἐξαιρέτους

V. 464. ὃς εἴργασται Markland. ὅς μ' εἴργασται libri.
V. 469. κατόμνυσ Cod. *B.* a pr. m.
V. 476. εἰμὶ δ' proponit Kirchhoffius.

Ἑλλήνων χθόνα Τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν. et Rhes. 904. Ὅσον προσήκει μὴ γέρους κοινωνίαν Ἔχοντι λύπῃ τὸν σὸν οἰκτείρω γόνον.

V. 469 sq. Πέλοπα — τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα] Eosdem auctores generis, de quibus conf. Iphig. Taur. 1 sqq., appellat etiam Iphigenia infra v. 1235.

V. 471. ἢ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας] Conf. Inus fragm. v. 416. p. 386. ed. Nauck. ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ Φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.

V. 475. καὶ τῶν παλαιῶν ἐξ. λόγων] De eiusmodi mutationibus Firnhaberus contulit personam nutricis in Hippol. 288 sqq. Ἄγ', ὦ φίλη παῖ, τῶν πάρεισθε μὲν λόγων Δαθώμεθ' ἄμφω· καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ, Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα καὶ γνώμης ὁδὸν Ἐγὼ θ' ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' εἱπόμην Μεθεῖσ', ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον. et Aganes in Bacch. 1268 sq. γίγνομαι δέ πως Ἔννους, μεταστᾶσα τῶν πάρος φρενῶν. admonuitque Medeae, quae apud Euripidem similem animi commutationem falso simulat Med. 869 sqq., qua in oratione illa fere singulis verbis in Iasonis sententiam se transire simulat.

V. 487. μήτ' ἀνθ. τοὐμὸν] id est, meum commodum. Vide quae supra ad v. 392. adlata sunt p. 68.

V. 481 sqq. τί βούλομαι γάρ; οὐ γάμους — ἄλλους λάβοιμ' ἂν κτέ.] De hac ratiocinatione, quae fortasse nostratibus frigidior esse videretur, Fr. Vaterus comparavit nobilissimum illum locum e Sophoclis Antig. v. 909 sqq. πόσις μὲν ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν κτέ. et similem Herodoti narrationem III. 119., quam Clemens Alexandrinus Stro-

ἄλλους λάβοιμ' ἄν, εἰ γάμων ἱμείρομαι;
ἀλλ' ἀπολέσας ἀδελφόν, ὃν μ' ἦκιστ' ἐχρῆν,
Ἑλένην ἕλωμαι, τὸ κακὸν ἀντὶ τἀγαθοῦ;
ἄφρων νέος τ' ἦν, πρὶν τὰ πράγματ' ἐγγύθεν
σκοπῶν ἐφεῖδον οἷον ἦν κτείνειν τέκνα.
ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης
εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ,
ἢ τῶν ἐμῶν ἕκατι θύεσθαι γάμων
μέλλει. σὲ δ' Ἑλένης παρθένῳ τῇ σῇ μέτα;
ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος.
σὺ δ' ὄμμα παῦσαι δακρύοις τέγγων τὸ σόν,
ἀδελφέ, κἀμὲ παρακαλῶν εἰς δάκρυα.

V. 485. τὰ πράγματ' ἐγγύθεν A. Matthiae et Lentingius in Nov. act. societ. Traiect. I. p. 65. τὰ πράγματα δ' ἐγγύθεν libri.
V. 488. εἰσῆλθε Cod. *B.* ἐσῆλθε Cod. *C.* ἐννουμένῳ Cod. *B.*
V. 491. στρατεία Barnesius. στρατιὰ libri.
V. 492. τέγκων Cod. *B.*
V. 495. μὴ 'μοὶ G. Hermannus. μή μοι libri.

mat. VI. p. 747. extr. Potter. a Sophocle accepisse Herodotum tradidit.

V. 485. ἄφρων νέος τ' ἦν] De vi ac significatione adiectivi νέος conf. Sophoclis Antig. 712. ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος. cl. v. 705. et quae ad h. l. adtulerunt grammatici, tum Ovidium trist. II. 117. Ingenio videor nimium iuveniliter usus.

V. 487 sq ἄλλως τέ μ' ἔλεος — ἐννοουμένῳ] Quod dativus ἐννοουμένῳ infertur, ubi accusativum ἐννοούμενον expectaveris, recte comparatus est simillimus locus Med. 57 sq. ὥσθ' ἱμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ Λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας., ubi Scholiastes: Τὸ σχῆμα, inquit, σολοικοφανὲς διὰ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως., vide quae ad h. l. adnotata sunt a Pflugkio p. 19. ed. Goth. alt. Inverso casuum ordine dicitur apud Sophoclem Electr. 479 sq. ὕπεστί μοι θράσος Ἀθυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων. Vide Ed. Wunderum ad Sophoclis Ai. 980. p. 112. ed. Goth. tert. Rost. gr. Gr. 127. adn. 2. p. 703. ed. sept.

V. 491. ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος] Ad hunc aut similem huius fabulae locum recte nuper rettulisse videntur versum, quem habet Cicero ad Herenn. III. 21, 34. Iam domuitionem reges Atridae parant. Vide Io. Vahlen. Enniana poëtis reliqu. p. 122 sq.

V. 494 sq. εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι, κτέ.] Sententia huius loci haec est: Si quid tamen vaticinia de filia tua facta ad te pertinent, nihil mihi eius rei commune sit: tui iuris facio meam partem.

εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι,
μὴ μοὶ μετέστω· σοὶ νέμω τοὐμὸν μέρος.
ἀλλ' εἰς μεταβολὰς ἦλθαν ἀπὸ δεινῶν λόγων.
εἰκὸς πέπονθα· τὸν ὁμόθεν πεφυκότα
στέργων μετέπεσον. ἀνδρὸς οὐ κακοῦ τρόποι
τοιοίδε, χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

γενναῖ' ἔλεξας Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
πρέποντα· προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

αἰνῶ σε, Μενέλεως, ὅτι παρὰ γνώμην ἐμὴν
ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους σοῦ τ' ἀξίως.

V. 498. τροπαί, corr. τρόποι Cod. *B*. τροποὶ Cod. *C*.

V. 499. τοιαῖδε, corr. τοιαίδε, Cod. *B*. τοιοίδε Cod. *C*.

V. 502. *Μενέλεως* Barnesius. *μενέλαος* libri. *Μενέλα'* Marklandus.

V. 503. *ὑπέθηκας* Codd. [*B*] *C*. *ὑπέθηκες* Aldus mero errore opinor.

V. 497. *τὸν ὁμόθεν πεφυκότα*] Vide quae nuper adnotavi ad Orest. 486. p. 87 sq.

V. 498. *μετέπεσαν*] De significatione huius verbi translata, qua dicitur de eo, qui animi sententiam mutavit, conf. Schweighäuserum ad Appian. vol. III. p. 524.

V. 499. *χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί*] In hac voce maxime premendum est adverbium temporis *ἀεί*. Id enim Menelaus vult dicere: viri non mali hunc morem esse, non eadem semper pertinaciter obtinere, verum semper facere quae quovis tempore optima esse videantur. Itaque in verbis his nihil denique aliud continetur nisi hoc: Sapientis est mutare sententiam et quidquid melius esse cognoverit, id exsequi.

V. 501. *προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν*] *προγόνους δ'* scribi potuisse quis negat? Sed asyndeton tamen aptissimum est, ubi quod adiungitur prorsus *ἐκ παραλλήλου* cum eo, quod antecedit, componitur. Accedit quod omissa coniunctione vox *προγόνους*, quemadmodum, si sententiam spectas, summam vim habet, ita etiam voce ipsa magis efferenda esse ostenditur. Ne autem genus dehonestetur tragicorum Graecorum personae saepe numero deprecantur, conf. Orest. 1153 sq. *πάσαις γυναιξὶν ἀξία συγγεῖν ἔφυ Ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἣ καταίσχυνεν γένος*. et alia id genus multa.

V. 503. *ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους*] „Frustra Musgravius *μετέθηκας*, qui tamen apte comparavit Bacch. 675. *τὸν ὑποθέντα τὰς τέχνας γυναιξίν*, est subornare, praeire, ut *ὑποβαλεῖν*. Orest. 1186. *ὑποτιθεῖς τίν' ἐλπίδα;*" FR. VATER.

ταραχὴ δ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται
πλεονεξίαν τε δωμάτων· ἀπέπτυσα
τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλοιν πικράν.
ἀλλ' ἤκομεν γὰρ εἰς ἀναγκαίας τύχας,
θυγατρὸς αἱματηρὸν ἐκπρᾶξαι φόνον.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πῶς; τίς δ' ἀναγκάσει σε τήν γε σὴν κτανεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἅπας Ἀχαιῶν σύλλογος στρατεύματος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὔκ, ἤν νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστείλῃς πάλιν.

V. 504—6. quae sunt in libris Menelai, Agamemnoni dedit G. Hermannus. ταραχὴ δ' scripsit idem. ταραχή γ' libri. Dein ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται Dobraeus ad Aristophanis Pac. 649. ἀδελφῶν γε διέρωτα (δι' ἔρωτα sec. m.) γίνεται Cod. *B*. ἀδελφῶν τις δι' ἔρωτα γίνεται Aldus et, ut videtur, Cod. *C*.

V. 506. ἀλλήλοιν Marklandus. ἀλλήλων libri.

V. 511. οὔκ, εἴ νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστείλεις πάλιν haec volgata olim scriptura fuit, ad quam proxime accedit Cod. *B*. in quo est: οὔκ, ἤν (εἴ sec. m.) νιν εἰς ἄργος (γ' addidit man. sec.) ἀποστελεῖς πάλιν. ἤν νιν habet etiam Cod. *C*. itemque ἀποστελεῖς. γ' post Ἄργος in altero apogr. Paris. omissum est, ut de Cod. *C*. in hoc quidem loco parum constet. Qui ἤν retinuerunt auctore

V. 504 sq. διά τ' ἔρωτα γίγνεται πλεονεξίαν τε δωμάτων] amorem dicit Menelai quo ducebatur ad Helenam recuperandam, quae tamen recuperatio perfici non poterat nisi Agamemnonis domus Iphigenia privaretur, unde patet quid πλεονεξία δωμάτων intelligenda sit, id est, studium Menelai, ut res domesticae suae Agamemnonis felicitati anteponerentur.

V. 505. ἀπέπτυσα τοιάνδε συγγένειαν] De hac abominandi formula satis a Pflugkio explicatum est ad Hec. 1276. p. 114 sq. ed. alt. et ad Helen. 664. p. 89. ed. sec. Conf. etiam infra v. 873.

V. 507. ἀλλ' ἤκομεν γὰρ κτέ.] De coniunctis in unum enuntiatum ἀλλὰ — γὰρ particulis conf. Devarium vol. I. p. 10 sq. nostr. et quae nos ad eum locum adnotavimus vol. II. p. 22 sqq.

V. 511. οὔκ, ἤν νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστείλῃς πάλιν] Minime, quandoquidem illam (Iphigeniam) Argos quidem remiseris.

V. 512. λάθοιμι τοῦτ' ἄν] In hac quidem re clandestino agere possum. Opponitur illud: ἀλλ' ἐκεῖν' οὐ λήσομεν, sed illud celare non potero. Conf. Ion. 1028. καὶ σόν γε λήσεις πόσιν ἃ σε σπεύδει λαθεῖν.

V. 513. οὕτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον] Qui clandestino agere vult, veretur conscientiam populi, quod ne nimio opere faciat Menelaus fratri dissuadet.

V. 514. Κάλχας ἐρεῖ μαντεύματ' Α. στρατῷ] Eodem

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

λαίθοιμι τοῦτ' ἄν. ἀλλ' ἐκεῖν' οὐ λήσομεν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τὸ ποῖον; οὔτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Κάλχας ἐρεῖ μαντεύματ' Ἀργείων στρατῷ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὔκ, ἢν σανῇ γε πρόσθε· τοῦτο δ' εὐμαρές. 515

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

520 τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

κοὐδέν γ' ἄχρηστον οὐδὲ χρήσιμον παρόν.

Marklando scripserunt ἀποστείλῃς. Kirchhoffio scribendus hic versus ita videtur: οὔκ, ἢν ἐς Ἄργος νῦν ἀποστείλῃς πάλιν.

αι

V. 512. λήσομεν Cod. *C.* λήσομεν Cod. *B.*

V. 513. post hunc versum Kirchhoffio versus 516. 517. ponendi esse videntur.

V. 515. σανῇ γε G. Hermannus de coniectura sua, quam multi critici sequuti sunt. θάνῃ γε libri.

V. 516 sq. omittendos censuit Hartungius. Vide adnot. exeg.

V. 517. κοὐδέν γε χρηστὸν Canterus, quem multi grammatici sequuti sunt. κοὐδέν γ' ἀρεστὸν Nauckius.

fere metu etiam Creon ducitur, qui Tiresiae dicit in Phoen. 929. σίγα. πόλει δὲ τούσδε μὴ λέξῃς λόγους. et paullo post v. 977 sq. haec pronuntiat: λέξει γὰρ ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε, Πύλας ἐφ' ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας μολών.

V. 516. τὸ μαντικὸν πᾶν κτέ.] Simile illud Sophoclis est in Antig. 1010. Boeckh. τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος., non tamen ut propterea hic Euripidis versus in interpolationis suspicionem vocari possit.

V. 517. κοὐδέν γ' ἄχρηστον κτέ.] Etsi eo tempore, quo haec scripsit Euripides, vaticinia a Graecis vehementer contemni coepta sunt, qua in re exponenda multus est Firnhaberus ad h. l., tamen credo ego Menelai non eas partes hoc quidem loco esse, ut tanto opere contemnere se vates profiteatur, quanto opere illi voluerunt, qui hunc locum nuper tractaverunt grammatici. Itaque ego in ea sententia sum, ut existimem ea verba quae in libris hic habentur non esse corrigenda, quibus non quidem laudentur vaticinia, sed tamen non tanto opere contemnantur. Lego: κοὐδέν γ' ἄχρηστον οὐδὲ χρήσιμον παρόν, quibus verbis mihi hoc dici videtur: et genus quidem vatum neque omnino inutile est neque tamen utilitatem adfert, quum adhibetur, id est, est genus vatum eius modi, ut eo quidem prorsus carere non possimus, sed tamen non multum inde utilitatis capiamus, si ad-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐκεῖνο δ' οὐ δέδοικας οὖμ' εἰσέρχεται;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὃν μὴ σὺ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμεν λόγον;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τὸ Σισύφειον σπέρμα πάντ' οἶδεν τάδε. 520

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

525 οὐκ ἔστ' Ὀδυσσεὺς ὅ τι σὲ κἀμὲ πημανεῖ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποικίλος ἀεὶ πέφυκε τοῦ γ' ὄχλου μέτα.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

φιλοτιμίᾳ μὲν ἐνέχεται, δεινῷ κακῷ.

V. 518. *οὖμ' εἰσέρχεται* Marklandus. *ὅ μ' εἰσέρχεται* Cod. *B*. *ὅτι μ' εἰσέρχεται* Cod. *C*.

V. 519. *ὑπολάβοιμεν* libri. *ὑπολάβοιμ' ἄν* Marklandus, quem Kirchhoffius et Nauckius sequuti sunt.

V. 520. *εἶδεν*, sed corr. *οἶδεν* a pr. m. Cod. *B*. *εἶδε* Cod. *C*.

V. 522. *τοῦ γ' ὄχλου μέτα* libri. *τοῦ τ' ὄχλου μέτα* Reiskius, quem plerique grammatici sequuti sunt. Conf. infra adnot. exeget.

V. 524. *δόκει νιν* Canterus et fortasse Cod. *C*. *δόκει νῦν*

hibemus, quasi dicas: Est malum necessarium. Similem sententiam iam vetustiores interpretes eis verbis subiecerunt, et qui non praeiudicata opinione hunc locum inspiciet, eum credo mihi facile adsensurum esse.

V. 519. *κἂν ὑπολάβοιμεν λόγον*] De optativo sine particula *ἄν* in eius modi locis conf. G. Hermannum de particula *ἄν* lib. III. c. 5. p. 157 sqq. A. Matthiae ad Hippol. 468 sq. vol. VII. p. 42 sqq. Rost. gr. Gr. §. 119. 3. d. p. 605.

V. 520. *τὸ Σισύφειον σπέρμα κτέ.*] Qui post Homerum scripserunt, quia Ulixes calliditate ceteris omnibus heroibus antistare videretur, eum Sisyphi potius quam Laërtae filium fuisse voluerunt, hoc fere referentes, quod Autolycus Sisypho Aeoli filio pecus abegisset, in eius terram repetitum pecora venisse Sisyphum eiusque filiam Anticleam compressisse, quae postquam Laërtae in matrimonium data esset, natum esse Ulixem, non Laërtae, sed Sisyphi filium. Vide Tzetzen ad Lycophr. Alex. 344. Scholiasten Sophoclis ad Ai. 190. Eustathium p. 1701, 60. Hygini fab. CCI. Hac fama multum tragicos poëtas in ignominiam Ulixi usos esse multis locis demonstrari potest, conf. Aeschylum apud Schol. Sophoclis Ai. 190. in Aeschyl. fragm. n. 169. p. 44. ed. Nauck. Sophoclis Ai. l. c. Philoct. 417. 625. infra huius fabulae v. 1362. Eadem fama usi sunt etiam poëtae Latini, veluti Vergilius Aen. VI. 528 sq., qui Ulixem Aeoliden dixit: Comes additur una Hor-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐκοῦν δόκει νιν στάντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις
λέξειν ἃ Κάλχας ἔσφατ' ἐξηγήσατο,
κἄμ' ὡς ὑπέστην θῦμα κἄτα ψεύδομαι
Ἀρτέμιδι θύσειν· ὃς ξυναρπάσας στρατόν,
σὲ κἄμ' ἀποκτείναντας Ἀργείους κόρην
σφάξαι κελεύσει. κἂν πρὸς Ἄργος ἐκφύγω,
ἐλθόντες αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις
ξυναρπάσουσι καὶ κατασκάψουσι γῆν.
τοιαῦτα τἀμὰ πήματ'. ὦ τάλας ἐγώ,
ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε.
ἔν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
ἐλθών, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε

Cod. *B.* *δοκεῖς* Musgravius. *οἴκουν* Gaisfordius.

V. 526. *κἄτα φεύξομαι* dubitanter proposuit Nauckius.

V. 527. *ὅς ξυναρπάσας* libri. *οἳς ξυναρπάσας* Tyrwhittus, quem plures grammatici sequuti sunt. *ὡς* dubitanter proposuit Nauckius. Vide infra adnot. exeget.

V. 530. *κυκλωπείοις* Cod. *B.*

V. 533. *ἠμπόλημαι* proponit Kirchhoffius.

V. 535. *κλυταιμνήστρας* ante correct. Cod. *B.*

tator scelerum Aeolides, ad quem locum vide quae adnotavit Servius, et Ovidius, qui Metam. XIII. 31 sqq. haec habet de Ulixe: Quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque et fraude simillimus illi Inserit Aeacidis alienae nomina gentis?

V. 522. *τοῦ γ' ὄχλου μέτα*] „id est, quippe qui plebis partes tueatur.“ A. MATTHIAE. Bothius adsimulavit Hec. 254 sqq. *ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους Ζηλοῦτε τιμάς· μηδὲ γίγνοισθέ μοι, Οἵ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε, Ἤν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.*

V. 526. *ὡς ὑπέστην θῦμα· κἄτα ψεύδομαι — θύσειν*] Verba quae inter se opposita sunt, *ὑπέστην* et *ψεύδομαι*, potissimum efferenda hic voce sunt; inde factum est, ut reliqua oratio *θῦμα Ἀρτέμιδι θύσειν* ita interiecta sit ut magis delitescat. Sustuli autem interpunctionem, quia haec aptius inter se coniungenda sunt.

V. 527. *ὃς ξυναρπάσας στρατόν κτέ.*] Permirum est quemquam in hoc pronomine relativo *ὅς* offendisse, quod in oratorum declamatione tam frequens est, veluti apud Demosthenem in Euerg. et Mnesib. §. 77. ed. Bekk. p. 1162, 23. ed. Reisk. in Aristocr. §. 36. p. 631, 17. cf. G. H. Schaeferi app. Demosth. vol. IV. p. 37. et p. 464. vol. V. p. 243. Conf. infra v. 579.

V. 530. *αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις*] Summus metus Agamemnonis ostenditur, quod ne in antiquissimis quidem illis munimentis, quae a Cyclopibus Mycenis exstructa dicebantur,

μάθῃ, πρὶν Ἅιδῃ παῖδ' ἐμὴν προσθῶ λαβών,
ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς.
ὑμεῖς τε σιγήν, ὦ ξέναι, φυλάσσετε.

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

μάκαρες οἳ μετρίας θεοῦ
μετά τε σωφροσύνας μετέ-
σχον λέκτρων Ἀφροδίτας,
γαλανείᾳ χρησάμενοι
μαινομένων οἴστρων, ὅθι δὴ
δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας

V. 539—568. iam seqnitur stropha et antistropha, quae numeris Glyconeis usitatis in hunc fere modum — multa enim corrupta videntur — compositae sunt:



satis sibi et suis praesidii fore putavit. De illis muris conf. supra v. 150. et quae ad eum locum adnotata sunt p. 37.

V. 539. *μάκαρες οἳ μετρίας θεοῦ κτέ.*] Sententia saepissime a Graecis poëtis decantata. Vide Pindarum apud Athen. XIII. p. 601 C. fragm. select. p. 323. ed. Dissen. alt. *Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι κατὰ καιρόν· Μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμέ, πρᾶξιν.* tum ipsum Euripidem Med. 627 sqq. *Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν Ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν, Οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν Ἀνδράσιν· εἰ δ' ἄλις ἔλθοι Κύπρις. οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτως κτέ.*, ad quem locum relege quae adnotata sunt a Pflugkio p. 71 sq. ed. Goth. alt.

V. 544 sq. *δίδυμ' Ἔρως — τόξ' ἐντείνεται κτέ.*] binos dicit Euripides ab Amore intendi arcus, moderati alterum, alterum effusi amoris. Hunc, qui perturbat vitam hominum, deprecatur v. 548. *ἀπενέπω νιν ἀμετέρων — θαλάμων.* Similis ratio est illius loci, quem excitavi e Med. 632 sqq. *μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ Χρυσέων τόξων ἐφείης Ἱμέρῳ χρίσασ' ἄφυκτον οἰστόν· στέργοι δέ με σωφροσύνα, Δώρημα κάλλιστον θεῶν.* conf The-

τόξ' ἐντείνεται χαρίτων,
τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.
ἀπενέπω νιν ἀμετέρων,
Κύπρι καλλίστα, θαλάμων.
εἴη δέ μοι μετρία μὲν
χάρις, πόθοι δ' ὅσιοι,
καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν.

ἀντιστροφη.

διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν,

V. 544. *μαινομένων* Reiskius, *μελομένων* G. Hermannus. *μαινολῶν* A. Nauckius. *μαίνομ'* libri.

V. 544—47. respiciuntur apud Athenaeum XIII. p. 562. E. *ὁ χρυσοκόμας* Codd. [*B*]*C*. omittit articulum Aldus.

V. 546. *εὐαίωνι τύχᾳ* Athenaeus l. c.

V. 548. *ἀπεννέπων νιν* (*ἀπενέπων* m. sec.) Cod. *B*.

V. 549. *ὦ κύπρι* Cod. *C*.

V. 553. *πολλὰν δ'* Reiskius. *πολλάν τ'* libri.

ophrastum apud Athen. XIII. p. 562. E. Luciani amor. 37. De medio verbi *τόξ' ἐντείνεσθαι*, quod est suos intendere arcus, conf. Xenophontis Disc. Cyri IV. I, 3. *καὶ τόξα ἐντείνασθαι καὶ τὰ παλτὰ ἐπαφεῖναι.*

V. 550. *εἴη δέ μοι μετρία μὲν χάρις κτέ.*] Amorem modicum etiam aliis locis multis commendat poëta, veluti Alcest. 976 sq. *μή μοι, πόνια, μείζων Ἔλθοις ἢ τὸ πρὶν ἐν βίῳ.* Hippol. 525 sqq. *Ἔρως, Ἔρως — μή μοί ποτε σὺν κακῷ φανείης Μηδ' ἁρμόσαις ἔλθοις.* Helen. 1105. *εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἄλλά γ' ἡδίστη θεῶν.* Conf. Plutarch. moral. 132. B.

V. 552 sq. *καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας κτέ.*] Conf. Euripidis Aeol. fragm. n. 26. p. 295. ed. Nauck. *τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα. Τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς. Τύχοιμι δ' αὐτῆς ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.*

V. 554. *διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν κτέ.*] „Dicit poeta hoc: Diversa sunt hominum ingenia, diversi mores: sed quid vere bonum sit, semper apertum est: multumque confert ad virtutem educatio. Non recte enim plene post *ἀεί* distinguebatur: cohaerent enim quae de educatione dicuntur cum proxime praegressis ut altera pars

διάφοροι δὲ τρόποι· τὸ δ' ὀρ- 555
θῶς ἐσθλὸν σαφὲς ἀεί·
τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι
μέγα φέρουσ', εἰς τὰν ἀρετάν·
τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία,
τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει 560
χάριν ὑπὸ γνώμας ἐσφῶν
τὸ δίον, ἔνθα δόξα φέρει
κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ.
μέγα τι θηρεύειν ἀρετάν,

V. 555. διάφοροι Hoepfnerus. διάτροποι libri. τὸ δ' ὀρθῶς Musgravius. ὁ δ' ὀρθὸς libri.
V. 556. ἀεὶ (αἰεὶ a sec. m.) Cod. *B*. De Cod. *C*. non constat.
V. 557. πυδευόμεναι a pr. m. Cod. *B*.
V. 558. μέγα φέρουσ' εἰς τὰν ἀρετὰν (ἐς ἀρετὰν corr. a sec. m.) Cod. *B*. φέρουσ' εἰς ἀρετὰν Aldus et, ut videtur, Cod. *C*.
V. 559. σοφία Scaliger. συφία Aldus et fortasse libri.
V. 562. δόξα Barnesius. δόξαν libri.
V. 563 βιοτᾷ Marklandus. βιοτὰν libri, natum hoc ex antiqua scriptione βιοτᾶι.
V. 566. ἐν δ' ἀνδράσιν αὖ Cod. *B*. a pr. m.

sententiae: quam si planius exponere volumus, hanc esse videmus: quamvis et ingenia hominum et mores differant, tamen quid vere bonum et honestum sit, partim per se apertum esse, partim bonae institutionis ope cognosci." G. HERMANNUS.

V. 557. τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι] Sunt educationes, in quibus pueri recte instituuntur.

V. 559. τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία κτέ.] Huius loci, si singula verba recte interpretari volumus, haec erit sententia: Etenim verecundum esse sapientia est et quasi praemium habet hanc gratiam, ut propter prudentiam quid facta opus sit perspicias, qua quidem in re opinio hominum gloriam vitae immortalem adfert.

V. 560. τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν — χάριν] est gratia, quae pro eo, quod verecundum sit, praemium reddit, aut dicam paulo uberius: gratia, quae ea quae tibi propter verecundiam deroges, compenset. G. Hermannus de hoc loco conferri iussit P. Camperum ad Electr. 89. p. 99 sq.

V. 565. κατὰ Κύπριν κρυπτάν] Haec clandestina Venus non poterit non pertinere ad furtivos amores, quales concepit Helena adamata a Paride, id quod consuetudo loquendi ipsa satis ostendit, conf. Hippol. 150 sqq. ἦ κάσιν — Ποιμαίνει τις ἐν οἴκοις Κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων. Ion. 1530. μὴ σφαλεὶς', ἃ παρθένοις Ἐγγίγνεται νοσήματ' εἰς κρυπτοὺς γάμους Ἔπειτα τῷ θεῷ προστιθεὶς τὴν αἰτίαν. Electr. 919 sqq. ὅταν τις διολέσας δάμαρτά του Κρυπταῖσιν εὐναῖς εἰς' ἀναγκασθῇ λαβεῖν. Apparet igi-

γυναιξὶν μὲν κατὰ Κύπριν
κρυπτάν, ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπλη-
θὴς μείζω πόλιν αὔξει.
ἔμολες, ὦ Πάρις, ἤτε σύ γε
βουκόλος ἀργεννᾶις ἐτράφης
Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
βάρβαρα συρίζων, Φρυγίων
αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις
μιμήματα πνέων·

V. 567. *κόσμος ἐνὼν* Marklandus. *ὃ μυριοπληθὴ* exemplum Cantabrigiense.

V. 569. quae iam leguntur ipsa quoque strophica fuisse videntur, sed tam misere adfecta sunt, ut sine meliorum librorum auctoritate restitui non posse videantur.

V. 571. *Ἰδέαις* Aldus. E Codd. *BC.* enotatum nihil est.

V. 573. *Οὐλύμπου* Heathius. *ὀλύμπου* libri.
πνέων

V. 574. *πλέων* Cod. *B.* *πνέων* Cod. *C.* *πλέχων* Musurus. Kirchhoffio olim fuisse videtur *μιμήματα παλαιῶν.* G. Hermannus haec ita in strophan constituit:

tur *κατὰ Κύπριν κρυπτὰν* sic dici, ut vitanda, non quaerenda sit.

V. 567. *κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπληθὴς*] „Singulari ratione dictus *κόσμος ὁ μυριοπληθὴς* de modestia, quae plurimis in rebus conspicua sit, eoque a mulierum temperantia, quae ad solas referatur res venereas, differat.“ G. HERMANNUS.

V. 569. *ἔμολες, ὦ Πάρις, ἤτε σύ γε κτέ.*] Si his verbis non plane ineptam sententiam tribuere volumus, debebimus ita interpretari, ut dicamus Paridem dici aliquando venisse eo, ubi olim educatus esset, ibique arbitrum factum esse in iudicio pulcritudinis trium illarum dearum etc. Sed mihi quoque verba non satis adhuc emendata esse videntur.

V. 570. *ἀργενναῖς — Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις*] Erat propria laus eaque maxima montium aut fontium ac fluviorum, si candidae maxime boves in eorum regione nascerentur, quae propter sacrificia maximi pretii erant. Conf. Aristotelem hist. anim. III. 2. Plinium hist. nat. II. §. 230. Servium ad Verg. Georg. II. 146.

V. 572 sq. *Φρυγίων αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις μιμήματα πνέων*] Olympus Phryx aut Mysus, tibicen clarissimus, Marsyae discipulus a scriptoribus Graecis maximo opere celebratus est, vide Platonis Minoem p. 318. ed. H. Steph. eiusdemque Ionem p. 535. Pausaniam X. 30, 9. p. 873 extr. Strabonem X. 3, 14. p. 470. XII. 8, 15. p. 578. Plutarch. de music. p. 1132 sqq. Clementem Alexandr. stromat. I. p. 363. Scholiasten Aristophanis Equit. 9. Ovidium ex Ponto III. 3, 42. Hyginum fab. CLXV.

V. 574. *πνέων*] „Vocabuli optimus testis Euripides Electr.

εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες,
ὅθι σε κρίσις ἵμηνε θεᾶν,
ἃ σ' Ἑλλάδα πέμπει
τῶν ἐλεφαντοδέτων πάροι-
θεν δόμων, ὃς τᾶς Ἑλένας
ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν
ἔρωτα δεδωκας,
ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης.
ὅθεν ἔρις ἔριν

ἔμολες, ὦ Πάρι, μήτε σύ γε
βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης
Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
βάρβαρα συρίζων, Φρυγίων
αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις
. . . . . μίμημα πλέκων
. . . . . .

Similemque deinde antistropham composuit.

V. 576. *ὅτι* libri. *ὅτε* Musurus. *ὅθι* exemplum Cantabrigiense. *ἵμηνε* G. Hermannus comparato Euripidis Ione 520. *εὖ φρονεῖς μέν, ἤ σ' ἵμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλαβή; ἔμενε* libri.

V. 578. *τῶν ἐλεφαντοδέτων* G. Hermannus. *ἐλεφαντοδέτων* libri. Mox *πάροιθε* Cod. *C*.

V. 580. *σὲ στὰς* proposuit Kirchhoffius.

V. 581. *ἔρωτά τ' ἔδωκας* Blomfieldius. Haec sic in antistropham redegit G. Hermannus:

εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες,
εὖτέ σε κρίσις ἵμηνε θεᾶν,
ἃ σ' ἐς Ἑλλάδα πέμπει

704. *Πάτα μοῦσαν ἡδύθροον πνέοντα.* Iacobs. ad Anthol. Gr. X p. 9 XII. 156. VII. 392." SEYFFERT.

V. 577. *ἃ σ' Ἑλλάδα πέμπει*] „ä, ἡ κρίσις: nam Venus, Minervae ac Iunoni hoc in iudicio praelata, Paridem in Graeciam misit." BRODAEUS. De praesenti tempore *πέμπει* vide quae supra disputata sunt ad v. 46 p. 24.

V. 578. *τῶν ἐλεφαντοδέτων πάροιθεν δόμων*] Iure auctorem Homerum appellaverunt grammatici Odyss. IV. 72 sq. *χαλκοῦ τε στεροπὴν καὶ δώματα ἠχήεντα, Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος.*

V. 579. *ὅς*] Hoc ne quis mutatum velit conferat quae supra diximus ad v. 527. p. 85.

V. 583 sq. *ὅθεν ἔρις ἔριν Ἑλλάδα κτέ.*] Ludit poëta in verbo, ut dicat dearum certamen certamen Graecum, id est, certantes Graecos ad Troiam ducere. Sic *ἔριν Ἑλλάδα* interpretati iam glossographi sunt, qui hoc fere adscripserunt in libris manu scriptis: *τὴν ἐριστικὴν Ἑλλάδα, ὡς που καὶ πόλεμον ἔριν ἔφη τὸν ἐριστικόν. ἔρις* autem de bello saepe numero dicitur.

V. 588. *ἄνασσαν ἐμὴν*] Qui pronomen *ἐμὴν* ferri hoc loco posse negaverunt, sic videntur intellexisse *ἄνασσαν* quasi

Ἑλλάδα σὺν δορὶ ναυσί τ' ἄγει
ἐς πέργαμα Τροίας.

ἰὼ ἰώ· μεγάλαι μεγάλων
εὐδαιμονίαι· τὴν τοῦ βασιλέως
ἴδετ' Ἰφιγένειαν ἄνασσαν ἐμὴν
τὴν Τυνδαρέου τε Κλυταιμνήστραν,
ὡς ἐκ μεγάλων ἐβλαστήκασ'
ἐπί τ' εὐμήκεις ἥκουσι τύχας.
θεοί γ' οἱ κρείσσους οἵ τ' ὀλβοφόροι
τῶν ἐλεφαντοδέτων πάροι-
θεν δόμων, ὃς τὰς Ἑλένας
ἐν ἀντωποῖς βλεφάροις
ἔρωτα δέδωκας.,

cui deinde addidit epodum:

ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης·
ὅθεν ἔρις, ἔρις
Ἑλλάδα σὺν δορὶ ναυσί τ' ἄγει
ἐς πέργαμα Τροίας.

V. 583. ἔρις ἔρις exempl. Hervagiana altera.

V. 585. ἐς πέργαμα Τροίας Blomfieldius. ἐς Τροίας πέργαμα libri.

V. 588. ἄνασσαν ἐμὴν libri. ἀνάσσαν Bothius et Hermannus, quos multi sequuti sunt. Vide adnot. exeget.

V. 589. τε Aldus. γε libri.

V. 591. εὐμεγέθεις dubitans proponit Nauckius. Vide adnot. exeget.

V. 592. θεοί γ' οἱ libri. θεοί τοι G. Hermannus, id quod receperunt multi.

veram reginam aut regiam puellam significaret, sed quum nomine ἄνακτος aut ἀνάσσης omnes honestentur, qui dignitate aut opibus ceteris antecellant et principem locum eis rebus obtineant, tanta vis huic vocabulo tribuenda non est, et poterant etiam alieniores hac appellatione illam adficere, qua propensum quem in eam haberent animum omnino significarent.

V. 589. τὴν Τυνδαρέου τε Κλ.] De genetivo conf. quae supra dicta sunt ad v. 464. p. 78.

V. 591. ἐπί τ' εὐμήκεις ἥκουσι τύχας] Recte Porsonus propter εὐμήκεις τύχας conferri iussit Clementis Alexandrini Stromat. IV. 4, 13. p. 569. ed. Pott. cl. Plutarch. de exsil. 17. p. 607 extr., ubi versus Empedoclis adfertur huiusce modi: Ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ οἵου μήκεος ὄλβου. Sophoclis Antig. 392. ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ Ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ.

V. 592. θεοί γ' οἱ κρείσσους οἵ τ' ὀλβοφόροι κτέ.] Satis usitatum erat et Graecis et Latinis eos appellare deos, a quibus aut superarentur longe opibus ac potestate aut etiam adiuvarentur in maiorem modum. In hanc sententiam iure collatus est infra v. 972. θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι Μέγιστος, οὐκ ὢν· ἀλλ' ὅμως γενήσομαι. Adde

τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι θνατῶν.
στῶμεν, Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα,
τὴν βασίλειαν δεξώμεθ' ὄχων
ἄπο μὴ σφαλερῶς ἐπὶ γαῖαν,
ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ,
μὴ ταρβήσῃ νεώστί μοι μολὸν
κλεινὸν τέκνον Ἀγαμέμνονος,
μὴ δὴ θόρυβον μηδ' ἔκπληξιν
ταῖς Ἀργείαις
ξεῖναι ξείραις παρέχωμεν.

V. 593. θνατῶν Cod. *B.*, in quo sec. m. addidit τῶν. τῶν θνατῶν Aldus et [Cod. *C.*]. Nauckius haec ita scribenda esse censuit: θεοί τοι κρείσσονς οἴκων ἔφοροι τοῖς ὀλβιοδαίμοσι θνατῶν. Contra G. Hermannus post ὀλβοφόροι lacunam esse statuit.

V. 594 - 602. L. Dindorfius primus in interpolationis suspicionem vocavit, quem sequuti multi sunt.

V. 595. τήνδε (sed δε virgula traducta deletum a sec. m.) Cod. *B.* Mox ὄχων de Canteri coniectura est. δεξώμεθ' ὄχλων Cod. *B.* δεξόμεθ' ὄχλων Cod. *C.* secundum apogr. Pariss.

Vergilii ecl. I. 6 sq. deus nobis haec otia fecit. Namque erit ille mihi semper deus etc. cl. Aen. V. 392. Horatii carm. I. 1, 30. Vide quae ego ad Ciceronis orat. pro M. Marcello III. 8. et Halmius ad orat. Sestianam LXIX. 144. disputavimus. Quod autem mirati sunt grammatici, quod mulieres Chalcidicae nihil de misera condicione, quae exspectaret Iphigeniam, dicerent, non satis recte ratiocinati sunt. Namque illae mulieres et spectandi potissimum causa venerant in castra Argivorum, vide supra v. 169 sq., neque magno opere ducebantur iis rebus, quae ad singulos duces pertinerent, nec rogatae ab Agamemnone, ut quae tacenda essent tacerent, poterant quidquam de clandestinis illis consiliis, quae inter Agamemnonem ac Menelaum erant actae, pronuntiare.

V. 594 — 602. quod multi grammatici hos versus ex hac fabula quasi suppositicios tollendos esse censuerunt, iure copiosam defensionem eorum versuum excursu quarto suscepit Firnhaberus, qui recte atque ordine hoc mihi demonstravisse videtur, illos versus ne abesse quidem posse, nisi eam orationem, qua Clytaemnestra in adventu suo utitur, quo nitatur fundamento destituere velis. Vide quae mox dicentur ad v. 603.

V. 594. στῶμεν] Consistere iubet quae chorum ducit mulieres Chalcidicas, ut Iphigeniam, quae iam de rheda descensura est adiuvent, ne quid mali ominis nascatur.

V. 596. μὴ σφαλερῶς] ne forte pede offenso titubet, quod esset male ominatum.

V. 597. ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ] Non video quid in his verbis molesti sit. Vult enim quae chorum ducit non solum gestu et adminiculis manuum, verum etiam comitate

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον ποιούμεθα,
τὸ σόν τε χρηστὸν καὶ λόγων εὐφημίαν.
ἐλπίδα δ' ἔχω τιν', ὡς ἐπ' ἐσθλοῖσιν γάμοις
πάρειμι νυμφαγωγός. ἀλλ' ὀχημάτων
ἔξω παρεύειθ' ἅς φέρω φερνὰς κόρῃ,
καὶ πέμπετ' εἰς μέλαθρον εὐλαβουμενοι.
σὺ δ' ὦ τέκνον μοι λεῖπε πωλικοὺς ὄχους,
ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον ἀσθενές θ' ἅμα.

V. 596. *ἐπὶ γαῖαν* Cod. *B.* sed articulum addidit sec. m. *ἐπὶ τὴν γαῖαν* Aldus et [Cod. *C.*]

V. 597. *νώμῃ* G. Hermannus, sine auctoritate.

V. 598. *τὸ νεωστὶ μολὸν* G. Hermannus.

V. 599. *τὸ κλεινὸν τέκνον* Aldus et [Cod. *C.*], itemque Cod. *B.* a sec. m., in quo a pr. m. est: *κλεινὸν τέκνον. κλεινὸν τέκνωμ'* (vel *φίτυμ'*) *Ἀγαμεμνόνιον* G. Hermannus. Mihi hoc loco glossemate ipsius poëtae verba expulsa videntur, ut veram scripturam indagare difficillimum esse videatur.

V. 600. *μὴ δὴ* Marklandus. *μηδὲ* libri.

quadam animi, cuius index vultus est, excipi a mulieribus Chalcidicis, ut ea verba, quae in libris sunt, hoc quidem loco corrupta esse non videantur.

V. 603. *ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον κτέ.*] Hoc quasi bonum omen accipio. Conf. Aeschyli fragm. n. 99. p. 338. ed. Herm. n. 90. p. 24. ed. Nauck. *ὄρνιθα δ' οὐ ποιῶ σε τῆς ἐμῆς ὁδοῦ.* Conf. Pflugk. ad Heracl. 730. p. 102. ed. alt. ad Helen. 1051. p. 130. ed alt. Phoen. 862. *οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα σὰ στέφη.* et quae ascripsi p. 145.

V. 604. *τὸ σόν τε χρηστὸν καὶ λόγων εὐφημίαν*] Alterum pertinet ad morum humanitatem, qua adiuvare voluerit chorus advenientes, alterum ad illud studium, ut omnia, quae quid mali ominis ostendere possent, vitaret. Exinde apparet Clytaemnestram respicere ea verba, quae fecit chorus inde a v. 594. usque ad versum 602.

V. 605. *ἐπ' ἐσθλοῖσιν γάμοις*] faustas ac felices nuptias sperat, ut recte viderunt interpretes. Vide G. Hermannus ad v. 630.

V. 606 sq. *ἀλλ' ὀχημάτων ἔξω παρεύειθ'*] Haec Clytaemnestra non sine quadam orationis amplitudine, quae apparet in adlitteratione *ἅς φέρω φερνὰς κόρῃ*, dicit ministris suis, ut sine idonea causa quidam *εὐλαβούμεναι* pro *εὐλαβούμενοι* scribi voluerint.

V. 609 sq. iam ad Ipbigeniam Clytaemnestra convertit orationem suam, quam iubet pedetemptim et molliter pedem insistere, ne quid mali ominis nascatur, hic quoque id maximo opere curans, ut suo *νυμφαγωγοῦ* munere ipsa recte perfungatur. Omninoque hic in omni oratione obtinendum est singula singulari diligentia dici ac perfici atque in singulis semper verbis exponendis illa considerauda esse quae una agantur ac fiant.

V. 610. *ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον*] Sic Helen. 1528. dici-

ὑμεῖς δὲ νεάνιδές νιν ἀγκάλαις ἔπι
δέξασθε καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων.
κἀμοὶ χερός τις ἐνδότω στηρίγματα,
θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.
αἱ δ' εἰς τὸ πρόσθεν στῆτε πωλικῶν ζυγῶν.
φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν·
καὶ παῖδα τόνδε τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
λάζυσθ', Ὀρέστην· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
τέκνον, καθεύδεις πωλικῷ δαμεὶς ὄχῳ;

V. 611. *νεάνιδές νιν* Piersonus Verisim. I. 6. et Marklandus. *νεανίδαισιν ἀγκάλαις* Cod. *B. νεανίδεσσιν ἀγκάλαις* Cod. *C.* Lentingio ad Androm. 146. legendum videbatur: *χὐμεῖς νέαν νέαισιν ἀγκάλαις ἔπι δέξασθε.*

V. 613. *κἀμοὶ* G. Hermannus, quem sequutus est Kirchhoffius. *καί μοι* libri, quos sequitur Nauckius.

V. 615–34. ab interpolatore ortos existimat Kirchhoffius. Alii aliud in his versibus constituendis sequuti sunt, qua de re partim dicetur in adnot. exeget.

V. 615. *εἰς* Codd. *BC. ἐς* Aldus.

tur de Helena: *σοφώταθ' ἁβρὸν πόδα τιθεῖσ' ἀνέστενε.* et in Troad. 507. *ἄγετε τὸν ἁβρὸν δήποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα Νῦν ὄντα δοῦλον.*

V. 611. Clytaemnestra nunc chori mulieres Chalcidicas appellat, a quibus, quum ipsae operam suam obtulissent, poterat sane eius modi officia exspectare. *νεάνιδες* autem mulieres nuptae, quae aetate etiam tum florenti erant, appellari recte poterant, eodemque nomine etiam infra vocantur v. 1467. et v. 1488. His mulieribus lubenter mandat Clytaemnestra sponsam e curru descendentem adminiculandam, quoniam mulier mulieri magis congruit, ut ait Terentius in Phorm. IV. 5, 14.

V. 618. *ἔτι γάρ ἐστι νήπιος*] Simili voce hoc ipsum indicatur v. 462. Neque enim curiosi veteres poëtae in eius modi locis variandis fuerunt. De re conf. Orest. 377., ubi Menelaus de Oreste haec dicit: *βρέφος γὰρ ἦν τότ' ἐν Κλυταιμνήστρας χεροῖν, Ὅτ' ἐξέλειπον μέλαθρον ἐς Τροίας ἰών.* et Iphig. Taur. 222 sqq., ubi ipsa Iphigenia haec dicit: *τὸν δ' Ἄργει δμαθέντα κλαίω Σύγγονον, ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον Ἔτι βρέφος, ἔτι νέον, ἔτι θάλος Ἐν χεροῖν ματρὸς πρὸς στέρνοις τ' Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν.* cl. ibig. v. 369. et v. 819. sq.

V. 620. *ἔγειρ'*] De *ἔγειρε*, ubi exspectaveris *ἐγείρου*, conf. quae Porsonus adnotavit ad Orest. 288. p. 37. ed. Germ. tert.

V. 622. *τὸ τῆς Νηρῇδος ἰσόθεον γένος*] Clytaemnestra scire debebat esse Achillem Thetidos Nereidos filium eique audierat suam filiam esse a patre desponsam. Quae si infra 694. de genere Achillis quaerit, non debebat hoc offensioni esse grammaticis recteque G. Hermannus adnotavit illam id non fecisse quasi prorsus quis ille esset nesciret, sed ut

ἔγειρ' ἀδελφῆς ἐφ' ὑμέναιον εὐτυχῶς·
ἀνδρὸς γὰρ ἀγαθοῦ κῆδος αὐτὸς ἐσθλὸς ὢν
λήψει, τὸ τᾶς Νηρῇδος ἰσόθεον γένος.
ἔξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδός, τέκνον.
πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια, μακαρίαν δέ με
ξέναισι ταῖςδε πλησία σταθεῖσα δός,
καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόσειπε σὸν φίλον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μῆτερ, ὑποδραμοῦσά σ', ὀργισθῇς δὲ μή,
πρὸς στέρνα πατρὸς στέρνα τἀμὰ προσβαλῶ.

V. 619. *καθεύδεις* (litteris κ θ δ scriptis e corr. sec. m.) Cod. *B. θακεύεις* Cod. *C.*

V. 622. *τὸ τῆς Νηρῇδος* Aemilius Portus. *τὸ νηρηίδος* (ι e corr. deletum in Cod. *B.*) libri. *θεᾶς Νηρῇδος* Gaisfordius.

V. 627. *ὑποδραμοῦσά σ'* (γ' e corr.) Cod. *C. ὑποδραμοῦσά γ'* Cod. *C.*

V. 628. *πρὸσβαλῶ* auctore Porsono G. Hermannus. *περιβαλῶ* libri.

accuratius stirpem illius hominis cognosceret, cuius adfinitatem iam nanciscereturque quo quidem in genere sibi placuisse tragicos satis constare iure dicit. Recte autem sibi tragicos in eius modi locis placuisse non est quod dicam. Quum enim regum aut eorum vitas ac res gestas, qui genere suo antecellerent ceteris hominibus, tractarent maxime tragici poetae, debebant etiam illud quo personae, quibus utebantur, potissimum excellerent, plurimi ipsi facere ac summa diligentia exponere et demonstrare auditoribus suis.

V. 623. *ἔξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδός, τέκνον*] Haec verba, ut scripta in libris sunt, mihi videntur referri non posse nisi ad Orestem, quocum usque adhuc confabulata erat Clytaemnestra. Consolatur autem eo mater puerum, quem iam e somno, ut videtur, excitatum manibus ferunt mulieres Chalcidicae, ut eum iubeat ad se adlatum prope pedem suam considere.

V. 624. *πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια, μακαρίαν δέ με κτέ.*] Haec verba, quae in libris manu scriptis ita leguntur, quemadmodum supra scripta sunt, nisi aliquam labeculam temporis iniuria traxerunt, interpretanda ita erunt: Ad matrem vero beatam (nuptiis tuis), Iphigenia, velim, quum prope hasce hospitas (quae usque adhuc manibus gestabant Orestem,) adstiteris, des (puerum) et huc iam (accedens) saluta patrem tuum. Voluit igitur manibus Iphigeniae sororis parvulum istum puerum, qui aegre tulisse videtur se a mulieribus peregrinis portari, prope pedes suos collocari ipsamque Iphigeniam ad se venire, ut una patrem consalutaret. Si Iphigenia, alacritate sua et patris amore commota, hoc munus detrectans ex-

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ,
ἦκομεν ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν', ὦ πάτερ,
ὑποδραμοῦσα περιβαλεῖν διὰ χρόνου.
ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν. ὀργισθῇς δὲ μή.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀλλ', ὦ τέκνον, χρή· φιλοπάτωρ δ' ἀεί ποτ' εἶ
μάλιστα παίδων τῶνδ' ὅσους ἐγὼ 'τεκον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πάτερ, ἐσεῖδόν σ' ἀσμένη πολλῷ χρόνῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ γὰρ πατὴρ σέ· τόδ' ἴσον ὑπὲρ ἀμφοῖν λέγεις.

V. 632. περιβαλεῖν G. Hermannus. προσβαλεῖν libri.

V. 633. δὴ omissum in Cod. *B.* sed additum e corr. Mox ὀργισθεὶς a pr. m. Cod. *B.* Id olim fuit ὀργισθῇς.

V. 634. Agamemnoni libri tribuunt, Clytaemnestrae Porsonus et Bremius dederunt, quos multi grammatici sequuti sunt. Vide adnot. exeget. χρὴ Cod. *C.* χρὴ (χρῶ sec. m.) Cod. *B.*

V. 635. τῶνδ' libri. τῷδ' exempla Cantabrigiensia et Fixius idque sequuti sunt plerique grammatici eorum, qui Clytaemnestrae

cusat deinceps se matri et patris amplexum occupat, haec non solum non pugnant cum interpretatione mea, verum illi prorsus consentanea esse videntur.

V. 629. ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον κτέ.] Quum Iphigenia satis puellariter ad patrem advolet eumque amplexari studeat, contra Clytaemnestra matrona eum grandi oratione appellat. Conf. Aeschyli Prometh. 1095. ed. Herm. ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας κτέ.

V. 630. ἦκομεν ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν] Non male huc rettulerunt O. Ribbeck. in Tragicor. Gr. reliqu. p. 256. et Io. Vahlen. in Ennianae poësis reliqu. p. 123. quae habet Cicero ad Att. XIII. 47, 1. et Charisius IV. p. 248. Putsch. itemque Diomedes p. 435. Putsch., quae ita auctore Ribbeckio consociavit Vahlen: Postquam abs te, Agamemno, ut venirem, tetigit aurem nuntius, Extemplo edolavi iussum: concitum tetuli gradum.

V. 631—633. Quod similem hi versus orationem atque illi, qui supra legebantur, versus 627. 628., habent, id facile ex eo explicari potest, quod quae hos versus pronuntiat in simili causa dicenda occupata est in his versibus atque in illis, ut minime mirum esse videatur, similia verba hic poni atque in illo loco. Neque enim poëtae boni est in eius modi rebus nimis esse curiosum. Vide quae modo adnotavimus ad v. 618. p. 94.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χαῖρ'· εὖ δέ μ' ἀγαγὼν πρὸς σ' ἐποίησας, πάτερ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐκ οἶδ' ὅπως φῶ τοῦτο καὶ μὴ φῶ, τέκνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔα·

ὡς οὐ βλέπεις εὔκηλον, ἄσμενός μ' ἰδών.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πόλλ' ἀνδρὶ βασιλεῖ καὶ στρατηλάτῃ μέλει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

παρ' ἐμοὶ γενοῦ νῦν, μὴ' πὶ φροντίδας τρέπου.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀλλ' εἰμὶ· παρὰ σοὶ νῦν ἅπας κοὐκ ἄλλοθι.

haec verba dederunt. *ἐγὼ τέκον* apogr. Paris. alterum, *ἐγὼ τέκνον* alterum. *ἐγὼ τέκνον* (*τέκον* a sec. m.) Cod. *B.*

V. 637. *τὸ δ' ἴσον* proposuit Nauckius.

V. 638. *προσεποίησας* a pr. m. Cod. *B.*

V. 641. *βλέπεις* Cod. *C.* *βλέπεις μ'* Cod. *B.* *εὔκηλον* libri. *ἔκηλον* Nauckius.

V. 643. *παρ' ἐμοὶ* Cod. *C.* *παρ' ἐμοῦ* (*παρ'* deletum et *πρὸς* supra scriptum e corr.) Cod. *B.* *μὴ* Barnesius. *καὶ μὴ* libri.

V. 644. *εἶμι* a pr. m. Cod. *B.* itemque Cod. *C.* sec. Victor. et apogr. Pariss.

V. 633. *ὀργισθῇς δὲ μή*] Haec ipsa vox: Noli irasci, Sei nicht böse, utroque loco ab Iphigenia usurpata eius animum vere puellarem et pium rectissime ostendit.

V. 634. *ἀλλ', ὦ τέκνον, χρὴ κτέ.*] Qui hos duo versus Clytaemnestrae dederunt, non consideraverunt primum vix potuisse Agamemnonem diutius tacere, quum appellatus esset, non solum a Clytaemnestra, verum etiam a filia, deinde aptissime dici ab Agamemnone Iphigeniam amantissimam semper patris fuisse, quippe quum ipse iam ab eius amore summum pretium consequi cupiat. Neque enim in verbis ipsis quidquam inest, quod Clytaemnestram potius ea dixisse quam Agamemnonem prodat.

V. 636. *ἐσεῖδόν σ' ἀσμένη πολλῷ χρόνῳ*] Conf. Troad. 20. *ὡς δεκασπόρῳ χρόνῳ Ἀλόχους τε καὶ τέκν' εἰσίδωσιν ἄσμενοι.*

V. 641. *ὡς οὐ βλέπεις εὔκηλον*] Recte pronomen *μ'* post *βλέπεις* omissum est. De absoluto *βλέπειν εὔκηλον* conf. quae Pflugkius adnotavit ad Alcest. 773. p. 106. ed. Goth. alt. cl. Rost. gr. Gr. §. 104. A. I. 1. p. 489.

V. 642. *βασιλεῖ καὶ στρατηλάτῃ*] *βασιλεῖ*, regi Argivorum, *στρατηλάτῃ*, imperatori totius exercitus Graeci.

V. 644. *παρ' ἐμοὶ γενοῦ νῦν*] *παρά τινι γενέσθαι* est ita esse cum aliquo, ut totum te ei dedices neque aliena agas. Eadem vi ac potestate formulae dicitur *παρ' ἑαυτῷ γενέσθαι*,

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μέθες νυν ὀφρὺν ὄμμα τ' ἔκτεινον φίλον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἰδοὺ γέγηθά σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν, τέκνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἄπειτα λείβεις δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων σέθεν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μακρὰ γὰρ ἡμῖν ἡ 'πιοῦσ' ἀπουσία.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ οἶδ' ὅ τι φῄς, οὐκ οἶδα, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

συνετὰ λέγουσα μᾶλλον εἰς οἰκτόν μ' ἄγεις.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀσύνετα νῦν ἐροῦμεν, εἰ σέ γ' εὐφρανῶ.

δὴ

V. 645. *μέθες νυν* Cod. *B*.

V. 646. *γέγηθά σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν* Musgravius. *γέγηθ' ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν* libri.

V. 647. *σέθεν* suspectum Nauckio. Iniuria, opinor.

V. 649. sententia quidem constat, sed numero prorsus laborat versus. G. Hermannus scripsit: *Οὐκ οἶδά σ' ὅ, τι φῄς, φίλτατ' οὐκ οἶδ', ὦ πάτερ.* Parum probabiliter.

V. 650. *μ'* (deletum e corr.) *εἰς οἶκτον ἄγεις* Cod. *B*.

V. 651. *ἀσύνετα νῦν ἐροῦμεν* Cod. *C*. *ἀσύνετα μὲν* (*μέν γ'* e

secum esse, id est, in sui potestate esse, bei sich sein, Plutarch. vit. Alex. 31.

V. 646. *μέθες νυν ὀφρὺν κτέ.*] Recte adsimulaverunt Hippol. 290. *καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ, Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα καὶ γνώμης ὀδόν.*

V. 646. *ἰδοὺ γέγηθά σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν*] Marklandus recte adsimulavit Troad. 627. *ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν.* Electr. 289. *ἔκυρσεν ὡς ἔκυρσεν.* Conf. quae nuper adnotavimus ad Orest. 78 sq. p. 40 sq.

V. 651. *ἀσύνετα νῦν ἐροῦμεν, εἰ σέ γ' εὐφρανῶ*] „Responsum hoc, inquit Marklandus, admirabile videtur. Quibus ille verbis non vituperavit Euripidem, sed laudavit. Sentiebat enim nihil humanius, nihil ad blandiendum tenerius fingi potuisse, quam puellam carissimo patris amore, si eum apta dicendo exhilarare nequeat, vel inepta se dicturam adfirmare." G. HERMANNUS.

V. 652. *παπαῖ. τὸ σιγᾶν οὐ σθένω.*] „Haec verba", inquit G. Hermannus, „aversus a filia dicit. Non enim illam ea audire vult." Iure viro summo adsensi sunt Firnhaberus et Fr. Vaterus.

Ibid. *σὲ δ' ἤνεσα*] De hoc aoristo vide Med. 223. et quae ad eum locum adnotavit Pflugkius p. 36. ed. Goth. alt. Rost.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

παπαῖ. τὸ σιγᾶν οὐ σθένω· σὲ δ' ἤνεσα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μέν', ὦ πάτερ, κατ' οἶκον ἐπὶ τέκνοις σέθεν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

θέλω γε· τὸ θέλειν δ' οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὅλοιντο λόγχαι καὶ τὰ Μενέλεω κακά.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ' ἄμὲ διολέσαντ' ἔχει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς πολὺν ἀπῆσθα χρόνον ἐν Αὐλίδος μυχοῖς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ νῦν γέ μ' ἴσχει δή τι μὴ στέλλειν στρατόν.

corr.) ἐροῦμεν Cod. *B*. Hinc Kirchhoffius δούνετα μὴν scribendum esse suspicatus est.

V. 652. παπαὶ Cod. *B*.

V. 654. θέλω· τὸ δὲ θέλειν οὐκ ἔχων Scaliger eoque auctore, ut videtur, exempla Cantabrigiensia. Kirchhoffius mavult: θέλοιμι· τὸ θέλειν δ' ἔχων. Contra Nauckius proposuit dubitans τὸ τελεῖν δ'.

V. 656. προσθ' ἄμὲ Porsonus ad Med. 1011. πρόσθεν ἄ με libri.

V. 657. ἀπῆλθα Cod. *B*. a pr. m.

V. 658. γ' ἔμ' ἴσχει Cod. *B*.

gr. Gr. §. 116. adn. 4. b. conf. etiam supra v. 436. et quae ad eum locum adnotata sunt p. 75.

V. 654. θέλω γε· τὸ θέλειν δ' οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι] Non satis caute in hoc loco iudicando versatus est G. Hermannus, qui in γὲ particula, cuius loco μὲν exspectaverat, offendit. Recte reposuit Hartungius Androm. 239. σὺ δ' οὐ λέγεις γε, δρᾷς δέ μ' εἰς ὅσον δύνῃ., ad quem locum vide quae adnotata sunt in editione Pflugkiana altera p. 48 sq. Phoen. 400. καλοῖς βλέπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ. Sophoclis Electr. 319. φησίν γε, φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ. Itaque recte Vaterus vertit: Volo sane: voluntati vero quum obsequi non queam doleo.

V. 656. ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ' ἄμὲ διολέσαντ' ἔχει] Alios pessum dabunt quae me prius pessum dederunt. Ambiguitas orationis quaesita. Conf. Med. 1016. ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγώ. et quae ad eum locum a me disputata sunt in ed. Pflugkiana alt. p. 104 sq. Sophoclis Antig. 728. ἦδ' οὖν θανεῖται καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινα. ad quem locum vide quae adtulerunt grammatici.

V. 658. καὶ νῦν γέ μ' ἴσχει δή τι μὴ στέλλειν στρατόν] De ἴσχειν μὴ conf. Pflugk. ad

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ποῦ τοὺς Φρύγας λέγουσιν ᾠχίσθαι, πάτερ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗ μήποτ' οἰκεῖν ὤφελ' ὁ Πριάμου Πάρις.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μακράν γ' ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἰς ταὐτόν, ὦ θύγατερ, ἔθ' ἥκεις σῷ πατρί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φεῦ·
εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί τ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔπεστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσει πατρός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σὺν μητρὶ πλεύσασ' ἢ μόνη πορεύσομαι;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος.

V. 659. *ᾠχίσθαι* Porsonus in Adversar. p. 252. *ᾠκῆσθαι* libri.

V. 661. *μακράν γ'* Codd. [*B*]*C*. *μακρὰν* Aldus.

V. 662. *ὦ θύγατερ ἔθ' ἥκεις* Fr. Vater. *ὦ θύγατερ ἥκεις* Cod. *B*. *ὦ θύγατερ σύ θ' ἥκεις* Cod. *C*. secundum apogr. Pariss. In apogr. Flor. *σύ θ'* omissum.

V. 664. *εἴσθ'* (*σθ* deleto et *θ* supra scripto e corr.) Cod. *B*. *ἐμοὶ* exempla Cantabrigiensia. Sine idonea causa.

Hecub. 867. *νόμων γραφαὶ Εὔργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.* A. Matthiae gr. Gr. ampl. 534. adn. 4. 3. Rost. gr. Gr. §. 125. 5. adn. 8. p. 696. et rursus §. 135. 6. b. *a*. p. 760 ed. sept.

V. 660. *ὁ Πριάμου Πάρις*] De forma orationis conf. quae supra ad v. 464. dicta sunt p. 78.

V. 662. *εἰς ταὐτόν — ἥκεις σῷ πατρί*] Haec quoque formula ambiguitatem quaerit, quamvis tragicis usitata sit, conf. Hippol. 273. Troad. 679. Phoen. 1405.

V. 665. *ἔπεστι καὶ σοὶ πλοῦς*] Navigationem dicit per aquas Stygias, ambigua tamen oratione usus, vide Alcest. 257. cl.ib. 252 sq. Aristophanis Lysistr. 606.

V. 668. *οὗ ποὺ μ' ἐς ἄλλα δώματ' οἰκίζεις —;*] Rectius quam ad h. l. ad Iphig. Taur. 904. G. Hermannus docuit ab eo usurpari has particulas, qui esse suspicetur quod esse vix credibile sit, cl. Sophoclis Oed. R. 1472. *οὐ δὴ κλύω ποὺ, πρὸς θεῶν, τοῖν μοι φίλοιν Δακρυρροούντων;* Antig. 381. *οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν Τοῖς βασιλείοις προσάγουσι νόμοις;* Conf etiam Helen. 135.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὔ που μ' ἐς ἄλλα δώματ' οἰκίζεις, πάτερ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔασον. οὐ χρὴ τοιάδ' εἰδέναι κόρας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

θῦσαί με θυσίαν πρῶτα δεῖ τιν' ἐνθάδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλὰ ξὺν ἱεροῖς χρὴ τό γ' εὐσεβὲς σκοπεῖν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἶσει σύ· χερνίβων γὰρ ἑστήξει πέλας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

στήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμόν, ὦ πάτερ, χορούς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ τοῦ μηδὲν φρονεῖν.

V. 665. ἔτ' ἔστι Porsonus ad Hecub. praef. p. 37. ἀλλ' ἔστι G. Hermannus. ἔπεστι Nauckius. αἰτεῖς τί; libri. μνήσῃ (η corr. in ει) Cod. *B*.

V. 667. μονοθεῖσ' Cod. *B*. a pr. m.

V. 669. οὔ ποῦ Cod. *C*. οὔ που corr. in ἤ που Cod. *B*. Mox εἰς Cod. *B*. a pr. m.

